

Digitized by Google

8.45.H.3

Digitized by Google

Digitized by Google

8.45.H.3

SAMVELIS PETITI
OBSERVATIONVM
LIBRI III.

In quibus varia veterum scriptorum loca, quæ ad Philologiam, Iurisprudentiam, & vtriusque Ecclesiæ Iudaicæ atque Christianæ historiam pertinent, illustrantur, aut emendantur.





PARISIIS,

Apud ÆGIDIVM MORELLVM, viâ Iacobæâ, ad insigne Fontis.

M. DC. XLII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Digitized by Google



ILLVSTRISSIMIS
AC POTENTISSIMIS
ORDINIBVS FRISIÆ.

SAMVEL PETITVS.


INSCRIPTVRVS vestro nomini, ILLVSTRISSIMI PROCERES, hunc meum libellum, caussas ex alto non repetam, quæque non magis ad me attinent, quam ad alium quemuis è studiosorum hominum cœtu: singularem dico vestrum in literas affectum, & in literatos omnes benignitatem: ab ijs, quæ me spectant animum duxi, vt nullus dubitarem vestros titulos, ILLVSTRISSIMI DOMINI, præscribere huic opusculo, ad eius patrocinium, atque tutelam: Memini enim, & semper meminisse iuuabit, honoris illius, quem studijs meis habuistis, cum me ad Professorium munus in Academia vestra obeundum humanissime vocaretis: Per me quidem non stetit, quin me vobis sisterem dictis vestris au-

Digitized by Google

dientem, ſed vobis meliora ὁ Κρείττων, qui intercesſit, mihi nihil acerbius: mecum tamen non tam male agi putabo, ſi eundem ſine me ad vos, ILLVSTRISSIMI PROCERES, meum libellum benigne excipitis: Ad vos certe properat, vt me nihil operæ in vobis colendis parciturum publice profiteatur. Deum veneror ſupplex, vt vos, ILLVSTRISSIMI DOMINI, incolumes, & florentes in omne æuum præſtet, ſic ſpero, ſic voueo. Valete, & feliciter rem gerite. Nemauſi, Votorum die, III. Non. Ianuar. anni Dionyſiani CIↃ IↃCXLI.

Digitized by Google

LECTORI SAM. PETITVS. S.



TII non minus quam negotij rationem reddi volebat olim Cato; ego hodie plura hic præsto, MI LECTOR, nam & quibus curis tempus, quod betizans, vt Augusti verbo vtar, inter viuos valentesque exegi, impenderim, bona fide tibi repræsento: Grassante enim Nemausi lue, cum rus secessissem intra primum à ciuitate lapidem, & libros mecum apportassem, vt telam, quam orsus sum, ornando Iosepho pertexerem, diu non licuit huic textrinæ operam dare, in languorem quippe incidi, qui me pœne macie confecit; cum tamen vitam sine literis viuere nec possem, nec vellem, remota illa tela, quæ manus meas languidas lassabat, paucula hæc inter legendum adnotaui, quæ cum studiosa iuuentute communicare volui, adiuuandis, si forte, eius studiis; verum nimis metuo, ne aliquid vitij è morbo, in quo nata sunt, contraxerint, itaque te etiam atque etiam rogo, MI LECTOR, vt quicquid illud erit, condones affectui in Rempublicam literariam, me labentem erigas, subleuesque, & meliora doceas: Vale.

Digitized by Google

INDEX AVCTORVM EXPLICATORVM, ILLVSTRATORVM, EMENDATORUM.

Digitized by Google

Digitized by Google




SAMVELIS PETITI OBSERVATIONVM

LIBER I.

Seneca Tragœdias scripsit in exilio, & post reditum: Post reditum, in aula Troadas *scripsit, ea fabula emendatur: In exilio vero* Medeam *vt &* Hippolytum *edidit, anno Insula. Seneca, itemque Plinius emaculati.*

CAPVT I.



PTIME obseruatum est à viris summis, Senecam in exilio Tragœdias scripsisse, eóque trahunt verba eius è Consolatione ad Heluiam matrem, cap. 4 *Qualem me cogites, accipe: lætum & alacrem, velut optimis rebus. Sunt autem optimæ, cum animus omnis cogitationis expers, vacat operibus suis, & modò se leuioribus studiis oblectat, modò ad considerandum sui vniuersique naturam, veri auidus, insurgit.* Appellat *leuiora* hæc *studia*, quibus se in exilio oblectabat, *Poëtica* sua, Scripsit quoque senior, & in Neronis aula, quod inuidi calumniantur apud Neronem, vt refert

Digitized by Google

Tacitus Annali XIV. *Obijciebant etiam carmina crebrius factitare, postquam Neroni amor eorum venisset.* In aula *Troadas* scripsit, & quidem, vt nostra est suspicio, cum Nero à Poppæa ad Octauiæ necem impelleretur, P. Mario Celso, L. Asinio Gallo Coss. quem castigat Seneca sub Agamemnonis persona: huc refero ista:

Stamus hoc Danaï loco,
Vnde illa cecidit.

Nempe Claudij filia erat Octauia, cuius frater cum ipsa paterno exciderunt imperio, quod erat penes Neronem: Eódem spectant ista:

Exactum satis
Pœnarum, & vltra est. Regia vt virgo occidat,
Tumuloque donum detur, & cineres riget,
Et facinus atrox cædis vt thalamos vocem,
Non patiar.

Nam dicit satis pœnarum & vltra exactum fuisse ab Octauia, quæ Pandataria clausa est: neque audiendam esse Popæam, quæ sibi firmum & stabile cum Nerone coniugium non credebat fore, quamdiu viueret Octauia: itaque Popæa Octauiæ cædem, suum coniugium vocabat: Sed vt hoc obiter moneam, rescribendum videtur cum interrogationis nota, quæ addit orationi vehementiam.

Regia vt virgo occidat?
Tumulóque donum detur? & cineres riget?
Et facinus atrox cædis vt thalamum vocem?
Non patiar.

Digitized by Google

At vero in exilio *Medeam* ſcripſerat, quo tempore Claudius Britanniam ſubegit, anno ſcilicet Chriſti Dionyſiano quadrageſimotertio, Claudij ipſius tertio. Verſus quippe iſti è Chori perſona ad Claudium referuntur:

Parcite, ô Diui, veniam precamur,
Viuat vt tutus mare qui ſubegit.

Iterumque;

Iam ſatis, Diui, mare vindicaſtis,
Parcite, Diui.

Scriptam quoque fuiſſe à Seneca fabulam *Hippolytum* in exilio, argumento ſint verſus hi de Lunæ Eclipſi.

Et nuper rubuit, nullaque lucidis
Nubes ſordidior vultibus obſtitit.
At nos ſolliciti lumine turbido,
Tractam Theſſalicis carminibus rati,
Tinnitus dedimus, tu fueras labor,
Et tu cauſa moræ. te Dea noctium
Dum ſpectat, celeres ſuſtinuit vias.

Ex iſtis quippe verſibus facile inueſtigari poteſt tempus ſcripti à Seneca dramatis: Duæ contigerunt Lunæ Eclipſes anno Chriſti Dionyſiano quadrageſimoſexto, C. Valerio Aſiatico iterum. M. Valerio Meſſalla Coſſ. Primo quidem Luna defecit Ianuarij vndecimo die, hora fere integra poſt Solis occaſum: deinde vltimo Decembris eiuſdem anni, ſiue nocte illa, quæ inter vltimum Decembris diem & Kalendas Ianuarias interceſſit. Si poſt duas has Eclipſes Lunæ ſcripta fuiſſet à

Digitized by Google

Seneca hæc Tragœdia, & de duabus obseruasset proculdubio: Sed vnius tantum meminit: itaque mihi certum est scriptam fuisse hanc Tragœdiam vertente anno hoc Christi Dionysiano, cum paulo ante, vndecimo scilicet Ianuarij die, Luna defecisset: Accedit & alterum argumentum ex iis, quibus describit Seneca mare monstrum fundens versibus:

Cum subito vastum tumuit ex alto mare,
Creuitque in astra: nullus inspirat salo
Ventus, quieti nulla pars cœli strepit,
Placidumque pelagus propria tempestas agit.
Consurgit ingens pontus in vastum aggerem,
Tumidumque monstro pelagus in terram ruit:
Nec ista ratibus tanta construitur lues:
Terris minatur. fluctus haud cursu leui
Prouoluitur, nescio quid onerato sinu
Grauis vnda portat, quæ nouum tellus caput,
Ostendit astris. Cyclas exoritur noua.

Alludit Seneca ad enatam insulam hoc ipso anno, quo scribebat hanc fabulam, nempe Christi Dionysiano XLVI, M. Valerio Asiatico II, M. Valerio Messala Coss. De qua insula, quæ inter *Cycladas* censita est, idem Seneca Nat Quæst. l. II. cap. 26. *Maiorum nostrorum memoria, vt Possidonius tradit, cum Insula in Ægeo mari surgeret, spumabat interdiu mare, & fumus ex alto ferebatur. Nam demum prodebat ignem, non continuum, sed ex interuallis emicantem, fulminum more, quoties ardor inferius iacens superum pondus euicerat. Deinde saxa reuoluta, rupesque*

Digitized by Google

partim illæsæ, quas spiritus antequam verteretur, expulerat, partim exesæ, & in leuitatem pumicis versæ, nouissimè cacumen exusti montis emicuit. Postea altitudinis, adiectum, & saxum illud in magnitudinem insulæ creuit. Idem nostra memoria Valerio Asiatico Consule iterum, accidit. Rursum eiusdem operis l 7. cap. 21. *Aquæ, si ventum detrahas, inertes sunt. Tunc demum impetum sumunt, cum illas agit flatus: qui potest dissipare magna spatia terrarum, & nouos montes subrectos extollere, & insulas non ante visas in medio mari ponere. Therasiam nostræ ætatis insulam, spectantibus nautis, in Ægeo mari enatam, quis dubitat quin in lucem spiritus vexerit?* Insulam hanc enatam esse anno sexto Claudij Cæsaris scribit Aurelius Victor. *Huius*, Claudij, *anno sexto, cum quatuordecim regnarit, octingentesimus vrbis mire celebratus, visusque apud Ægyptum Phœnix, quem volucrem ferunt anno quingentesimo ex Arabia in memoratos lucos aduolare: atque in Ægeo mari repente insula ingens emersit, nocte qua defectus Lunæ acciderat.* Sed in his Aurelij Victoris verbis nonnulla obseruanda sunt παρέργματα. Annus quippe *sextus* Claudij non vertit cum anno octingentesimo Vrbis Conditæ, sed cum septingentesimo nonagesimo nono: deinde quod de Phœnice memorat falsum est, sed Victori imposuit, quod anno Vrbis septingentesimo octagesimo septimo, Paulo Fabio, *L. Vitellio* Coss. auis Phœnix in Ægyptum venit, vt est apud Tacitum Annali VI. anno verò Vrbis octingentesimo, qui fuit Imperatoris Claudij septimus, idem *L. Vitellius* cum Claudio *Consul* fuit: Deceptus igitur est in *L. Vitellij*

Consulatu. Bene tamen est, quod de *Lunæ defectu* obseruat, quanquam non eadem nocte, qua *defectus Lunæ* accidit, emersit insula, sed die potius, qui hanc noctem secutus est: Seneca enim de die emersisse refert. *spectantibus* namque *nautis* enatam scribit: Duo autem acciderunt *Lunæ defectus* intra annum vertentem: Nam die vndecimo Ianuarij, vt diximus, anni Christi XLVI. eclipsim passa est Luna: rursum nocte illa, qua cepit, Romano more, primus anni Dionysiani XLVII. dies, Luna quoque defecit; sed cum idem Seneca testetur, *Valerio Asiatico Consule iterum*, enatam esse hanc insulam, omnino ad priorem Eclipsim referendum est, quod de emergente insula, postquam *Lunæ defectus* accidisset, habet Aurelius Victor: siquidem posterior Eclipsis ad Kalendas Ianuarias anni Christi Dionysiani XLVII. ac proinde Claudio Cæsare Augusto IV. L. Vitellio III. Coss. pertinet: Cum Aurelio Victore paria facit Dio Cassius L. LX. ἀνεφάνη δὲ καὶ νησίδιόν τι ἐν τῷ ἔτει τούτῳ, ἐν τῷ ὅτε, Κλαύδιος τὸ τέταρτον, καὶ Βιτέλλιος Λούκιος τὸ τρίτον, ὀκτακοσιοστὸν τῇ Ῥώμῃ ἔτος, ὑπάτευον, παρὰ τῇ Θήρᾳ τῇ νήσῳ, οὐκ ὂν πρότερον. At vero Cassiodorus in Chronico confert in annum Christi Dionysianum XLV. id est, in Consulatum Vinucij & Statilij: *His Coss. inter Theram & Therasiam exorta est insula habens stadia triginta.* Quæ verba ex Eusebiano B. Hieronymi Chronico accepit Cassiodorus, cum tamen Eusebius adscribat anno præcedenti, siue quarto Claudij num. MMLX. Sed Senecæ tutius credemus; cuius tamen exemplaria loco

Digitized by Google

illo libri VI. Natural. Quæst. vitiosè repræsentant nomen huius insulæ: nam ita editur. *Therasiam nostræ ætatis insulam, spectantibus nautis, in Ægeo mari enatam, quis dubitat quin in lucem spiritus vexerit?* Non enim *Therasia* appellata est hæc insula: Quare Muretus legendum putabat ex Plinio, *Inter Theram & Therasiam, hanc nostræ ætatis insulam &c.* Sed longe abit à scriptura Senecæ, qui, vt puto, nomen huius insulæ non prodidit, neque hic, neque altero illo loco ex eiusdem operis l. II. quare locum ita restituimus: *qui potest dissipare magna spatia terrarum, & nouos montes subrectos extollere, & insulas, non ante visas in medio mari ponere terras: iam nostræ ætatis insulam, spectantibus nautis, in Ægeo mari enatam, quis dubitat quin in lucem spiritus vexerit?* Probat exemplo enatæ sua ætate in Ægeo mari insulæ, neminem esse, qui iam possit dubitare, quin spiritus in lucem has terras repente in aliquo mari emergentes vehat: Nominat autem Plinius in hanc Insulam *Thiam* l. II. cap. LXXXVII. agens de his insulis in mari enatis. *Inter Cycladas Olympiadis* CXXXV. *anno quarto* Thera & Therasia. *Inter easdem post annos* CXXX. Hiera, *eademque Automate. Et ab duobus stadijs post annos* CX. *in nostro æua, M. Iunio Sillano, L. Balbo Coss. ad VIII. Idus Iulias, Thia.* Rursum l. 4. cap. 12. Thera, *cum primum emersit*, Calliste *dicta. Ex ea auulsa postea* Therasia; *atque inter duas enata mox* Automate, *eadem* Hiera: *& in nostro æuo* Thia *iuxta eandem* Hieram *nata.* Hunc Plinij locum priorem attigit

Consulatus M. Iunij Sillani & L. Balbi; Plinius namque decessit *anno* ætatis suæ *sexto & quinquagesimo,* vt nepos Plinius auctor est, anno Christi Dionysiano octagesimo: Ergo natus est Plinius anno Christi Dionysiano vicesimo quarto, hoc est, *quinto* post *Consulatum M. Iunij Sillani & L. Balbi anno.* Denique *Thia* non emersit *ad* VIII. *Idus Iulias,* vt quæ nata sit eo die, qui noctem qua Lunæ Eclipsis accidit, secutus est, nempe *pridie Idus Ianuarias.* Quare emendandi sunt Pliniani codices, & locus ita constituendus. *Inter Cycladas* Thera, *& Olympiadis* CXXXV. *anno quarto Therasia: Inter easdem post annos sc.* XXXVIII. Hiera, *eademque* Automate: *Et ab ea duobus stadijs post annos* CCX. *in nostro æuo,* Thia. Sed iam aperiendæ sunt emendationis nostrę rationes. Omnino constat ex altero Plinij loco quatuor inter Cycladas è mari variis temporibus emersisse insulas, quarum prima *Thera* est, quæ enata est ante tempus historicum, nam eius κτίστης siue conditor fuit *Cadmus* Agenoris Filius, teste Herodoto. Sequitur proximo, sed longo tamen interuallo, *Therasia:* nam ita habet Plinius: *E* Thera *auulsa postea* Therasia, & id quidem *anno quarto Olympiadis centesimæ tricesimæ quintæ,* vt hic habes. Paulo post emersit *Hiera* siue *Automate.* Plinius. *Atque inter duas* Theram atque Therasiam, *enata mox* Automate, *eadem* Hiera: Sed istud *mox* definiuit Plinius in his verbis *annorum triginta octo* interuallo: nam ita restituimus: *Inter easdem, post annos sc.* XXXVIII. Hiera, *eademque* Automate. Nam ab anno quarto

Digitized by Google

Olympiadis centeſimæ triceſimæ quintæ; annus ſecundus Olympiadis centeſimæ quadrageſimæ quintæ numeratur *triceſimus octauus*: Atqui auctor eſt Euſeb. in Chronico, numero CIↃIↃCCCXVIII, ad *annum ſecundum Olympiadis centeſimæ quadrageſimæ quintæ*, *Hieram* hanc enatam eſſe : verba eius ſunt: *Iuxta* Theram *apparuit inſula, quæ vocatur* Hiera. Non ignoro Virum illuſtrem iſta Euſebij referre ad *Hieram* vnam ex Vulcani inſulis in Sicilia, cui accedit etiam alter Euſebij caſtigator, additque apud Plinium ſibi videri reſcribendum, *Inter Cycladas Olympiadis* CXLV. *anno quarto Thera & Theraſia:* exiſtimatque *Theraſiæ* nomine intelligi hanc *Hieram* Vulcani inſulam, quia olim ſic dicta teſte eodem Plinio : Sed facile mihi ignoſcent viri ſummi, ſi forte cras credam, hodie nihil : Nam *Theraſiam* facit hic Plinius *Cycladum* vnam, ergo in *Æolijs* non poteſt cenſeri Euſebius vero omnino intelligendus eſt de eadem inter Cycladas *Hiera*, vt qui *iuxta Theram* vnam Cycladum *apparuiſſe* ſcribat: At vero Inſula illa *Hiera*, quæ in Siculo freto enata eſt, emerſit *anno ſecundo Olympiadis centeſimæ quadrageſimæ nonæ M. Claudio Marcello, Q. Fabio Labeone Coſſ.* Oroſius l.4. cap. 20. in rebus geſtis huius anni : *In Sicilia tunc Vulcani inſula, quæ ante non fuerat, repente in mari edita cum miraculo omnium, vſque ad nunc manet.* Iulius Obſequens. *M. Claudio, Q. Fabio Labeone* COSS. *In Sicilia inſula noua maritima :* Liuius L. XXXIX. anno ſequenti adſcribit. *Sub Coſſ. Cn. Bæbio Tamphilo, L. Æmilio Paullo, ſupplicatio extremo*

anno fuit prodigiorum caussa, quod sanguinem per biduum pluisse in arca Concordiæ satis credebant, nuntiatumque erat, haud procul Sicilia insulam, quæ nondum ante fuerat, nouam editam mari esse. Sed Eusebius in Chronico, numero cIↄIↄcccxcii. ad *annum tertium Olympiadis centesimæ sexagesimæ tertiæ* emersisse scribit *Iuxta Æoli insulas igne ex Flatu suscitato, apparuit insula, quæ nunc* Hiera *vocatur.* Huius meminit Plinius L. ii. cap. LXXXVIII. *Ante nos & iuxta Italiam inter Æolias insulas; item iuxta Cretam emersit è mari MD. passuum, vna cum calidis fontibus, altera Olympiadis* CXLIII. *anno tertio in Thusco sinu, flagrans hæc cum violento flatu.* Insula hæc enata in Thusco sinu omnino est *Hiera*, de quo idem l. 3. cap. 9. *Inter Liparam & Siciliam altera, antea* Therasia *appellata, nunc* Hiera, *quia sacra Vulcano est, colle in ea nocturnas euomente Flammas.* nam idem hîc habes, quod in superiori loco dixit, *flagrans hæc cum violento flatu*: Vbi tamen emendandus est Olympiadis numerus ex Eusebio, & rescribendum, *Olympiadis* CLXIII. *anno tertio.* nam etiam quidam MSS. codices habent, CLXII. vt referunt viri docti. Caue autem putes eandem esse cum *Hiera* illa eiusdem tractus insula, cuius Thucidides l. 3. Aristoteles μετεωρολογικῶν lib. ii. cap. 8. Callias lib. 10. τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα meminerunt: nam, vt mittam plusquam ducentis annis ante hanc enatam illius meminisse Thucididem, etiam nomen, quanquam idem videatur, non bene conuenit; eam quippe Thucidides atque Aristoteles *Hieram* vocant; atqui hæc, cuius meminit Plinius,

& quam emersisse vult anno tertio Olympiadis CLXIII. paulo ante Plinij annum *Hiera* appellata fuisse videtur. Sed de his satis: Sequitur apud Plinium: *Et ab ea duobus stadiis post annos* CCX. *in nostro æuo, Thia*. Scilicet anno ducentesimo decimo post enatam *Hieram* siue *Automatem*, emersit *Thia*: Annus hic incidit in secundum Olympiadis ducentesimæ sextæ: *Valerio Asiatico iterum, M. Valerio Messala Coss*. Sed non defuerunt, qui in annum sequentem huius insulæ natalem coniicerent, quod & curiosorum aliquis olim ad libri sui oram obseruauerat; sed eius obseruatio, eaque corrupta, in contextum hoc modo, *M. Iunio Syllano, L. Balbo Coss. ad* VIII. *Idus Iulias Coss*. Non ignoro hunc annum in Fastis signari Consulatu Imperatoris Claudij A. IV. L. Vitellij III. sed male, si Suetonium in Claudio audiamus: non enim Consul ordinarius fuit Claudius, sed suffectus in locum demortui, cuius nomen ignoratur. Verba Suetonij sunt: *Consulatus super pristinum quatuor gessit: ex quibus duos primos iunctim, sequentes per interuallum, quarto quemque anno; semestrem nouissimum, bimestres ceteros, tertium autem, nouo circa principem exemplo, in locum demortui suffectus*. Fuerunt igitur Consules ordinarij L. Vitellius, & nescio quis alter, in cuius demortui locum suffectus est Claudius A. in duos menses: inter suffectos etiam huius anni Consules nominatur *Ti. Plautius Siluanus Ælianus*, quem *mense Iunio* magistratum hunc adiisse suspicio nostra est, L. vero *Balbus mense Iulio* suffectus in locum *L. Vitellij*, ini-

Digitized by Google

uit; atque id ad marginem huius loci studiosus obseruauerat.

CAP. II.

Committuntur Euripides & Seneca dramate Hippolyto: *illius Scena Trœzene, huius Athenis: Seneca in multis incogitantia castigatur, eiusque codices non semel emendantur. Cretenses mare obtinent.*

NON male collocabunt operam studiosi, si diligenter conferant Græcas veterum Poëtarum Tragœdias cum Latinis, quibus illas expresserunt Latini, quod & nos olim maxima cum animi voluptate fecisse meminimus, & hoc capite probabimus. Fabulam edidit Euripides *Hippolytum*; scripsit quoque Seneca: Domum cedit à venatione Hippolytus initio huius dramatis apud Euripidem, ita quippe loquitur Venus:

ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τόνδε παῖδα Θησέως
στείχοντα, θήρας μόχθον ἐκλελοιπότα,
Ἱππόλυτον, ἔξω τῆσδε βήσομαι δόμων.

Et quidem ita longe melius, quàm à Seneca factum est, qui primore dramate Hippolytum προλογίζοντα inducit, venatum abeuntem:

Vocor in siluas. hac hac pergam,
Qua via longum compensat iter.

Eumque reducem facit Actu II: Nam certè cùm eo reduce in vrbem omnino opus fuerit, præstabat eum redeuntem à venatione inducere, quam vena-

Digitized by Google

tum abeuntem facere, qui tam cito erat ἐξ αἰάρχης rediturus. Non possumus quoque probare, quod idem Senecæ Hippolytus, tot, tamque dissita loca, vno eodemque tempore à suis venatoribus lustrari cingique imperat, *Parnetha*, *Marathona*, *Sunion Hymettum*, alia: Satius enim erat, vnum ex his locis lustrari, & vndique cingi, maxime cùm vno eodemque tempore tot loca ipsa adire non posset. Actu I. Sc. II. *profugus* abesse dicitur Theseus: & tamen in hoc Senecæ dramate, cuius scena est Athenis, non fingitur illinc exulare Theseus, eò quippe mox est rediturus, sed abesse Pirithoum secutus ad inferorum sedes, vt Proserpinam raperent: At vero apud Euripidem scena dramatis est Trœzene, ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ἐν Τροιζῆνι κεῖται, Athenis quippe exul eo profectus cum tota domo fuerat Theseus.

ἐπεὶ δὲ Θησεὺς Κεκροπίαν λίπε χθόνα,
μίασμα φεύγων αἵματος Παλλαντιδῶν,
καὶ τήνδε σὺν δάμαρτι ναυστολεῖ χθόνα,
ἐνιαυσίαν ἔκδημον αἰνέσας φυγὴν,

Primus Senecæ Chorus, quem opposuit illi Euripidis, cuius initium,

Ἔρως Ἔρως, ὁ κατ' ὀμμάτων
στάζεις πόθον,

longe inferior est Græco: Nam cùm vterque resciuerit amorem Phœdræ aduersus Hippolytum, Senecæ Chorus hoc tantum habet, nulla esse cœlo, terra, marique animantia, quæ amoris ignes non sentiant: Euripidis vero Chorus, cùm

Digitized by Google

tam infandum Phœdræ amorem deteſtaretur, ei præſenti occinit, atque adeo exemplis probat, Amorem

πέρθοντα, καὶ διὰ πάσης
ἰόντα συμφορᾶς
θνατοῖς, ὅταν ἔλθῃ.

ſcilicet Phœdræ partes tuetur Chorus apud Senecam, & probat etiam alibi his verſibus:

Res eſt forma fugax. quis ſapiens bono
Confidat fragili? dum licet vtere, vtere:
Tempus ſed tacitum ſubruit, horaque
Semper præterita deterior ſubit.
Quid deſerta petis? tutior auiis
Non eſt forma locis.

quod tamen fit contra præclarum Horatij monitum, qui de Choro iſta ſcribit, *Jlle bonis faueatque & concilietur amicis.* Sed vnde Choro notus apud Senecam Phœdræ amor? Credi par non eſt, Phœdram iam ante, & extra ſcenam, illi notum feciſſe, nam in vulgus dimanaſſet: Atqui certum eſt reſciſſe cùm primum in ſcenam prodit: id quippe manifeſtè indicant hi verſus:

Vindicat omnes Natura ſibi.
Nihil immune eſt, odiumque perit,
Cùm iuſſit Amor, veteres cedunt
Ignibus iræ. quid plura canam?
Vincit ſæuas cura nouercas.
Altrix profare, quid feras? quonam in loco eſt?

Apud Euripidem Phœdræ in ſcena ſuum memorat amorem, cùm præ eo iam inſaniret, & ad

Digitized by Google

incitas esset redacta, quæ œconomia longe est melior ea Latini Poëtæ: Præterea peccat apud Senecam Nutrix, cum aduocans famulos testes futuros ficti criminis, ita infit:

Facinoris tanti notas
Referte in vrbem.

Nam ista non extra vrbem, sed ad regiam intra vrbem accidisse finguntur: ibi quippe erat Phædra: Nutrix in superioribus:

Sed en patescunt Regiæ fastigia:
Recliuis ipsa sedis auratæ toro,
Solitos amictus mente non sana abnuit.

ex Euripide, apud quem Chorus:

ἀλλ' ἥδε τροφὸς γεραιὰ πρὸ θυρῶν
Τήνδε κομίζουσ' ἔξω μελάθρων.

Nutrix item ibidem:

τί σ' ἐγὼ δράσω; τί δὲ μὴ δράσω;
τόδε σοι φέγγος λαμπρὸν, ὅδ' αἰθήρ.
ἔξω δὲ δόμων ἤδη νοσερᾶς δέμνια κοίτας.
δεῦρο γὰρ ἐλθεῖν, πᾶν ἔπος ἦν σοι,
τάχα δ' εἰς θαλάμους σπεύσεις τὸ πάλιν.

Quare male vult *referre in vrbem*, cum in ipsa essent vrbe. Verum omnem admirationem superat boni Senecę ἀπροσεξία in his, quæ à Nuncio dicuntur de deplorando Hyppolyti casu:

Est alta ad Argos collibus ruptis via,
Vicina tangens spatia suppositi maris;
Hic se illa moles acuit, atque iras parat.

Nempe occurrit Hippolyto monstrum illud è mari à Neptuno immissum, ad viam, qua Argos ibatur.

Digitized by Google

ibatur: Habet ex Euripide, apud quem Nuncius rem ita exequitur:

πρόσπολοι δ' ὑφ' ἅρματος
πέλας χαλινῶν εἱπόμεσθα δεσπότῃ,
τὴν εὐθὺς Ἄργους Κἀπιδαυρίας ὁδὸν,
ἐπεὶ δ' ἐρῆμον χῶρον εἰσεβάλλομεν,
ἀκτή τις ἐστὶ τοὐπέκεινα τῆσδε γῆς,
πρὸς πόντον ἤδη κειμένη Σαρωνικὸν,

Sed iſta non male Euripides, apud quem ſcena dramatis eſt Trœzene, non longe ab Argo atque Epidauro: itaque cum Hippolytus agro Trœzenio exul excederet, viam optime iuit, quæ Argos aut Epidaurum ducebat, vicina tangens ſpatia Saronici ſinus; ſed apud Senecam ſcena dramatis eſt Athenis, qua vrbe profugit Hippolytus, & eodem die occidit, atque eius patri de caſu illius nunciatum eſt, relatumque Athenas cadauer: vnius quippe Solis ambitus, quicquid hoc dramate geſtum eſt, complectitur. Fieri itaque nequit, vt alta illa ad Argos via occiderit Hippolytus: antequam enim eo perueniſſet Athenis, plurium opus erat interuallo dierum: ſed non procul Athenis periiſſe debet apud Senecam, quemadmodum non longe Trœzene id accidiſſe docet Euripides, via illa ſcilicet, qua ibatur, non tantum Argos, ſed etiam Epidaurum, quod indicio eſt, non longe adhuc ab vrbe Trœzene abfuiſſe, cùm viam inſiſteret, qua non minus Argos, quàm Epidaurum, ibatur, quæ tamen duæ vrbes erant diſſitæ, & quidem Epidaurus ad ſinum Saronicum ſita, Argos

Digitized by Google

vero in media Argolide: Habet igitur Seneca de via ad Argos ex Euripide, ſed in eo eius iudicium requiro, cum non eadem in vrbe ſit apud vtrumque dramatis ſcena. Eiuſdem quoque incogitantia eſt quod paullo ante apud eundem Senecam præcedit:

Latuere nube, numen Epidauri Dei
Et ſcelere petræ nobiles Scironides,
Et quæ duobus terra comprimitur fretis.

Accepit ab Euripide, cuius hi ſunt verſus:

Εἰς δ' ἀγχιρρόθους
ἀκτὰς ἀποβλέψαντες, ἱερὸν εἴδομεν
κῦμ' οὐρανῷ στηρίζον, ὡς ἀφῃρέθη
σκείρωνος ἀκτὰς ὄμμα τοὐμὸν εἰσορᾷν,
ἔκρυπτε δ' Ἰσθμὸν, καὶ πέτραν Ἀσκληπιοῦ.

Optime quidem Euripides, quia Trœzene profectus Hippolytus, & in via, qua ibatur & Argos, & Epidaurum, habebat à fronte oppoſita Scironia ſaxa, Iſthmum, & Epidaurum: at vero eſt παρόραμα Senecæ merito caſtigandum de Scironiis ſaxis & Iſthmo: Athenis enim erat profectus Hippolytus, atque in Peloponneſum peruenerat, ſiquidem iam viam inierat ad Argos ducentem: Quare pòſt ſe & à tergo reliquerat Iſthmum, atque Scironia ſaxa: Non igitur ea ab oculis Hippolyti & famulorum eius eripuit immiſſum à Neptuno è mari monſtrum: Atque hæc ſatis, ſuperſunt alia, quæ nos alias, ſi Deus vitam & otium dederit, diligentius excutiemus: duo tamen loca non poſſumus prætermittere ex hac fabula, quibus aliqua

Digitized by Google

lux est præferenda: Act. I. Sc. II. ita loquitur Phædra:

O magna vasti Creta dominatrix freti,
Cuius per omne littus innumeræ rates
Tenuere pontum, quicquid Assyria tenus
Tellure Nereus peruium rostris secat

Viri summi non capiunt, quid secet Nereus, qui secatur ipse, & rostris, vt hic loquitur, est peruius; itaque reponere non dubitant:

quisquis Assyria tenus
Tellure Nereum peruium rostris secat.

Ait per omnia Cretensium littora, naues esse plurimas, quæ Assyriam vsque, mare secent, & transmittant. Iam illud, *innumeræ rates*, & *quisquis*, Atticum est ἀνακόλουθον, Græcorum Tragicorum, ac præsertim Sophoclis, deliciæ. Ego vero existimo nihil hic esse mutandum: Nam ista dicuntur à Phædra de maris imperio, quod obtinuit cum suis Cretensibus Minos Phædræ pater, de quo Eusebius in Chronico numero Iↄcclxv. *Minos mare obtinuit.* Diodorus Siculus L. IV. ὅτι *Minos* πρῶτος Ἑλλήνων ναυτικὴν δύναμιν ἀξιόλογον συστησάμενος ἐθαλασσοκράτησεν. Apollodorus Atheniensis Bibliothecæ L. III. de Minoë loquens: θαλασσοκρατήσας δὲ πρῶτος πασῶν τῶν νήσων σχεδὸν ἀπῆρξεν. Quibus è verbis exponendus est Seneca: nam dicebat Phædra suos Cretenses tenuisse pontum per omnia littora, id est, θαλασσοκρατῆσαι, sed addit per quæ littora, nempe Insularum earum, quæ erant *Syriam* vsque quam *Assyriam* dixit, solenni veterum Scriptorum more:

quicquid Assyria tenus
Tellure Nereus peruium rostris secat

Sensus est : quicquid ad Syriam vsque Nereus à continenti abscidit & diuisit, eóque nauibus accedi potest: Elegans est descriptio Insularum : nam quod de Sicilia olim dictum, eam agro Bruttio adhæsisse, à quo auulsa sit interfuso mari, idem de ceteris Insulis pronunciat Seneca, mare secasse & abscidisse eas vndique à continenti quomodo etiam Poëta, *toto diuisos orbe Britannos*, dixit. Alter locus, qui nostra eget interpretatione, hic est: Cum Hippolytum compellaret Nutrix, iuberetque cum ætate atque genio amorique indulgere, ita infit :

Potius annorum memor
Mentem relaxa, motibus festis facem
Attolle, curas Bacchus exoneret graues.

Ad quem locum hæc est viri maximi nota : Nihil est verius, quam scribendum esse, *noctibus festis*; Quod à nobis ita emendatum Lipsianus codex confirmauit. Cuius quidem viri præstantissimi animus alibi erat, cum hæc ad nescio quæ Triuiæ sacra ex Propertio traheret, quæ in nemore, ait, celebrabantur. Qui leuissime tinctus est his literis, videt *Eleusinia* esse, de quibus agitur. Phædra supra:

Nec inter aras Atthidum mixtam choris
Iactare taciti conscias sacri faces.

Faces iactare, item, *faces tollere*, δαδουχεῖν, δᾶδα ἱστάναι. Ego vero sententiæ viri maximi non possum

Digitized by Google

accedere: nam *ætate frui* non eſt δαδουχεῖν καὶ δᾶδα ἵστασθαι. Equidem non ignoro Phædram amorem in Hippolytum concepiſſe, cùm his Trœzene veniſſet Athenas viſurus ſacra Eleuſinia, vt apud Euripidem præfatur Venus:

> ἐλθόντα γάρ νιν Πιτθέως ποτ' ἐκ δόμων,
> σεμνῶν ἐς ὄψιν καὶ τέλη μυστηρίων,
> Πανδίονος γῆν, πατρὸς εὐγενὴς δάμαρ
> ἰδοῦσα Φαίδρα, καρδίαν κατέσχετο
> ἔρωτι δεινῷ, τοῖς ἐμοῖς βουλεύμασι,

Sed tamen non inde ſequitur, eum oportere, qui amori indulgeat, iactare faces Eleuſinias, neque iſta cohærent cum Eleuſiniis ſacris, *mentem relaxare,* itemque *curas Baccho exonerare graues:* nam *mentem puri* eſſe iubebantur: οὕτοι γὰρ τά τ' ἄλλα, inquit Libanius Declamat. XIX. καθαροῖς εἶναι τοῖς μύσταις ἐν κοινῷ προαγορεύουσιν, ὅτι τὰς χεῖρας, τὴν ψυχὴν, τὴν φωνὴν Ἕλληνας εἶναι. Præterea Baccho ſe non ingurgitabant, vt curas exonerarent, ſed ieiunabant, & cyceonem tantum ebibebant, vt è Clemente Alexandrino, Arnobio, aliis conſtat. Inuitat itaque ad comum Nutrix Hippolytum, cuius indices ſaltationes, faceſque, quas immitteret in amicæ ædes, ni admitteretur: qui enim ad comum ibant ſolennes agitabant choros καὶ ὀρχήσεις, & præterea faces geſtabant.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

Digitized by Google

CAP. III.

Rursum committitur Seneca Troadibus, *cum Euripide* Troadibus, *atque* Hecuba: *Seneca in nonnullis castigatur, vt & Euripides: in vtriusque* Troadibus *quædam emaculantur, quo anno* Troadas *docuerit Euripides, quæsitum.*

TROADAS edidit L. Annæus Seneca, diuinam sane fabulam, in qua partim cognominem Euripidis, partim etiam eiusdem Hecubam expressit, sed tamen in ea nonnunquam dormitasse Senecam fatendum est, idque facile demonstrabunt quæ huic commisimus chartæ: Neque enim probari potest, quod Andromachen inducit Act. IV. Sc. *Quicumque hymen*, in qua colloquuntur Helena, Andromache, & Hecuba: Andromachæ enim iam ereptus fuerat filius Astyanax præceps è turri dandus: itaque nihil aliud erat quod ageret Andromache, aut loqueretur, præter eiulatus & querelas de morte filij. Eadem Scena, vbi se Vlyssi obtigisse ex Helena resciuit Hecuba, ita fatur.

Quis matrem Hectoris
Armis Achillis miscet? ad Vlyssem vocor?
Nunc victa, nunc captiua, nunc cunctis mihi
Obsessa videor cladibus; domini pudet,
Non seruitutis, Hectoris spolium feret,
Qui tulit Achillis?

Digitized by Google

Postrema ista verba desumta sunt è Troadibus Euripidis, quo in dramate penes Hecubam quidem est Hectoris clypeus, quem designat Senecæ Hecuba his verbis, *Hectoris spolium:* attamen Hectoris arma fuerunt in Andromachæ potestate, sed cum Pyrro discessura iubet clypeum ad socrum Hecubam deferri, vt in eo Astyanacta sepeliret: narrat Hecubæ Talthybius apud Euripidem:

καὶ σφ' ᾐτήσατο
θάψαι νεκρὸν τόνδ', ὃς πεσὼν ἐκ τειχέων,
ψυχὴν ἀφῆκεν, Ἕκτορος τοῦ σοῦ γόνος,
φόβον τ' Ἀχαιῶν χαλκόνωτον ἀσπίδα
τήνδ', ἣν πατὴρ τοῦδ' ἀμφὶ πλεύρ' ἐβάλλετο,
μή νιν πορεῦσαι Πηλέως ἐφ' ἑστίαν
ἀλλ' ἀντὶ κέδρου, περιβόλων τε λαΐνων
ἐν τῇδε θάψαι παῖδα. σὰς δ' ἐς ὠλένας
δοῦναι, πέπλοισιν ὡς περιστείλης νεκρὸν,
στεφάνοις θ' ὅση σοι δύναμις, ὡς ἔχει τὰ σὰ,

Atque id exequitur Hecuba: habes ibidem in his Hecubæ verbis,

σύ τ' ὦ ποτ' οὖσα καλλίνικε μυρίων
μῆτερ τροπαίων, Ἕκτορος φίλον σάκος
στεφανοῦ. θανῇ γὰρ, οὐ θανοῦσα, σὺν νεκρῷ
ἐπεί σε πολλῷ μᾶλλον, ἢ τὰ τοῦ σοφοῦ
κακοῦ τ' Ὀδυσσέως ἄξιον τιμᾶν ὅπλα

Locum hunc non penetrarunt Interpretes, nam ista referunt ad Hecubam, quæ hæc sibi ipsa dicat: at nullus dubito, primo ita interpungendum esse:

σὺ τ' ὦ ποτ' οὖσα καλλίνικε μυρίων
μῆτερ τροπαίων, Ἕκτορος φίλον σάκος,
στεφανοῦ. θανῇ γὰρ, οὐ θανοῦσα σὺν νεκρῷ.

id eſt : *Tu vero, ô olim victoriis inclita, infinitorum*
Mater trophæorum, ô gratum Hectoris ſcutum,
Coronare : peribis enim, quamuis cum mortuo,

id eſt, Hectore, *non perieris.* Hectoris enim arma cum Hectoris cadauere à Priamo ſunt redemta, nec tamen cum ipſo Hectore, ſaltem eius clypeus, ſepulta, quia Aſtyanacti vtenda aſſeruabantur : locus cur non intelligeretur in cauſſa fuit conſtructio, quia videbatur illis non debere participia feminini generis cum nomine neutro, σάκος, conſtrui; ſed longe falſi ſunt; nam θανοῦσα refertur ad τὸ οὖσα καλλίνικε μυρίων μῆτερ τροπαίων : atque ita vere appellatur clypeus Hectoris, qui eo armatus multa de victis hoſtibus ſtatuerat tropæa : στεφανοῦ eſt in patiendi non agendi ſignificatione : Quare autem Hectoris clypeum vna cum Aſtyanacte tumulo condat Hecuba, cauſſam aperit duobus verſibus ſequentibus, quorum prior leuiter corruptus, ita emendandus eſt :

ἐκεῖ σε πολλῷ μᾶλλον, ἢ τὰ τοῦ σοφοῦ
κακοῦ τ' Ὀδυσσέως ἄξιον τιμᾶν ὅπλα

id eſt : *Illic te eſſe longe multo æquius eſt, quam doloſi*
Improbique Vlyſſis arma exornare.

Emendationis noſtræ fundus eſt Seneca, qui ad hæc alludit iſtis verbis.

Hectoris ſpolium feret

Qui

Qui tulit Achillis?

Appellat quippe *spolium Hectoris*, eius clypeum, qui apud Euripidem erat penes Hecubam, cui tradi curauerat Andromache; at cũ ista apud Senecam loquebatur Hecuba, clypeus erat in Andromachæ potestate: Quare non possum hîc non appellare iudicium Senecæ, qui ista Hecubæ tribuit, cum non esset penes eam Hectoris clypeus; erat autem apud Euripidem, ideoque tumulo condere, quam in Vlyssis ædes deferre mauult, ne Vlysses eo arma sua exornet. Hoc quoque aduertendum esse duximus, quod Hecuba cum luget suam suarumque siue nuruum siue filiarum sortem, quæ inter Græciæ Principes sortitò diuidebantur, nulla *Polyxenæ* meminerit.

Dominum ecce Priami nuribus & natis legens
Sortitur vrna: præda quem vilis sequar?
Hic Hectoris coniugia despondet sibi,
Hic optat Heleni coniugem, hic Antenoris,
Nec deest tuos, Cassandra, qui thalamos petat,
Mea sors timetur, sola sum Danais metu.

Nam Seneca hic non sequitur Euripidis œconomiam: Erat enim apud matrem *Polyxena* in hac Senecæ fabula; an futuri præsaga mens *Polyxenam* supremum diem obituram potius, quam in alicuius domini potestatem venturam suspicabatur? An etiam aliquid erat ad eam perlatum de Achillis imagine, quæ sibi desponsã *Polyxenam* Pyrrhi manibus mactari iusserat? minime gentium. Nam id primum ab Helena accepit Hecuba Act. IV.

Digitized by Google

Adhuc Achilles viuit in pœnas Phrygum?
Adhuc rebellat? ô manum Paridis leuem!
Cinis ipse nostrum sanguinem ac tumulus sitit.

Troadumque Chorus audiuit à Talthybio Act. II. itemque ab Helena Andromache Act. IV. cum enim fingeret Helena *Polyxenam* dari in vxorem Pyrrho, ita infit Andromache.

Fare, quos Itachus dolos,
Quæ scelera nectat: vtrum ab Idæis iugis
Iactanda virgo est? num per has vastum in mare
Voluenda rupes?

Ergo Andromachæ nondum quisquam retulerat, mactandam esse *Polyxenam* ad Achillis tumulum: quanquam nemo erat Troianorum, qui ignorare posset Achillis vmbram ex inferis rediisse; ecquid enim erant omnis sensus expertes, vt terram mouere non sentirent? eius mugitum, Achillisque vocem omne implentem littus non audirent? diem tenebris mutari non animaduerterent? Neque id ignorabat Andromache Act. 11. sc. *Quid mæsta Phrygiæ*: nam Achillis vmbram rediisse ex inferis testatur

Stygij profundi claustra, & obscuri specus
Laxantur, &, ne desit euersis metus,
Hostes ab imo conditi tumulo exeunt.
Solisne retro peruium est Danais iter?
Certe æqua mors est: turbat atque agitat Phrygas
Communis iste terror.

Quæ postrema verba videntur indicare, Andromachen nouisse id, quod scire se fatetur Hecuba, in cognomine Euripidis dramate,

Digitized by Google

καὶ ποτε δεῖμά μοι
ἤλυθ' ὑπὲρ ἄκρας τύμβου κορυφᾶς
φάντασμ' Ἀχιλλῆος.
ᾔτει δὲ γέρας, τῶν πολυμόχθων
τινὰ Τρωϊάδων.

Nam, quia Achilles ᾔτει γέρας, τῶν πολυμόχθων τινὰ Τρωϊάδων, *turbat atque agitat Phrygas communis iste terror:* Sed tamen chorus, Scena, *Verum est, an timidos fabula decipit;* negat, quanquam id resciuerit, Achillis vmbram ab imo tumulo exiisse, & opinionem suam Seneca, quam hauserat ex Epicuri & Metrodori sui schola, nihil esse post mortem, ac ne animas quidem, confirmat: atque id excusant Viri Incomparabiles, quia etiamsi vulgarem sententiam, animas post obitum superesse, & idola esse, propter dramatis œconomiam, cui seruiebat, non prætermittat, parsque œconomiæ huius dramatis opinione ista nitatur, in Choro, vbi maxima est Poëtæ Tragico libertas, suam proposuit. Verum excusatione non est opus, nec defensione ista eget Seneca: Qui decorè admodum hæc à Choro, is autem Troadum erat, dici facit, postquam audiuerunt à Talthybio placandos esse Achillis manes Polyxenæ cæde: At vero Chorus hic falso prætexi manes contendit huic sceleri, cum nulli sint, nihilque post mortem supersit. Act. II. sc. II. duo versus loco non suo leguntur,

Breui repensans quicquid adiecit moræ
Scyros, fretumque Lesbos Ægeum secans.

Non ignoro Achillem latuisse in insula *Scyro*, sed

Digitized by Google

Lesbos nullam adiecit moram: Priorem itaque versum ita coniunge,

> *Falsasque vestes, fassus est armis virum,*
> *Breui repensans, quicquid adiecit moræ?*

Alterum vero emendatum repone,

> *Et caussa litis Regibus Chryse iacet,*
> *Syros, fretumque Lesbos Ægeum secans.*

Ouidius, vt ceteros mittam, Transformationum L. XIII.

> *.Ergo opera illius mea sunt: ego Telephon hasta*
> *Pugnantem domui, victum orantemque refeci.*
> *Quod Thebæ cecidere meum est, me credite* Lesbon
> *Me Tenedon, Chrysenque, & Cyllã, Apollinis vrbes,*
> *Et Syron cepisse, mea concussa putate*
> *Procubuisse solo Lyrnessia mœnia dextra.*

Atque ista quidem de *Troadibus* Senecæ, addemus & nonnulla ad cognominem Euripidis fabulam: In eo Neptunus προλογίζει, quod vix ferri potest: Nouimus quidem vsitatum id esse, multumque habere dignitatis, sed sub hac Lege, ἢ ὅσα πρὸ τοῦ γέγονεν, ἃ οὐχ οἷόν τε ἄνθρωπον εἰδέναι, ἢ ὅσα ὕστερον, ἃ δεῖται προαγορεύσεως ἢ ἀγγελίας· ἅπαντα γὰρ ἀποδίδομεν τοῖς θεοῖς ὁρᾶν. Sed neutrum horum hic occurrit: quæ enim præfatur Neptunus de Ilij excidio, quod deplorat, sunt infra Dei dignitatem: illa vero de Troianarum sortitione, & eo, quod illas manebat, fato, non satis plene, nihil quippe de Astyanacte: adde quod partes hæ commode dari poterant Cassandræ, quæ, vt vates, & Deo plena, argumentum fabulæ exposuisset, & de futuris, è

Digitized by Google

quibus est argumentum, pronunciasset non minus vere, quam Neptunus, magisque adeo commode: nam non minus commouisset animos spectatorum περιπέτειαι illæ, Polyxenæ, exempli gratia, & Astyanactis cædes, vbi in dramate nunciarentur patratæ, quam si illas esse patrandas non resciuissent à Cassandra, quia quanquam vera prænunciaret, fides tamen illi non habebatur. Quæ vero Neptunus cum Minerua deinde præfatur de infausto Græcorum in patriam reditu, spectatorum nihil intererat scire, non sunt quippe de argumento fabulæ, nec ad Troianos dicebantur, qui dotuissent aliquod ex illis Græcorum infortuniis solatium petere, quo consilio, & bene id quidem, hoc ipso dramate, Cassandra Hecubæ ceterisque Troadibus prædicit Agamemnonis cædem, & Vlyssis errores. Primus autem versus huius fabulæ leuiter corruptus, nec commode expositus videtur:

> ἥκω λιπὼν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος
> πόντου.

Non enim Ægeo mari excedebat Neptunus, sed Troïa; constat è sequentibus:

> ἐγὼ δὲ (νικῶμαι γὰρ Ἀργείας θεοῦ
> Ἥρας, Ἀθάνας θ', αἳ ξυνεξεῖλον Φρύγας,)
> λείπω τὸ κλεινὸν Ἴλιον, βωμούς τ' ἐμούς,
> ἐρημία γὰρ πόλιν ὅταν λάβῃ κακὴ,
> νοσεῖ τὰ τῶν θεῶν, οὐδὲ τιμᾶσθαι θέλει.

Quare optime Macrobius L. IV. cap. XXII. comparat cum Virgilianis istis:

Digitized by Google

Excessere omnes, adytis, arisque relictis,
Di, quibus imperium hoc steterat.

Addit quoque Neptunus:

ἀλλ' ὦ ποτ' εὐτυχοῦσα χαῖρέ μοι πόλις,
ξεστόν τε πύργωμ'. εἴ σε μὴ διώλεσεν
Παλλὰς Διὸς παῖς, ἦσθ' ἂν ἐν βάθροις ἔτι.

Troia igitur, non pelago excedit Neptunus, Ægeum mare petiturus τῇ περιάκτῳ insidens, cui abeunti occurrit Minerua in machina ad eum accedens: Nullus igitur dubitem rescribere primo versu;

ἥκω λυπῶν Αἰγαῖον ἁλμυρὸν βάθος
πόντου.

Vado, inquit, per Ægeum mare incommodis affecturus, Græcos nempe, quod animo agitabat Neptunus, itaque cum ab eo peteret Minerua, vt tempestatem in Ægeo mari excitaret, respondet,

ἔσται τάδ', ἡ χάρις γὰρ οὐ μακρῶν λόγων
δεῖται. ταράξω πέλαγος Αἰγαίας ἁλός.
ἀκταὶ δὲ Μυκόνου, Δήλιοί τε χοιράδες
Σκῦρός τε, Λῆμνός θ', αἱ Καφήρειοί τ' ἄκραι,
πολλῶν θανόντων σώμαθ' ἕξουσι νεκρῶν

Petit igitur Ægeum mare, vt illud percurrat & perlabatur, ac vbique in eo tempestatem aduersus Græcos excitet. Hecubam quoque matronam non decent ista apud Euripidem, cum se iuuenem non esse dicit, ac proinde nubere non posse Græcorum alicui:

νέα τοι μόχθοις ἔξω χρείαισι,
ἢ λέκτροις πλαθεῖσ' Ἑλλάνων.

Digitized by Google

Ερρει νὺξ αὐτὰ, καὶ δαίμων.

Itaque cum de Cassandra ei retulisset Talthybius.

Ουκ ἀλλὰ λέκτρων σκότια νυμφευτήρια.

non reponit illud, ἰώ μοι μοι, aut istud, ὤι μοι ἐγώ, in quod erupit, quando accepit Polyxenam fore ministram tumuli Achillis, sed hoc tantum,

Η τὴν Φοίβου παρθένον, ᾇ γέρας ὁ χρυσοκόμας
Δῶκεν, ἄλεκτρον ζωάν;

Atque etiam cum Andromache hæc matronali verecundia dignissima diceret,

Καίτοι λέγουσιν, ὡς μί' εὐφρόνη χαλᾷ
Τὸ δυσμενὲς γυναικὸς εἰς ἀνδρὸς λέχος,
Απέπτυσ' αὐτὴν, ἥτις ἄνδρα τὸν πάρος
Καινοῖσι λέκτροις ἀποβαλοῦσ', ἄλλον φιλεῖ.

Hecuba ei consulit vt Hectorem missum faciat, & nouo volens obsequatur marito,

Αλλ' ὦ φίλη παῖ, τὰς μὲν Εκτορος τύχας
Εασον. οὐ μὴ δάκρυά νιν σώσῃ τὰ σά,
Τίμα δὲ τὸν παρόντα δεσπότην σέθεν
Φίλον διδοῦσα δέλεαρ ἀνδρὶ σῶν τρόπων.

Age vero videamus, cum bono Deo, quo anno fabulam hanc docuerit Euripides: Suspicamur productam fuisse in scenam anno tertio vertente Olympiadis nonagesimæ primæ, Pisandro Archonte, postquam nouo vere Deceleam occuparunt Lacedæmonij: hinc toto hoc dramate inuehitur in Lacedæmonios, sed prætermittenda non sunt ista:

Εθνησκον, οὐ γῆς ὅρι' ἀποστερούμενοι,

Digitized by Google

Οὐδ' ὑψιπύργου πατρίδος, οὓς δ' Ἄρης ἕλοι,
Οὐ παῖδας εἶδον, οὐ δάμαρτος ἐν χεροῖν,
Πέπλοις συνεστάλησαν, ἐν ξένῃ δὲ γῇ
Κεῖνται.

Dixit Euripides, οὐ γῆς ὅρι' ἀποστερούμενοι, οὐδ' ὑψιπύργου πατρίδος, quod optime interpretatur Thucydides L. VII. Obseruat enim à Lacedæmoniis ad arma ventum esse, non quia finibus suis pellerentur, sed quia οἱ Ἀθηναῖοι ταῖς τριάκοντα ναυσὶν ὁρμώμενοι Ἐπιδαύρου τε καὶ Πρασιὰς καὶ ἄλλα ἐδῄωσαν, καὶ ἐκ Πύλου ἅμα ἐλῃστεύοντο· καὶ ὁσάκις περὶ τοῦ διαφορὰ γένοιτο τῶν κατὰ τὰς σπονδὰς ἀμφισβητουμένων, ἐς δίκας προκαλουμένων τῶν Λακεδαιμονίων, οὐκ ἤθελον ἐπιτρέπειν. De Athenienſibus vero addit ſub Troianorum perſona, nam Troiani ſunt ὑποκείμενοι, Athenienſes autem δηλούμενοι ſunt.

Τρῶες δὲ, πρῶτον μὲν τὸ κάλλιστον κλέος,
Ὑπὲρ πάτρας ἔθνησκον. οὓς δ' ἕλοι δόρυ,
Νεκροί γ' ἐς οἴκους φερόμενοι φίλων ὕπο,
Ἐν γῇ πατρῴᾳ περιβολὰς εἶχον χθονός,
Χερσὶν περισταλέντες, ὧν ἐχρῆν ὕπο,
Ὅσοι δὲ μὴ θάνοιεν ἐν μάχῃ Φρυγῶν,
Ἀεὶ κατ' ἦμαρ σὺν δάμαρτι καὶ τέκνοις
Ὤκουν.

Quod eſt veriſſimum *Deceleienſi* hoc bello; nam ex Athenienſibus qui occubuerunt, ante ora patrum, patriæ ſub mœnibus altis, ceciderunt. Euripides.

Αἰσχρῶς τὰ κλεινὰ πεδί' ἀπολέσας Φρυγῶν
Ἄγετε, φέρετε.

Lacedæ-

Digitized by Google

Lacedæmonij antequam Deceleam occuparent, ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐσέβαλον· καὶ πρότερον μὲν τῆς χώρας τὰ περὶ τὸ πεδίον ἐδῄουν, vbi vero eam occuparunt, μεγάλα οἱ Ἀθηναῖοι ἐβλάπτοντο. τῆς τε γὰρ χώρας ἁπάσης ἐστέρηντο, καὶ πρόβατα πάντα ἀπωλώλει, καὶ ὑποζύγια ἵπποι τε, ὁσημέραι ἐξελαυνόντων τῶν ἱππέων, πρός τε τὴν Δεκέλειαν καταδρομὰς ποιουμένων, καὶ κατὰ τὴν χώραν φυλασσόντων, οἱ μὲν ἀπεχωλοῦντο, ἐν γῇ ἀποκρότῳ τε καὶ ξυνεχῶς ταλαιπωροῦντες, οἱ δ᾽ ἐτιτρώσκοντο. Sed huc maxime facit, quod de Sicilia dixit Euripides, cum Hecuba apud suum disceptaret animum, quas in terras mallet abduci.

Καὶ τὴν Αἰτναίαν Ἡφαίστου
Φοινίκας ἀντήρη χώραν,
Σικελῶν ὀρέων ματέρ᾽ ἀκούω.
Κηρύσσεσθαι, στεφάνοις τ᾽ ἀρετᾶς.

Nam in Siciliam non poterat abduci, cum nullus Siculorum ad Troiam militarit. Verum ista dicuntur, cùm, Pisandro Archonte, nouo vere Demosthenes, aut vela esset daturus, aut iam cum classe in Siciliam soluisset.

Digitized by Google

CAP. IV.

De Talento *apud Plautum disputatum :* Rudentis *Scena Cyrenis ;* Mostellaria *Athenis : Talentum* Alexandrinum *duplum ad* Atticum. *Annuus Ægypti reditus. Diodorus Siculus correctus. Talentum* Ægineticum, *item* Achaïcum. *Talentum* argenti *dicitur* magnum *opposite ad talentum* auri, *non autem ad ipsa inter se* argenti *talenta. Virgilius interpunctione illustratur.*

LOCA aliquot Plauti, in quibus de *talento* agitur; inter se contulit Vir Illustris Iosephus Scaliger Dissertatione de re Nũmaria, sed in illis hærere se ingenue fatetur. In Plauti fabula *Rudente* piscatori offeruntur à lenone *mille cẽtum nummi*, quibus ille spretis *magnum talentum* postulat sibi dari: *Mille centum nummi* Plautini sunt *undecim millia drachmarum Atticarum*, desuntque *centum* alteri nummi, id est, drachmæ *mille* conficiendo *talento*. Versus hi sunt:

LA. *Mille dabo nummos.* GR. *Somnias.* LA. *Nihil addo, abi.* GR. *Igitur audi.*
Si hercle abiero hinc, hic non ero. LA. *Vin' centum & mille.* GR. *Dormis.*
LA. *Eloquere hercle quantum postules.* GR. *Quo nihil inuitus addas,*
Talentum magnum. non potest triobolum hinc abesse.

Postulat aliquid addi *vndecim millibus drachmarum* ad absoluendum *talentum magnum* : ecquid aliud præter *centum nummos*, vt proxime fecerat? Ergo *talentum magnum* hic est *duodecim millium drachmarum*, siue *centum viginti minarum*, scilicet duplum ad *talentum Atticum*, quod erat *drachmarum sex millium*, siue *minarum sexaginta*. Atqui idem Plautus in *Mostellaria* facit *talentum magnum* tantum *sexaginta minarum*: Nam de ædibus, quas filium præstinasse seruulus apud senem fingit, ita legimus;

Quid eas quanti destinat?

TR. *Talentis magnis totidem , quot ego & tu sumus.*

Sed arrhaboni has dedit, quadraginta minas.

Scena, *Perij hercle.*

TH. *Minas tibi octaginta argenti debeo.*

Et post aliquot versus :

Tu caue quadraginta accepisse hinc te neges.

Hic *duo magna talenta* æquantur *quadraginta* atque *octaginta minis* : Ergo *duo magna talenta* sunt *centum viginti minæ* , ac proinde vnum *magnum talentum* est *sexaginta minarum*, quod est *talentum* ordinarium, siue *Atticum*. Verum caussæ non erit, cur se quisquam hic cruciet, si attendat scenam dramatis, cui titulus *Rudenti* esse *Cyrenis*. Arcturus cum præfatur, id docet:

Primum dum huic esse nomen vrbi Diphilus
Cyrenas *voluit.*

& tota passim clamat fabula : At vero quod ad *Mostellariam* attinet, scena est *Athenis*, vt con-

Digitized by Google

ſtat à Grumionis verbis de Philolachete heril filio :

> *Nam ego illum corruptum duco, quum his factis*
> *ſtudet,*
> *Quo nemo adæque iuuentuti ex omni Attica*
> *Antehac eſt habitus parcus, nec magis continens.*

Et Act. V. ſc. I. Tranio de Theuropide hero ex Ægypto domum reduce,

> O mortalem malum !
> *Alter hoc Athenis nemo doctior dici poteſt.*

Inter Athenienſes igitur *Atticum* numeratur Athenis *talentum*, quod eſt *minarum ſexaginta* ; ac proinde *duo* huiuſmodi *talenta* faciunt *minas centum viginti*. At vero *Cyrenis* de *Cyrenenſi* intelligi voluit Poëta *talento*, quod erat, meo quidem iudicio, idem cum *Ægyptio* : Erat quippe *Cyrenaïca* pars *Ægypti*, & ditionis illius. Strabo L. XVII. τὸ μὲν οὖν παλαιὸν αὐτόνομος ἦν ἡ Κυρήνη. εἶτα οἱ τὴν Αἴγυπτον κατασχόντες Μακεδόνες αὐξηθέντες ἐπέθεντο αὐτοῖς ἀρξάντων τῶν περὶ Θίμβρωνα τῶν ἀνελόντων τὸν Ἅρπαλον. βασιλευθέντες δὲ χρόνους τινάς, εἰς τὴν Ῥωμαίων ἐξουσίαν ἦλθον. Igitur populare, id eſt, *Ægyptium* intelligitur *talentum*, quod erat duplum ad *Atticum*, id eſt, *duodecim millium drachmarum*, vt conſtat è comparatione eorum, quæ à Strabone & Diodoro Siculo ſcribuntur de annuo Ægypti reditu : Refert enim Diodorus Siculus L. XVII. fuiſſe talentûm ſex mille paullo plus : καθ' ὃν γὰρ δὴ χρόνον ἡμεῖς παρεβάλομεν εἰς Αἴγυπτον, ἔφασαν οἱ τὰς ἀναγραφὰς ἔχοντες τῶν κατοικούντων, ἐκ τῶν προσόδων τῶν κατ' Αἴγυπτον λαμβάνειν τὸν

Digitized by Google

βασιλέα πλείω τῶν φίλων ἑξακισχιλίων ταλάντων. Duplo maiorem fuisse summam è Cicerone docet Strabo L. XVII. τῆς Αἰγύπτου δὲ τὰς προσόδους ἔν τινι λόγῳ Κικέρων φράζει, φήσας κατ' ἐνιαυτὸν τῷ τῆς Κλεοπάτρας πατρὶ τῷ Αὐλητῇ προσφέρεσθαι φόρον ταλάντων μυρίων καὶ δισχιλίων πεντακοσίων. Sed rescribendum est apud Diodorum, ἔκ τε τῶν προσόδων τῶν κατ' Αἴγυπτον λαμβάνειν τὸν βασιλέα πλείω τῶν διφύλων ἑξακισχιλίων ταλάντων. Tributum hoc dicit paullo maius esse *talentis sex millibus popularibus*, id est, *Alexandrinis*, nempe erat *talentorum sex millium ducentorum quinquaginta Alexandrinorum*, quæ faciunt *talenta duodecim millia & quingenta Attica*, vt è M. Tullio memorat Strabo: & certe *talentum Alexandrinum* duplo maius fuisse Attico, vnice probat hic Festi locus: *Talentorum non vnum genus*. Atticum *erat* sex mille *denariûm*, Alexandrinum duodecim millium *denariûm*. Neque enim hæc scriptura sollicitanda est, nam *denarij* nomine *drachma* intelligitur. Heronis fragmentum. σίκλον ἀπὸ τῆς σικελ Ἑβραΐδος, ὅ ἐστι ῥοπή, ἔχει δὲ δύο λεπτὰ καλούμενα, ἅ εἰσι δραχμαὶ δύο. Est idem τὸ λεπτὸν cum *drachma*, auctore Herone: atqui idem τὸ λεπτὸν, *denarium* esse dicit: δηνάρια δὲ ἤτοι ἐκεῖνα δύο λεπτὰ τὰ ὑπὸ τῆς χήρας εἰς τὸ γαζοφυλάκιον βεβλημένα, ἃ καὶ δύο λεπτὰ ἐκαλεῖτο. τὰ γὰρ ἀσσάρια λεπταεπίλεπτα ἤτοι. Est igitur idem *denarius*, atque *drachma*; Rursum idem *minam* habere *centum denarios* dicit. μέγα δέ ἐστιν ἀργύρειον, ὃς ἐκλήθη ἀργυροῦς δηναρίων ἑκατόν· ἕκαστον δὲ δηνάριον ἀσσαρίων ἐστὶν ἑξήκοντα. ὁ δὲ ἀργυροῦς μνᾶ τῶν

Εὐβοαῖος καλεῖται, quod tamen platice est intelligendum: nam in vna tetradrachma Attica trium omnino denariorum non fuit pondus; idque manifestius patebit, si iam expendamus ea, quæ ab Illustri Scaligero de *talento Achaïco* disputantur; nam putat duplum fuisse ad *Atticum*, motus auctoritate Hesychij, apud quem leges: παχεῖη δραχμή, τὸ δίδραχμον, Ἀχαιοί. Si namque *drachma Achæorum* dupla est ad *Atticam*, erit quoque & *talentum Achaïcum* duplum ad *Atticum*. At vero idem vir summus putat *obolum Corinthiacum* eundem fuisse cum *Æginetico*: Non erat autem *obolus Ægineticus* duplus ad *Atticum*: nam *Æginetica drachma* erat *obolorum decem Atticorum*, ac proinde *talentum Ægineticum* fuit *drachmarum Atticarum decem mille*, quot etiam fuisse vult *talentum Corinthiacum*: quod confirmat ex iis, quæ de Phocionis Peripatetici Libro, cui nomen fecit κέρας Ἀμαλθείας, descripsit Gellius L. 1. cap. VIII. etenim μυρίας δραχμὰς Gellius *talentũ* vocauit. *Ad Laïdem ille Demosthenes clanculũ adit, & vt sibi sui copiam faceret, petit. At Laïs* μυρίας δραχμὰς ἢ τάλαντον popoſcit. Meminisse debemus hoc gestum fuisse *Corinthi*: ergo *Corinthiacum talentum* fuit *drachmarum Atticarum decem mille*, quot etiam erat *Ægineticum talentum*. Sed ista ἀσύστατα nobis videntur, neque certe inter se cohærent: Nam *Achaïcum talentum* idem fuit cum *Corinthiaco*; erat quippe *Corinthus* vrbium *Achaiæ* metropolis & princeps: *talentum* vero *Achaïcum*, si viro summo credimus, erat duplum ad *Atticum*, non

igitur idem cum *Æginetico*: & certùm quidem est, *talentum Achaïcum* non fuisse duplum ad *Atticum*, neque *Corinthiacum* idem fuisse cum *Æginetico*, quod iam à nobis probandum est. Refert Liuius L. XXXIV. è Polybio, quanti steterit Achæis redemptio captiuorum Romanorum, qui apud Achæos in seruitute erant. *Ingens numerus erat bello Punico captorum, quos Annibal, cum à suis non redimerentur, venumdederat. Multitudinis eorum argumentum est, quod Polybius scribit*, centum talentis *eam rem Achæis stetisse, cum quingentos denarios pretium in capita, quod redderetur dominis, statuissent*: Mille *enim* ducentos *ea ratione Achaïa habuit.* Pretium horum omnium dicit è Polybio fuisse *centum talenta*; nempe *Achæorum* intelliguntur *talenta*, cùm de *Achæis* agatur, neque *talenta Attica* possint hic vllo modo intelligi: Nam *centum* hæc *talenta* faciunt *sexcenta millia denariorum*; tot vero denariorum millibus non possunt æstimari *talenta Attica* in his Liuij verbis: *Talentum* enim *Atticum* è Liuij calculo non æstimatur *sex millibus denariorum*, sed multo minus: *Attica* siquidem *tetradrachma* paullo minor est *tribus denariis*: habes paullo post in descriptione triumphi T. Quintij Flaminij: nam transtulisse dicit secundo triumphi die aurum, *argentumque, factum, infectumque, & signatum. Signati argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum*: tetradrachmam *vocant*: trium ferè denariorum *in singulis argenti est pondus. Non* igitur in singulis *tetradrachmis Atticis* erat *trium denariorum* argenti pondus, ac proinde *Atticum talentum*

in superioribus non intelligitur, quandoquidem paria facit *drachma* illius *talenti*, de quo è Polybio Liuius, cum *denario*: Ergo *Achaïcum talentum* intelligitur, quod est *sex millium denariorum*, ac proinde maius *Attico*, idemque tamen minus Æginetico; quod est demonstrandum. *Talentum* vbique est ἑξακισχίλιον, id est, *drachmarum sex millium*, scilicet τῶν ἐπιχωρείων, Omnium tamen idem non est pretium, quod docet Pollux L. IX. cap. VI: nam *Æginéticum talentum*, quod erat *drachmarum sex millium* eius loci, æstimatur *decem millibus Atticis drachmis*: τὸ μὲν Ἀττικὸν τάλαντον ἑξακισχιλίας ἐδύνατο δραχμὰς Ἀττικάς. τὸ δὲ Αἰγιναῖον μυρίας πρὸς τὸν Ἀττικῆς δραχμῆς λογισμόν. Itaque *drahma Æginetica*, quam παχεῖαν vocant, Athenienses, *decem obolis Atticis* æstimabatur. Pollux. ἀλλὰ μὴν τὴν μὲν Αἰγιναίαν δραχμὴν, μείζω τῆς Ἀττικῆς. δέκα γὰρ ὀβολοὺς Ἀττικοὺς ἴσχυεν, ἣν οἱ Ἀθηναῖοι παχεῖαν δραχμὴν ἐκάλουν· μισοῦντες τὴν Αἰγινητῶν Αἰγιναίαν καλεῖν μὴ θέλοντες. Vnde exsurgit numerus *decem millium drachmarum Atticarum* in *Æginetico* talento. Iam vero *Libra Siculorum* eadem erat cum *obolo Æginetico*. Pollux ex Aristotele in Agrigentinorum Republica. καὶ μὴν ἐν Ἀκραγαντίνων πολιτείᾳ φησὶν Ἀριστοτέλης ζημιοῦσθαι τινα πεντήκοντα λίτρας· δύνασθαι δὲ τὴν λίτραν ὀβολὸν Αἰγιναῖον. *Decem* autem huiusmodi *Libræ*, id est, *decem Æginetici oboli* faciunt vnum *staterem Corinthiacum*. Pollux ex eodem Aristotele. ὁ μέντοι δεκάλιτρον δύνασθαι μὲν δέκα ὀβολοὺς, εἶναι δὲ στατῆρα Κορίνθιον. Hi *oboli decem* sũt proculdubio *Æginetici*, vt è superioribus clarum

clarum eſt, qui *vnum* faciunt *ſtaterem Corinthiacum.* Poſterioribus temporibus *ſtater* accipitur pro *tetradrachmo*; at vero prioribus ſeculis de *didrachmo* dicebatur: quo ſenſu hic vſurpari nemini poteſt eſſe dubium, alioqui *drachma Corinthiaca* minor eſſet *Attica*, quod omnino falſum eſt: *drachma* quippe *Corinthiaca* æſtimaretur tantum *obolis Æginèticis duobus & ſemis*; atqui *decem oboli Attici* faciunt *drachmam*, ſiue *ſex obolos Ægineticos*: in *tetradrachma* autem *Attica* non ſunt omnino *denarij*, ſiue, quæ illis reſpondent, *drachmæ Achaïcæ tres*. Eſt igitur hic *ſtater* idem cum *didrachmo*. Æſtimatur igitur *didrachmum Corinthiacum*, ſiue Achaïcum dicere mauis, *obolis Ægineticis decem.* Quare *drachma Corinthiaca* eſt *obolorum Ægineticorum quinque.* Sunt autem *oboli Æginetici quinque* in Attica pecunia, *oboli octo, æreum vnũ,* (quorum *æreorum octo* eſt *obolus vnus.*) & præterea *quinque ſextæ duorum æreorum*: ac proinde *tres drachmæ Corinthiacæ* faciunt *quatuor Atticas tetradrachmas*, & paullo plus: vnde conſtat fides atque veritas iis quæ dixit Liuius, in ſingulis tetradrachmis Atticis paullo minus trium denariorum argenti eſſe pondus: nam *denarius* paria facit cum *drachma Achaïca*, ſiue Corinthiaca, vt iam à nobis in ſuperioribus eſt obſeruatum. Ad hanc de *ſtatere* ſiue *didrachmo Corinthiaco* diſputationem pertinet Heſychij locus, quo Illuſtris Heros probare nitebatur *drachmam Achaïcam* duplam eſſe ad *Atticam*: παχεῖη δραχμὴ. ὃ δίδραχμον. Ἀχαιοί. Vbi tamen obſerua eruditiſſimi Grammatici παρ-

Digitized by Google

ογμα. Appellant Athenienses *Æginetarum drachmam παχεῖαν*, quæ est *obolorum Atticorum decem*, cum sit tantum *obolorum sex Ægineticorum*, sed imprudens atque aliud agens Hesychius confudit *drachmã Æginetícam*, id est, *obolos decem Atticos* cum *decem obolis Ægineticis*, qui, vt antea dicebamus ex Aristotele, faciebãt apud Achæos *didrachmum Achaïcum*. Quod ad historiam super Demosthene Rhetore & Laïde meretrice Corinthia narratam Gellio è Phocionis Peripatetici Libro, tantum abest, vt possit ex ea colligi, *talentum Corinthiacum* fuisse, eiusdem cum *Æginetico* pretij, hoc est, *decem millium drachmarum Atticarum*, vt contra inde liqueat, *talentum Corinthiacum* minus esse *decem millibus drachmarum Atticarum*. Corinthum iuerat Demosthenes, ad Laïdem clanclanculum adierat, & vt sibi sui copiam faceret, petierat: *At Laïs μυρίας δραχμὰς ἢ τάλαντον poposcit: hoc facit nummi nostratis* denariûm decem millia. *Tali petulantia mulieris, atque pecuniæ magnitudine ictus, expauidusque Demosthenes, auertit iter, & discedens, οὐκ ὠνοῦμαι*, inquit, *μυρίων δραχμῶν μεταμέλειαν*. Video quidem hic comparari *denariûm decem millia* cum *drachmarum decem millibus*, quas nemo dubitat esse *Atticas*, & his *decem millibus drachmis* pœnitere à se non emi respondit Demosthenes: At tamen Laïs cum poposcit *μυρίας δραχμὰς ἢ τάλαντον*, idem non videtur poscere, sed quanto minori pretio sui copiam faciat, indicat: poscit igitur *decem millia drachmarum Atticarum*, aut, vt minimum, *talentum*, quod *Corinthiacum* esse, *Corinthia* Laïs Co-

Digitized by Google

rinthi poscens non sinit nos dubitare : Est igitur *Corinthiacum talentum* minus *decem millibus drachmarum Atticarum*, de quibus tamen, vt qui ictus fuerit tantæ pecuniæ magnitudine, expauidusque, respondit Demosthenes. *Talentum* igitur *Corinthiacum* minus est *Æginetico*, (siquidem *quinque oboli Æginetici* vnam *drachmam Corinthiacam* faciunt) *drachmis Ægineticis mille*, quæ faciunt *drachmas Atticas mille sexcentas sexaginta sex* & *obolos quatuor* : Ac proinde cum *talentum Ægineticum* faciat nummi Attici *drachmarum decem millia*, sequitur *talentum Corinthiacum* facere eiusdem nummi *drachmarum octo millia* cum *trecentis triginta tribus drachmis*, & *obolis duobus.* Obseruandum autem hic est *talentum Atticum* non minus dici *magnum*, quam *talentum Ægyptiacum* siue *Alexandrinum*, quod est duplum ad *Atticum*: nam en tibi de talento *Attico* apud Plautum loco laudato è Mostellaria :

Quid eas quanti destinat?
TR. *Talentis* magnis *totidem quot ego & tu sumus.*

De talento vero *Ægyptiaco* apud eundem, Rudente

LA. *Eloquere quantum postules.* GR. *Quo nihil inuitus addas*,
Talentum magnum : *non potest triobolum hinc abesse.*

Vt autem sciamus, quare talentum aliquod *magnum* dicatur, aduertendum est, talentum aliud fuisse *auri*, aliud *argenti* : vt ceteros mittam, Virgi-

Digitized by Google

lius L. V. in ludis funebribus Anchisæ.

Argenti aurique talenta.

Æstimabatur autem talentum *auri*, vt est apud Pollucem, *aureis tribus*; at vero talentum *argenti* æstimabatur *minis sexaginta*. ἠδύνατο δὲ τοῦ χρυσίου τὸ τάλαντον τρεῖς χρυσοῦς Ἀττικούς. τὸ δὲ ἀργυρείου ἑξήκοντα μνᾶς Ἀττικάς. Philemo Comicus apud Etymologici auctorem: καὶ ἄλλως. τὸ τάλαντον κατὰ τοὺς παλαιοὺς χρυσοῦς εἶχε τρεῖς· διὸ καὶ Φιλήμων ὁ Κωμικός φησι,

Εἰ δύο λάβοι
Τάλαντα, χρυσοῦς ἓξ ἔχων ἀπολείπεται

Aureus hic æstimabatur *drachmis argenteis viginti*: itaque *mina* erat *quinque* horum *aureorum*. Hesychius. χρυσοῦς. Πολέμαρχος δύνασθαί φησι τὸν χρυσοῦν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς δραχμὰς δύο. τὴν δὲ τοῦ χρυσοῦ δραχμὴν νομίσματος ἀργυρείου δραχμὰς δέκα· μνᾶν δὲ λέγεσθαι τοὺς πέντε χρυσοῦς. Quare talentum *auri* erat *drachmarum argenti sexaginta*, id est, centesima pars talenti *argenti* Attici, quod æstimabatur *minis sexaginta*, hoc est, *drachmarum argenti sex millibus*. Atque hinc intelligendus est Homerus Iliad ι.

Ἑπτ' ἀπύρους τρίποδας, δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα.

Item Iliad. Ψ. in ludis ab Achille datis in Patrocli funere

Αὐτὰρ τῷ τριτάτῳ ἄπυρον κατέθηκε λέβητα,
Καλὸν, τέσσαρα μέτρα κεχανδότα, λευκὸν ἔτ' αὔτως.
Τῷ δὲ τετάρτῳ θῆκε δύο χρυσοῖο τάλαντα.

Talenta hæc *auri* sunt, singula, *drachmæ argenti sexaginta*. Eustathius ad priorem locum: Καὶ ταῦτα δὲ γνω-

τὰ τῷ Ἀχιλλεῖ ἀποδοθησόμενα δέκα τάλαντα, οὐ μέγα τι δοκοῦσιν εἶναι, ὥσπερ τὰ δύο τὰ ἐν τῷ ἐπιταφίῳ τοῦ Πατρόκλου τῷ τετάρτῳ ἀθλητῇ κείμενα, βραχύ τι φανήσεται στάθμιον. Ad posteriorem vero locum hæc adnotat: τὰ δὲ δύο τάλαντα τοῦ χρυσοῦ, σμικρόν τι ποσὸν ὑποβάλλουσι νοεῖν τὸ τάλαντον. εἴ γε οὐ μόνον ἵππου τοῦ τῷ δευτέρῳ τεθέντος ὑποδεές ἐστιν, ἀλλὰ καὶ τετραμέτρου λέβητος, ὃς τῷ τρίτῳ κεῖται. Veteres ad τὰς λέξεις Glossæ. τάλαντον τοὺς ἑξακισχιλίους νῦν παρ' Ἀθηναίοις στατῆρας. διαφόρως δὲ νοεῖται. ἦν γὰρ καὶ βραχύ τι παρὰ τοῖς ἀρχαίοις. καὶ ὁ ποιητὴς δὲ τοῦτο δῆλον ἡμῖν ποιεῖ ἐν τῷ ἐπιταφίῳ τοῦ Πατρόκλου. Εἰ γὰρ περὶ τοῦ ταλάντου τῶν Ἑλλήνων, βραχύ τι τὸ τάλαντόν ἐστι τοῦ χρυσίου παρ' αὐτοῖς, ὡς καὶ Δίφιλος, ἐν ἀργύρῳ βραχύ τι τὸ τάλαντόν φησι. Hinc accepit Auctor Etymologici. Εἰς τὸ λεξικὸν τῆς Ἰλιάδος,

Ἑπτ' ἀπύρους τρίποδας, δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα.

Τὰ νῦν ἑξακισχίλια λεγόμενα παρ' Ἀθηναίοις. διαφόρως δὲ νοεῖται. ἦν γὰρ καὶ βραχύ τι παρὰ τοῖς ἀρχαίοις. καὶ ὁ ποιητὴς δὲ δῆλον ἡμῖν τοῦτο ποιεῖ, ἐν τῷ ἐπιταφίῳ Πατρόκλου λέγων,

Τῷ δὲ τετάρτῳ θῆκε δύο χρυσοῖο τάλαντα.

Εἰ γὰρ περὶ τοῦ ταλάντου τῶν Ἑλλήνων ἐστί, βραχύ τι τὸ τάλαντον τοῦ χρυσοῦ ἦν παρ' αὐτοῖς, ὡς ὁ Δίφιλος, ἐν ἀργύρῳ βραχύ τι τάλαντόν φησι. Seruius ad hoc Virgilij hemistichium

Argenti, aurique talenta.

Talenti secundum varias gentes varium pondus est. Legimus etiam talentum *esse* paululum quiddam. *Nam Homerus in Ludis funebribus Patrocli, vltima præmia*

dicit, duo talenta. *Quod nos cogit* aliquid minimum *intelligere. Nam si primus victor bouem accipit, consequens non est, vt dicamus vltimum tam magnum accepisse præmium. Vnde apparet* talentum *etiam* minimum quiddam *significare*. Male igitur Græculi illi, ἐν ταῖς λίταις, *talentum* interpretantur de *sex millibus drachmarum argenti*, τὰ νῦν ἑξακισχίλια λεγόμενα παρ' Ἀθηναίοις *sexaginta*. Addit Vir Ill. in posthuma Diatriba de re Nummaria, ridiculum esse interpretari apud Homerum talentum *auri* de *sex millibus drachmis*, quoniam decem talenta cum septem æneis tripodibus conferuntur, qui nullo modo possunt decem talentorum ἑξακισχιλίων æstimari. Virgilius tamen hunc locum Homeri in animo habens intellexit de vero talento.

Et tripodas geminos, auri duo magna talenta.

Sed de Virgilio mox videbimus, Deo dante. Ex his igitur colligimus, talentum *auri*, vt quod esset *drachmarum argenti sexaginta* tantum, appellatum fuisse βραχύ τι τάλαντον, *talentum paululum quiddam*, vel *minimum quiddam*, vel *breue quiddam*: ita veteres Glossæ ad Homerum è Diphilo, in dramate, cui titulum Ἀργύρῳ fecit. Εἰ γὰρ περὶ τοῦ ταλάντου τῶν Ἑλλήνων ἐστὶ, βραχύ τι δὲ τάλαντον τοῦ χρυσοῦ ἦν παρ' αὐτοῖς, ὡς ὁ Δίφιλος ἐν Ἀργύρῳ, βραχύ τι τάλαντόν φησι. Quanquam etiam possunt coniunctim legi, vt sint verba Comici ipsius, non autem dramatis titulus, ἐν ἀργυρῷ βραχύ τι τάλαντον, vt significet, *talentum auri repræsentandum esse in pecunia argentea*, id est, tot drachmas argenteas, sexaginta scilicet, quot

Digitized by Google

æſtimatur talentum *auri*, datum iri: *Talentum* igitur *breue quiddam*, βραχύ τι τάλαντον, idem eſt ac talentum *auri*: Dicitur etiam μικρόν τι τάλαντον apud Xenophontem L. VII. extremo ἀναβάσεως, & opponitur talento *argenti*. Verba Xenophontis hæc ſunt: ἐπειδὴ ἣν λέγει Σεύθης, ἀργύρειον οὐκ ἔχω, ἀλλ' ἤ μικρόν τι, καὶ τοῦτό σοι δίδωμι, τάλαντον vbi tamen reſcribendum puto, ἀργυρείου οὐκ ἔχω ἀλλ' ἤ μικρόν τι, καὶ τοῦτό σοι δίδωμι, τάλαντον. Non enim negat vllam omnino ſe habere pecuniam, ſed negat ſe habere *argenti talentum*, habere tamen *breue quid talentum*, ſcilicet *talentum auri*, quod tanti non æſtimabatur, quanti *talentum argenti*: Emendationem noſtram probat Xenophontis reſponſio: γελάσας ὁ Ξενοφῶν εἶπεν, ὥ οὖν μὴ ἔξαρκῇ ταῦτα εἰς τὸν μισθὸν, τίνος τάλαντον φήσω ἔχειν; locum enim captat Xenophon in eo, quod gignendi caſu dixerat Scuthes, ἀργυρείου τάλαντον. Ergo talentum *auri* appellatur *talentum breue quiddam*, vel *talentum paululum*, vt loquitur Seruius: At vero *argenti* talentum appellatur *talentum magnum*, oppoſitè ad talentum *auri*, non autem ad ipſa inter ſe *argenti* talenta, cum tamen certum ſit, non eiuſdem pretij eſſe omnia, & vix vnum forte cum altero paria facere. Virgilius L. V.

Et argenti magnum *dat ferre talentum.*

Plautus Rudente:

Talentum argenti *commodum* magnum *inerat in crumena.*

Item Moſtellaria:

Digitized by Google

Si hercle nunc ferat

Sex talenta magna argenti *pro istis præsentaria*,

Nunquam accipiet.

Terentium in Phormione mitto, nam ἅλις δρυός. Etiam absolute *talentum magnum* dicitur, quod *argenti* esse intelligitur: Plautus Mostellaria de *Attico* talento minarum sexaginta:

Talentis magnis *totidem*, *quot ego & tu sumus.*

Idem Rudente de talento *Ægyptiaco* centum viginti minarum.

LA. *Eloquere hercle quantum postules.* GR. *Quo nihil inuitus addas*,

Talentum magnum: *non potest triobolum hinc abesse.*

Rursum in Curculione ista leges:

Alias me poscit pro illa triginta minas:

Alias talentum magnum.

Nimirum quia *triginta minæ* sunt dimidium talenti *magni*, hoc est, *argenti*, quod *sexaginta minis* æstimatur: Atque hinc patet distinctionem esse corruptam apud Virgilium loco laudato:

Et tripodas geminos, auri duo magna *talenta*

quia enim duo ista talenta *magna* appellantur, *auri* non sunt, sed *argenti*; itaque interpungendum est ad hunc modum post vocem auri:

Et tripodas geminos auri; duo magna *talenta.*

ita vt *aurum* ad *tripodas* referatur, qui ex *auro* esse dicuntur; nam intelliguntur tripodes ἀναθηματικοὶ, qui ornatus caussa appenduntur in ædibus, siue publicis,

Digitized by Google

publicis, ſiue priuatis, ſunt quippe τρίποδες ἄπυροι, de quibus Euſtathius ad Iliad. ι. ὅτι τῶν τριπόδων οἱ μὲν ἐμπυριβῆται, οἱ δὲ ἀναθηματικοὶ, πρὸς κάλλος ἀνακείμενοι ἐν οἴκοις ἢ ναοῖς, οὓς ἀπύρους φησὶν ὁ ποιητής. ἐν δὲ τοῖς τοῦ Ἀθηναίου φέρεται, ὅτι τε ἄπυροι τρίποδες, εἰς οὓς οἶνος ἐξεκεράννυτο, κρατῆρες καλούμενοι. Veteres ad Homerum Gloſſæ: ἀπύρους. τοὺς μὴ εἰς πῦρ χρησίμους, ἀλλ' ἀναθηματικοὺς, καινουργεῖς· τοὺς κόσμου χάριν κειμένους ἐν τῷ οἴκῳ.

Erant autem hi tripodes etiam ex *auro*, qualis fuit ille, qui per orbem in ſeptem Sapientum Græciæ manus venit, de quo Diogenes Laërtius in Thalete, ex Apollinis reſponſo:

> Μὴ πρότερον λήξει νεῖκος Μερόπων καὶ Ἰώνων,
> Πρὶν τρίποδα χρύσειον, ὃν Ἥφαιστος βάλε πόντῳ,
> Ἐκ πόλιος πέμψητε, καὶ ἐς δόμον ἀνδρὸς ἵκηται,
> Ὃς δεδάηκε τά τ' ὄντα, τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα.

Quanquam autem in animo habuiſſe videatur Virgilius hunc Homeri verſum, quem expreſſerit,

> Ἑπτ' ἀπύρους τρίποδας, δέκα δὲ χρυσοῖο τάλαντα.

tamen numerum tripodum atque talentorum imminuit, ſed pretium immane quantum adauxit: nam è ſeptem tripodibus, vt videtur, æneis, duos fecit ex auro; & decem talenta *auri*, ſiue drachmas argenti ſexcentas mutauit duobus *magnis argenti* talentis, id eſt, Atticarum drachmarum duodecim millibus.

Digitized by Google

CAP. V.

De die Natali *Diui Augusti. Germanicus Cæsar, & Manilius illustrati. Capricornum in horoscopo inuentus Principes facit. Augustus natus videtur mense Decembri Romano. Apollinis Filius creditus, vt Alexander Magnus Iouis. Iosephus Iachiades emendatur.*

DE die Augusti *Natali* scribit Suetonius: *Natus est Augustus, M. Tullio Cicerone & Antonio* COSS. IX. *Kal. Octobris, paullo ante Solis exortum.* Idemque dies notatur in veteri Kalendario siue Hemerologio Iuliano. IX. *Kal. Octobr.* H. D. AVGVSTI NATALIS. Eundem diem natali Augusti adsignat rursum Suetonius, cum numerat accurate tempora, id est, annos diesque vitæ eius: *Obiit in cubiculo eodem, quo pater Octauius, duobus Sextis, Pompeio & Apuleio* COSS. XIV. *Kal. Septembris, hora diei nona, septuagesimo & sexto ætatis anno, diebus quinque & triginta minus:* beneque subducta est ratio ad hunc Natalem: Sed Suetonij locum de eo excussit Illustris Heros magni operis L. V. Augustus, inquit, natus est IX. Kal. Octobris, hoc est XXII. Septembris antiqui, M. Tullio Cicerone, C. Antonio Coss. Capricorno horoscopante, auctoribus Suetonio, nummis argenteis Augusti, Germanicóque Cæsare in Arateis, cuius hæc sunt de Capricornio verba:

Digitized by Google

Hic, Auguste, tuum genitali corpore numen,
Attonitas inter gentes, patriamque pauentem,
In cœlum tulit, & maternis intulit astris.

Ex quibus non solum Capricorno horoscopante, sed & Catilinario tumultu natum perspicue aperitur; Annus, quo M. Tullius Cicero, & C. Antonius Consulatum iniuerunt, cœpit ab Octobri anni Periodi Iulianæ CIƆCIƆCIƆCIƆIƆCL. id est, aut à XIII. Octobris, si annus antecedens fuit communis, aut à XXIII. eiusdem Octobris, si anno antecedente interkalatum fuit. Proinde priori modo totum Septembrem vindicat Iulius; posteriore vltima Iulij fuerit XXI. Septembris Romani: iam sub Leone, non sub Cancro. Si igitur Augustus natus est horoscopante Capricorno, duo necessario concedẽda, vt & anno communi, non interkalario, item, vt post Solem occasum, non interdiu natus sit. Nam vt mense antiquo Septembri natus sit sub Capricorno, genituram nocturnam omnino esse oportet: & sane id videtur è verbis Germanici colligi, qui dicit,

Maternis intulit astris.

Capricorni, quatenus est sidus, mater nox est, sicut & aliorum omnium astrorum. Euripides.

ὦ νὺξ μέλαινα χρυσέων ἄστρων τροφέ.

Tibullus:

Ludite: iam Nox iungit equos, currumque sequuntur
Matris lasciuo sidera fulua choro.

vt recte olim emendauit Muretus: Ergo *Capricornus*

maternis intulit astris, id est, nocturnis, vitam Augusti nascentem: ita etiam locutus est Claudianus de Laudibus Serenæ,

Cùm te Lucina beatis
Adderet astrorum radiis.

id est, cùm tu prodires in luminis oras: sed Germanicus, addendo, *maternis*, id est, nocturnis, ostendit genituram esse nocturnam: imo etiam si non addidisset, tamen necesse ita fuisse: Quare manifestum mendum est in Suetonio, non vtique librarij, sed ipsius Suetonij, qui scribit natum paullo ante exortum Solis. Si Augustus natus est ante exortum Solis, Capricorno horoscopante, ergo natus est Sole Capricornum obtinente, & proinde natus fuisset mense Decembri Iuliano, aut Ianuario, & consequenter non Septembri antiquo, sed Martio, quod est absurdum: Augustus ergo natus est circiter XXI. aut XXII. Iulij, post Solem occasum, Sole vltimas partes Cancri obtinente. Proinde vltimis partibus Capricorni orientibus natus est, Sole occaso; nisi quis dicat vno aut altero gradu minus, quod nihil refert. Hoc tantum constet, Augusti genesim cadere in Iulium mésem, siquidem natus est Septembri Romano: item nocturnam esse, siquidem Capricorno horoscopante, idque anno CIↃCIↃ CIↃ CIↃ IↃCLI. Periodi Iulianæ, Cyclo Lunæ XV. Solis tertio. Post Fastos à Cæsare correctos, omnes, qui nati erant sub anno Romano, putabant annos ætatum suarum in anno Iuliano ab iisdem mensibus, quibus nati erant sub anno

prisco Exemplum manifestum est in XXIII. Septembris Iuliani, cui attributus est dies Natalis Augusti in Fastis Iulianis, Sole posito in finibus Virginis, cùm tamen natus esset eodem quidem mense, sed Sole sito in finibus Cancri: ita pereunt totus Leo & Virgo de tempore ætatis Augusti in ratione annorum vitæ eius; & cùm eius anni incipiant à Iulio, imputentur tantum à Septembri. Mortuus autem est Augustus, cum iam illi septuagesimus septimus annus iniisset à diebus æstiuis. Sed quia in anno Iuliano eius Natalis putatur ab eodem eiusdem mensis die, à qua putaretur in anno Romano prisco, si C. Iulius Cæsar annũ nõ emendasset, nimirum à XXIII. Septembris; propterea illi deesse videntur ad annum septuagesimum sextum tot dies, quot intersunt ab eius excessu, ad vicesimam tertiam Septẽbris: Propterea Suetonius scribit eũ decessisse anno ætatis septuagesimo sexto, diebus quinque & triginta minus. Totidem enim intersunt à XIX. Augusti, in qua decessit, ad XXIII. Septembris, in qua eius Natalis celebrabatur. Idem argumentum tractauit idem Heros ad hos è Manilij L. II. versus,

Contra Capricornus in ipsum
Conuertit visus. quid enim mirabitur ille
Maius, in Augusti felix cum fulserit ortum?

Si Augustus natus est oriente Sole, aut circiter, & quidem horoscopante Capricorno; ergo Sol erat in Capricorno, & proinde September Romani anni prisci incidebat in Decembrem Iulianum, quem.

fingimus ſemper fuiſſe, in quo Sol obtinebat Capricornum à XXV. Decembris Iuliani. Atqui plus quam ſexaginta annis ante Conſulatum Ciceronis September Romanus ex parte conueniebat in Iulium, ſiue Quintilem Iulianum. Quid quod anno reformationis Faſtorum adhuc pars Septembris Romani deprehendebatur in Quintili Iuliano? Sed pauculis annis ante Conſulatum Ciceronis, teſte ipſo Cicerone in Frumentaria, fruges demeſſæ in Sicilia iacebant in area, Kalendis Sextilibus, Verre Prætore obtinente Siciliam: At meſſis in Sicilia fit in fine Geminorum, id eſt, in Iunio Iuliano: Ergo Sextilis antiquus côueniebat in Iunium Iulianũm; ac proinde antiquus Septẽber in noſtrum Iulium. Si igitur Auguſtus natus eſt oriente Sole, vt vult Suetonius; ergo natus horoſcopante Cancro: Falſum igitur horoſcopante Capricorno editum. Si Capricorno horoſcopante editus, vt vult Germanicus; ergo falſum dixerit Suetonius, natum oriente Sole. Hactenus Vir Illuſtris, quem in his audiendum non putamus. Sciendum igitur eſt, natum fuiſſe Auguſtum *horoſcopante Capricorno:* nam id teſtantur nummi argentei Auguſti, teſtatur Theagenes Mathematicus apud Suetonium in Auguſto, cap. XCIV. *Qua tamen poſt multas adhortationes vix & cunctanter edita, Theagenes exiluit, adorauitque eum. Tantam mox fiduciam fati habuit Auguſtus, vt thema ſuum mox vulgauerit, nummumque argenteum nota ſideris Capricorni, quo natus eſt, percuſſerit.* Idem docet Manilius.

Digitized by Google

Contra Capricornus in ipsum
Conuertit visus. Quid enim mirabitur ille
Maius, in Augusti felix cum fulserit ortum?

Accedit & Germanicus, de *Capricorno* agens:

Hic, Auguste, tuum genitali corpore numen,
Attonitas inter gentes, patriamque pauentem,
In cœlum tulit, & maternis intulit astris.

Non ignoro viros præstantissimos versus istos ad excessum Diui Augusti referre, sed, pace illorum dixerim, neque Capricornus Augusti mentem cœlo intulit, siquidem excessit Augustus quartodecimo Kalendas Septembreis, Sole in vltimis *Leonis* partibus agente, neque Roma vllo pauebat metu belli, aut tyrannidis Tiberij, qui nondum se totum reuelarat. Optime igitur Illustris Heros ad Natalem Augusti retulit, cùm certum sit, *horoscopante Capricorno* natum esse Augustum, idque, *paullo ante Solis exortum,* inquit Suetonius, cui accedit Germanicus his verbis,

maternis intulit astris:

Intelligit natum esse, lucente Veneris stella, Lucifero, paullo ante Solis exortum, *maternum* autem *astrum* appellat, quia *à Venere Iulij* erant, *cuius gentis familia erat Cæsaris:* Ergo Augustus natus est *paullo ante Solis exortum, horoscopante Capricorno*, id est, Sole primas Capricorni partes obtinente, atque peragrante: Vnde Theagenes, audita hac eius genitura, exiluit, adorauitque eum, & Theagene prior affirmauit P. Nigidius, dominum terrarum orbi natum fuisse. Certe Firmicus pronunciat, tunc

Digitized by Google

fingimus ſemper fuiſſe, in quo Sol obtinebat Capricornum à XXV. Decembris Iuliani. Atqui plus quam ſexaginta annis ante Conſulatum Ciceronis September Romanus ex parte conueniebat in Iulium, ſiue Quintilem Iulianum. Quid quod anno reformationis Faſtorum adhuc pars Septembris Romani deprehendebatur in Quintili Iuliano? Sed pauculis annis ante Conſulatum Ciceronis, teſte ipſo Cicerone in Frumentaria, fruges demeſſæ in Sicilia iacebant in area, Kalendis Sextilibus, Verre Prætore obtinente Siciliam: At meſſis in Sicilia fit in fine Geminorum, id eſt, in Iunio Iuliano: Ergo Sextilis antiquus cōueniebat in Iunium Iulianum; ac proinde antiquus Septēber in noſtrum Iulium. Si igitur Auguſtus natus eſt oriente Sole, vt vult Suetonius; ergo natus horoſcopante Cancro: Falſum igitur horoſcopante Capricorno editum. Si Capricorno horoſcopante editus, vt vult Germanicus; ergo falſum dixerit Suetonius, natum oriente Sole. Hactenus Vir Illuſtris, quem in his audiendum non putamus. Sciendum igitur eſt, natum fuiſſe Auguſtum *horoſcopante Capricorno:* nam id teſtantur nummi argentei Auguſti, teſtatur Theagenes Mathematicus apud Suetonium in Auguſto, cap. XCIV. *Qua tamen poſt multas adhortationes vix & cunctanter edita, Theagenes exiluit, adorauitque eum. Tantam mox fiduciam fati habuit Auguſtus, vt thema ſuum mox vulgauerit, nummumque argenteum nota ſideris Capricorni, quo natus eſt, percuſſerit.* Idem docet Manilius.

Digitized by Google

Contra Capricornus in ipsum
Conuertit visus. Quid enim mirabitur ille
Maius, in Augusti felix cum fulserit ortum?

Accedit & Germanicus, de *Capricorno* agens:

Hic, Auguste, tuum genitali corpore numen,
Attonitas inter gentes, patriamque pauentem,
In cœlum tulit, & maternis intulit astris.

Non ignoro viros præstantissimos versus istos ad excessum Diui Augusti referre, sed, pace illorum dixerim, neque Capricornus Augusti mentem cœlo intulit, siquidem excessit Augustus quartodecimo Kalendas Septembreis, Sole in vltimis *Leonis* partibus agente, neque Roma vllo pauebat metu belli, aut tyrannidis Tiberij, qui nondum se totum reuelarat. Optime igitur Illustris Heros ad Natalem Augusti retulit, cùm certum sit, *horoscopante Capricorno* natum esse Augustum, idque, *paullo ante Solis exortum,* inquit Suetonius, cui accedit Germanicus his verbis,

maternis intulit astris:

Intelligit natum esse, lucente Veneris stella, Lucifero, paullo ante Solis exortum, *maternum* autem *astrum* appellat, quia *à Venere Julij* erant, *cuius gentis familia erat Cæsaris:* Ergo Augustus natus est *paullo ante Solis exortum, horoscopante Capricorno*, id est, Sole primas Capricorni partes obtinente, atque peragrante: Vnde Theagenes, audita hac eius genitura, exiluit, adorauitque eum, & Theagene prior affirmauit P. Nigidius, dominum terrarum orbi natum fuisse. Certe Firmicus pronunciat, tunc

Digitized by Google

editos rerum esse potituros. Prima pars Capricorni si in horoscopo *fuerit inuenta, Regem faciet ac Principem, & cui maxima deferantur insignia potestatis.* Habemus igitur attestatione veterum, qua anni tempestate natus sit Augustus: de mense (nam annum fuisse, cuius Fastos signarunt M. Tullius Cicero & C. Antonius Coss. nemo dubitat.) porro restat inquirendum: Suetonius quidem, mense Septembri in lucem editum fuisse, idque nono Kalendas Octobreis die, memoriæ prodidit: Accedit auctoritas Hemerologij Iuliani ab ipso Augusto publicati. Verumtamen hoc mense Romano natus non est Augustus, si propius rem putemus atque expendamus. Natus quippe est tumultu Catilinario: vnde Germanicus:

Hic, Auguste, tuum genitali corpore numen,
Attonitas inter gentes, patriamque pauentem,
In cælum tulit, & maternis intulit astris.

Sed verbis expressis Suetonius in Augusto, cap. XCIV. *Quo natus est die, cum de Catilinæ coniuratione ageretur in curia, & Octauius ob vxoris puerperium serius adfuisset, nota ac vulgata res est, P. Nigidium, comperta moræ caussa, vt horam quoque partus acceperit, affirmasse, dominum terrarum orbi natum.* P. hic Nigidius, vir in omni disciplinarum genere summus, thema condidit, ex quo edoctus Augustus potuit tempus genituræ suæ edere; & referre Theageni, vt id mirari, aut in dubium reuocare desinat vir summus. Natus igitur est Augustus eo die, *quo de Catilinæ cōiuratione agebatur in curia:* Ergo Nouembri

vel

Digitized by Google

vel Decembri Romano natus est: nam septimo Eidus Nouembreis M. Tullius Cicero Consul ad Senatum de Catilinæ cōiuratione retulit primùm: quippe octauo Eidus Nouembreis noctu conuenerunt cum Catilina coniurati, & constitutum est, vt prima luce M. Tullium in lectulo suo trucidarent. Cicero pro Sulla: *Quid tandem de illa nocte dicit, cum inter falcarios ad M. Leccam nocte ea, quæ consecuta est posterum diem Nonarum Nouemb. me Consule, Catilinæ denunciatione conuenit? quæ nox omnium temporum coniurationis acerrima fuit, atque acerbissima. Tum Catilinæ dies exeundi, tum ceteris manendi conditio, tum descriptio totam per vrbem cædis, atque incendiorum constituta est: tunc tuus pater, Corneli, id quod tandem aliquando confitetur, illam sibi officiosam prouinciam depoposcit: vt cùm prima luce Consulem salutatum veniret, intromissus meo more, & iure amicitiæ, me meo in lectulo trucidaret.* Die sequenti, qui septimus fuit Eidus Nouembreis, Cicero Senatum vocat, & coniurationem omnem retulit. M. Tullius Catillinaria II. quæ postridie ad populum habita est. *Hesterno die, cùm domi meæ pæne interfectus essem, Senatum in ædem Iouis Statoris vocaui: rem omnem ad Patres Conscriptos detuli, quò cùm Catilina venisset, quis eum Senator appellauit? quis salutauit? quis denique ita adspexit, vt perditum ciuem, ac non potius vt importunissimum hostem? Quin etiam principes eius ordinis partem illam subselliorum, ad quam ille accesserat, nudam atque inanem reliquerunt. Hic ego vehemens ille Consul, qui verbo ciueis in exilium eiicio, quæsiui à Catilina an nocturno conuentu apud M. Leccam fuisset, necne. Cùm ille*

homo audacissimus, conscientia conuictus, primò reticuisset, patefeci cetera, quid ea nocte egisset, vbi fuisset, quid in proxima constituisset, quemadmodum esset ei ratio totius belli descripta, edocui. Eo ipso die, nocte intempesta cum paucis profectus est Catilina, & paucos dies commoratus apud Caïum Flaminium Flammam in agro Reatino, dum vicinitatem antea sollicitatam armis exornat, cum fascibus atque aliis imperij insignibus ad Manlium contendit in castra. Hæc vbi Romæ comperta sunt, *Senatus*, inquit Sallustius, *Catilinam & Manlium hostes iudicat, ceteræ multitudini diem statuit, antequam liceret sine fraude ab armis discedere, præter rerum capitalium condemnatis. præterea decernit, vti Consules delectum habeant, Antonius cum exercitu Catilinam persequi maturet, Cicero vrbi præsidio sit.* Mense *Decembri*, qui hunc *Nouembrem* excepit, ineunte, Senatus habetur, ad eumque relatum est à Cicerone de hac ipsa coniuratione. *Nonis Decembribus* Senatum vocat Cicero, & refert, quid de Lentulo, Cethego, aliisque coniuratis, qui in custodiam traditi fuerant, fieri placeret: Facto SC^o^. in Catonis sententiam, eo ipso die de illis supplicium in carcere sumtum est: itaque Cicero has *Nonas Decembreis suas in ore habebat*, & horis omnibus iactabat, quod illi obiicit M. Brutus in Epistola ad Atticum, & habes exemplum L. X. Epist. ad Atticum, Epist. I. *Qui mihi, quod sæpe soleo recordari, dixit olim,* Nonis *illis, illis* Decembribus, *cum ego, Sexte, quidnam ergo?*

Μὴ μαὶ, inquit ille, ἀσπουδί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην,

Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι, καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

Illius diei est Oratio Catilinaria IV. ex qua constat *pridie Nonas Decemb.* præmia à Senatu iudicibus cõiurationis fuisse decreta. *Hesterno,* inquit, *die præmia legatis Allobrogum, Titoque Vulturcio dedistis amplissima.* Senatum vero *tertio Nonas Decembreis* coëgerat, & indices coniurationis introduxerat, quorum perscripserunt dicta Senatores aliquot, in his P. Nigidius. Cicero pro P. Sulla. *Itaque introductis in Senatum iudicibus, constitui Senatores, qui omnia indicum dicta, interrogata, responsa perscriberent. At quos viros? non solum summa virtute & fide, cuius generis in Senatu facultas maxima; sed etiam quos sciebam memoria, scientia, consuetudine, & facilitate scribendi, facillime, quæ dicerentur, persequi posse: C. Cosconium, qui tunc erat Prætor: M. Messallam, qui tum Præturam petebat:* P. Nigidium: *App. Claudium.* Atque hic dies, vt mihi quidem videtur, is est, quo Augustus natus est, M. Tullio Cicerone, C. Antonio COSS. Nam & Senatui interfuit. P. *Nigidius,* & cadit hic dies *tertius nonas Decembreis* Romani in diem *nonum Kalendas Octobreis* anni Iuliani, qui dies *Natalis Augusti* fuisse perhibetur, si interualli ratio habeatur, quod est à Kalendis Ianuariis anni vltimi Romani, qui *Confusionis* dicitur, ad diem *tertium nonas Decembreis* eiusdem anni, & interualli illius, quod est ab eo die, quo cepit annus hic *Confusionis* in anno Iuliano, quem fingimus semper fuisse, ad Diem *nonum Kalendas Octobreis:* Vtrumque enim interuallum est dierum *trecentorum viginti trium*: nam cepit annus *Confusionis,* vt

alibi probauimus, *Nonis Nouembribus* in anno Iuliano, cuius formam ſemper fuiſſe fugimus: ſuperſunt igitur dies quinquaginta ſeptem anno abſoluendo: adde dies ducentos ſexaginta ſex, qui numerantur in anno Iuliano à Kalendis Ianuariis ad nonum Kalend. Octobr. vtroque termino incluſo; fiunt itaque dies trecenti viginti tres. Totidem dierum eſt interuallum à Kalendis Ianuariis anni *Confuſionis* ad diem tertium Nonas Decembr. eiuſdem anni: Non ignoro ſexagintaſeptem dies in hoc anno interkalatos fuiſſe ante hunc tertium Nonas Decemb. diem, atque hos ſexaginta ſeptem dies in tres interkalarios menſes diſtributos fuiſſe, quorum primus fuit è conſuetudine ſuo loco interkalatus; ceteri duo in Nouembrem & Decembrem interpoſiti ſunt. Sed interkalarij iſti menſes non numerantur, pro momento enim temporis obſeruatur. *Cato putat menſem interkalarem addititium eſſe, omneſque eius dies pro momento temporis obſeruat, extremoque diei menſis Februarij adtribuit Quintus Mucius. Menſis autem interkalaris conſtat ex diebus viginti octo.* L. *cùm biſſext.* §. 1. & 11. D. *de verb. ſignif.* Ergo in hoc anno *Confuſionis* Februario imputandi ſunt tantum dies viginti duo: interkalaris namque eſt, qui ex diebus viginti octo conſtat. Quare à Kalendis Ianuariis anni *Confuſionis* ad diem tertium Nonas Decemb. numerãtur tantũ dies trecẽti viginti tres, quot dierum fuiſſe diximus interuallum à Nonis Nouembribus ad nonum Kalendas Octobris Iuliani: atque ita factum coniicio, vt dies *Natalis*

Digitized by Google

Auguſti dicatur dies *nonus Kalendas Octobreis*, cùm tamen natus ſit die *tertio nonas Decembreis* Romani, Sole in primis *Capricorni* partibus verſante, M. Tullio Cicerone, C. Antonio COSS. Sed quia tam multa de Natali Auguſti die verba fecimus, age & nonnulla addamus, quæ occaſionem dabunt illuſtrandi Hebraici Scriptoris Ioſephi Iachiadæ verba è Commentariis in Danielem Prophetam. Exiſtimatus eſt Auguſtus Apollinis filius, compreſſa eius matre Atia à ſerpente in Apollinis æde: Suetonius Auguſto, cap. XCIV. *In Aſclepiadis Mendetis* θεολογουμένων *Libris lego, Atiam, cùm ad Solenne Apollinis ſacrum media nocte veniſſet, poſita in templo lectica, dum ceteræ matronæ dormirent, obdormiſſe: draconem repente irrepſiſſe ad eam, paulloque poſt egreſſum: illamque expergefactam, quaſi à concubitu mariti purificaſſe ſe: & ſtatim in corpore eius extitiſſe maculam, velut depicti draconis; nec potuiſſe vnquam eximi: adeo vt mox publicis balneis perpetuo abſtinuerit: Auguſtum natum menſe decimo, & ob hoc Apollinis filium exiſtimatum.* Par fabula de Alexandro Magno narratur; conſtat quippe, iuiſſe in vulgus, Alexandrum Magnum Ioue fuiſſe genitum, qui ſub draconis ſpecie rem cum Olympiade habebat. Sed pro Ioue ſubſtituit Iachiades Ioſephus in cap. VIII. Danielis §. V. Ægypti Regem, cui nomen facit *Nectanebor.* Addit his: ושכב עם כאביה ראש המלכה אשת פליפוס המוקדני Vir præſtantiſſimus, cui hunc ſcriptorem debemus, exiſtimat, Iudæum Magiſtrum, pro ſua ſapientia in exotica hiſtoria, confundere *Atiam* Auguſti.

matrem cum Olympiade, imperite tamen *Octauiam* nominare: nam voce כאביה putat *Octauiam* designari, si vocalem *o* omissam, & ט literam excidisse, vel in figuram literæ א Rabbinicæ, quæ similis est, mutatam statuas: aut forte, inquit, legendum vnica voce כאביהראש *Ceuiarosa*, quod ita dicta fuerit Olympias propter veneficia, quibus furtiuos amores celabat. Ego vero legendum potius suspicor, voce in suum, vnde exciderat, locum restituta: כאביה עם ראש המלכה אשת פיליפוס הבקרני ושכב *Concubuit quantum voluit, & pro sua libidine cum Regina Philippi vxore.*

CAP. VI.

Cæsar semel atque iterum emendatur. Amanenses hostes sempiterni Romanorum. Cohors Prætoria. Ad equum.

CÆSARIS verba sunt L. III. de bello Ciuili, cap. XXXI. *His temporibus Scipio detrimentis quibusdam circa montem Amanum acceptis, sese Imperatorem appellauerat. Quo facto ciuitatibus, tyrannisque magnas imperauerat pecunias.* Mendosum esse hunc locum nemo non videt; nam ridiculum esset, sese Imperatorem appellare ob accepta detrimenta; neque quicquam hic nos Iuuit. MS codex satis bonæ notæ, quem habemus dono Clarissimi Viri, Senatoris, integerrimi, Gaillardi Guiranni; dicam igitur, quod conieci: Rescribendum puto: *His temporibus Scipio petris menitis quibusdam circa montem*

Digitized by Google

Amanum acceptis &c. Ad hunc montem erant *petræ mœnibus* cinctæ, siue castella, quæ obsedebant tyranni, cepit Scipio eorum nonnulla, quo facinore, quasi palmarium esset, parrato, sese Imperatorem appellauit, & tyrannis, qui has occupabant *petras*, siue castella, ciuitatibusque, magnas imperauit pecunias. Locum hunc ita esse interpretandum auctor est, & fundus Strabo, cuius verba è Libro XIV. erũt in vicem commentarij, μετὰ δὲ Μαλλὸν Αἰγαῖον πολίχνιον ὕφορμον ἔχον. εἶτα Ἀμανίδες πύλαι ὕφορμον ἔχουσαι, εἰς ἃς τελευτᾷ τὸ Ἀμανὸν ὄρος ἀπὸ τοῦ Ταύρου καθῆκον, ὃ τῆς Κιλικίας ὑπέρκειται κατὰ τὸ πρὸς ἕω μέρος, ἀεὶ μὲν ὑπὸ πλειόνων δυναστευόμενον τυράννων ἐχόντων ἐρύματα. Accedat & M. Tullius Epist. ad M. Cœlium Rufum, quæ X. est L. II. *Cùm venissem in Amanum vexaui, Amanienseis, hostes sempiternos. multi occisi, capti, reliqui dissipati: castella munita, improuiso aduentu capta, & incensa. Ita victoria iusta Imperator appellatus apud Issum.* & Epist. IV. Libri XV. quæ est ad M. Catonem. *Ad quartum Idus Octobreis, cùm aduesperasceret, expedito exercito, ita noctu iter feci, vt ad tertium Idus Octobreis, cum lucesceret, in Amanum ascenderem, distributisque cohortibus, & auxilijs, cum alijs Q. frater, legatus mecum simul: Alijs* C. *Pomtinus, legatus; reliquis Marcus Anneius, & L. Tulleius, legati præessent: plerosque necopinanteis oppressimus, qui occisi, captique sunt; interclusi fuga. Erunam autẽ, quæ fuit non vici instar, sed vrbis, quod erat Amani caput, itemque Sepyram, & commerin acriter, & diu repugnantibus, Pomtino illam partem Amani tenente, ex antelucano tempore, vsque ad horam*

diei decimam, magna multitudine hostium occisa, cepimus: castellaque sex capta: complura incendimus. His rebus ita gestis, castra in radicibus Amani habuimus apud Aras Alexandri quatriduum, & in reliquijs Amani delendis, agrisque vastandis, quæ pars eius montis Prouinciæ meæ est, id tempus omne consumpsimus. Item L. V. Epist. ad Atticum, Epist. XX. *Inde ad Amanum contendi, qui Syriam à Cilicia ima, aquarum diuortio diuidit: qui mons erat hostium plenus sempiternorum. hic ad III. Idus Octob. magnum numerum hostium occidimus. castella munitissima, nocturno Pomtini aduentu, nostro matutino, cepimus, incendimus, Imperatores appellati sumus.* Cum hæc gessisset Cicero, Bibulus, qui Syriæ paæerat, & volebat *Imperatoris* appellatione Ciceroni esse par, in eodem Amano, vt ex eadem Epistola constat, quæ pars eius montis Prouinciæ Bibuli erat, cepit, tanquam in mustaceo, laureolam quærere, sed plagam odiosam accepit, totamque primam cohortem perdidit: Hos hostes à Bibulo irritatos Scipio non longo post tempore vexauit, ac quædam castella cepit, propter quod αἰσχρεργάθημα, tanquam Republica bene gesta, sese *Imperatorem* appellauit. Atque de hoc loco tantum est: Alterum expendamus è L. I. de bello Gallico. *Interim cùm sæpe vltro citroque legati inter eos mitterentur, Arionistus postulauit, ne quem peditem ad colloquium Cæsar adduceret: vereri se, ne per insidias ab eo circumueniretur: vterque cum equitatu veniret: alia ratione se non esse venturum. Cæsar, quod nec colloquium, interposita caussa, tolli volebat, neque salutem suam Gallorum equitatui committere audebat, commodissimum*

Digitized by Google

ſimum eſſe ſtatuit, ominus equis Gallis Equitibus detractis, legionarios eo milites legionis decimæ, cui quam maxime confidebat imponere; vt præſidium quam amiciſſimum, ſi quid opus facto eſſet, haberet. quod cùm fieret, non irridiculè quidam ex militibus decimæ legionis dixit; Plus, quam pollicitus eſſet, Cæſarem facere; pollicitum in cohortis Prætoriæ loco decimam legionem habiturum, ad equum *reſcribere.* Quærebat à me non ita pridem vir eruditiſſimus amicus meus, quid eſſet, *ad equum reſcribere*: Quiddam codd. hic habent, *& nunc ad equum reſcribere.* alij, *ad equitum.* Exiſtimant, ſignificari legionem eam, quæ peditum erat, in numerum equitum tranſcriptam fuiſſe. Verum huic interpretationi tria aduerſantur: primum eſt, quod in Equites non ſunt tranſcripti hi decimæ legionis milites, ſed equis tantum impoſiti: alterum eſt, quod, *ad equum reſcribere*, dixit miles ille, cùm dicendum eſſet, ſiquidem id intelligeretur, quod volunt viri eruditi, *in equitatum tranſcribere*: certe vox, *reſcribere*, non vſurpatur eo ſenſu, quem illi affingunt; denique nihil eſt iocoſi, ſi ita interpreteris, in dicto huius militis, contra quam ſentit Cæſar, cui tutius credemus: Pollicitus fuerat Cæſar, ſe decimam legionem in *Prætoriæ cohortis* loco habiturum: *Cohors Prætoria*, Cæſaris æuo, & prioribus, erat maxime è clientibus illius, qui præerat exercitui: atque hinc petitus eſt militis iocus: Plus, inquit, quam pollicitus erat, Cæſar facit: pollicitus erat in *cohortis Prætoriæ*, id eſt, in clientum loco habere; at, inquit, *ad equum reſcribit*: id eſt, non tantum in clientelam,

Digitized by Google

ſed, quod plus eſt, in familiam admittit: Nam hic *ad equum* dicuntur eſſe reſcripti milites, quaſi illorum curæ commiſſum eſſet Cæſaris *equitium*: & ſeruorum, ſiue libertorum, id eſt, eorum, qui in familia ſunt, indicium eſt iſtud loquendi genus, quemadmodum apud Gruterum Inſcriptionum pag. IↃLXXVIII.

T. STATILIVS
MALCHIO
AD. VESTEM

Rurſum eiuſdem operis pag. IↃLXXXII.

ANTHVS. AD
ARGENTVM
POT. L. CÆSARIS

Neque enim in Equitibus poterant cenſeri milites decimæ legionis, cum Equitum armis atque ornatu omni non eſſent inſtructi; ſed erant tantum equis impoſiti, ita vt viderentur potius eſſe ex ea Cæſaris familia, cui cura erat eius *equitium*, quam Equites. Vt autem innoteſcat, quid intelligatur, illud *ad* maſcula litera A ſcribendum puto. *Plus, quam pollicitus eſſet, Cæſarem facere: pollicitum in* cohortis Prætoriæ *loco decimam legionem habiturum*, Ad equum *reſcribere.*

Digitized by Google

CAP. VII.

De animæ recidiuatu. Gallorum nostrorum Druydibus persuasus, sed hominum ad homines, & definito tempore. Cæsar & Tertullianus correcti.

NON vna gens fuit apud veteres, cui persuasus animæ recidiuatus: veniunt namque in hunc censum cum Gallorum nostrorum Druydibus Ægyptij, à quibus accepit Pythagoras, sed tamen aliquo inter hos populos discrimine. De Druydibus Cæsar L. VI. de bello Gallico, cuius verba adferemus, vt obiter emendemus. *Druides à bello abesse consueuerunt, neque tributa vna cum reliquis pendunt, militiæ vacationem, omniumque rerum habent immunitatem tantis excitati præmijs, & sua sponte, multi in disciplinam conueniunt, & à propinquis, parentibusque mittuntur, magnum ibi versuum numerum ediscere dicuncuntur. itaque nonnulli annos vicenos in disciplina permanent, neque fas esse existimant ea literis mandare, cùm in reliquis fere rebus, publicis priuatisque rationibus, Græcis literis vtantur; in primis hoc volunt persuadere,* Non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios; *atque hoc maximè ad virtutem excitari putant, metu mortis neglecto.* Vocem, *Græcis*, hic locum non habere optimè obseruauit Cl. Hotmannus; nam Cæsar superiore Commentario *Græcis* conscriptam *literis* epistolã ad Q. Ciceronem misit, ne intercepta

Digitized by Google

epiſtola ſua, ſua à Gallis conſilia cognoſcerentur: Ergo paſſim *Græcis literis* non vtebantur Galli. Quare idem præſtantiſſimus vir hanc vocem expungendam cenſuit; eam tamen editi & ſcripti libri, itemque Aimoïnus agnoſcunt; adde etiam Græcum horum Librorum Interpretem, qui vertit: οἱ μὲν γὰρ Δρυΐδαι, καίπερ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασι δημοσίοις τε καὶ ἰδίοις πράγμασιν, Ἑλληνικοῖς χρώμενοι γράμμασιν, ταῦτα οὐκ οἷόν τ' εἶναι γράφειν λέγουσι. Ego vero eam, ſed leuiter immutatam puto retinendam, legendumque apud Cæſarem; *cùm in reliquis fere rebus publicis, priuatiſque, rationibus*, craſſis *literis vtantur*. Appellat Cæſar literas *craſſas*, quæ minimè ſint elegantes, quemadmodum Græcæ, aut Latinæ. Quod vero ad *metempſycoſim* attinet, habes in Cæſaris verbis, hominum animas ad homines tantum tranſire, idque definito tempore fieri obſeruat Diodorus Siculus L. V. ἐνισχύει παρ' αὐτοῖς ὁ Πυθαγόρου λόγος, ὅτι τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ἀθανάτους εἶναι συμβέβηκε, καὶ δι' ἐτῶν ὡρισμένων πάλιν βιοῦν, εἰς ἕτερον σῶμα τῆς ψυχῆς εἰσδυομένης. Quod autem Pythagoram idem cum Druidibus opinatum eſſe ſcribit Diodorus, vſquequaque verum non eſt: Nam Pythagoras ad pecudes etiam faciebat tranſire hominum animas, rurſumque è pecudibus ad homines. Ouidius è Pythagoræ perſona, Transformationum L. XV.

Morte carent animæ, ſemperque priore relicta
Sede, nouis domibus viuunt, habitantque receptæ.
Ipſe ego, nam memini, Troiani tempore belli,

Digitized by Google

Panthoïdes Euphorbus eram, cui pectore quondam
Hæsit in aduerso grauis hasta minoris Atridæ.
Cognoui clypeum, lęuæ gestamina nostræ,
Nuper Abanteis templo Iuuonis in Argis.
Omnia mutantur; nihil interit, errat, & illinc
Huc venit, hinc illuc, & quoslibet occupat artus
Spiritus éque feris humana in corpora transit,
Inque feras noster, nec tempore deperit vllo.
Vtque nouis facilis signatur cera figuris,
Nec manet, vt fuerat, nec formam seruat eandem,
Sed tamen ipsa eadem est; animam sic semper eandem
Esse, sed in varias doceo migrare figuras.

Quod autem hinc ingeniosissimus Poëtarum, clypeum Euphorbi in Iunonis Argiuæ templo appensum testatur, habes etiam apud Iamblichum & Malchum de Vita Pythagoræ: τὰ γὰρ ἱστορούμενα περὶ τῆς ἐν Μυκήναις ἀνακειμένης σὺν Τρωϊκοῖς λαφύροις τῇ Ἀργείᾳ Ἥρᾳ Εὐφόρβου τοῦ Φρυγὸς τούτου ἀσπίδος, παρίεμεν, ὡς πάνυ δημώδη. At vero Heraclides Ponticus apud Diogenem Laërtium consecratum fuisse in Apollinis apud Branchidas scriptum reliquit: ὅς, Pythagoras, καὶ αὐτὸς πίστιν δοῦναι θέλων, ἐπανῆλθεν εἰς Βραγχίδας· καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱερὸν, ἐπέδειξεν ἣν Μενέλαος ἀνέθηκεν ἀσπίδα. ἔφη γὰρ αὐτὸν, ὅτ᾽ ἀπέπλευσεν ἐκ Τροίας, ἀναθεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι τὴν ἀσπίδα, διασεσηπυῖαν ἤδη· μόνον δὲ διαμένειν τὸ ἐλεφάντινον πρόσωπον. Tertullianus vero L. de Anima, cap. XXVIII. suspensum fuisse Delphis in fano Apollinis Pythij memoriæ prodidit, sed suæ cum lapsu, vt volunt viri præstantissimi. Verba

Afri ſcriptoris hæc ſunt: *Sed clypeum Euphorbi olim Delphis conſecratum recognouit, & ſuum dixit, & de ſignis vulgo ignotis probauit.* Hoc quidem nullus alius veterum in literas retulit: quare etiam facile mihi perſuadeo, Tertulliani verba fuiſſe corrupta: olim enim ita ſcriptum ab eius manu: *Sed clypeum Euphorbi olim* Dei fiſco *ſacratum recognouit.* Elegantiſſime donaria Dei templo appenſa appellat *Dei fiſcum*, ſiue *phiſcum*, vt imperiti librarij ſcribebant. Sed ad recidiuatum animæ redeamus. Præceptorem diſcipulus ſequitur, Empedocles Pythagoram, cuius hac de re verſus leguntur apud Diogenem Laërtium, & Clementem Alexandrinum Florido VI.

Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε, κόρη τε,
Θάμνος τ', οἰωνός τε, καὶ εἰν ἀλὶ ἔλλοπος ἰχθύς.

Doctrinam hanc interpolauit Plato *Eri* fabulis, quas vide L. de Republ. X. vbi facit τὴν τῶν ψυχῶν ὑπὸ γῆς πορείαν χιλιετῆ. quod etiam L. laudato docet Tertullianus. Sed Ægyptij hanc πορείαν dixerunt eſſe annorum termille. Herodotus Euterpe: πρῶτοι δὲ καὶ τὸν λόγον τόνδε Αἰγύπτιοί εἰσι εἰπόντες, ὡς ἀνθρώπου ψυχὴ ἀθάνατός ἐστι. τοῦ σώματος δὲ καταφθίνοντος, ἐς ἄλλο ζῷον αἰεὶ γινόμενον ἐσδύεται· ἐπεὰν δὲ περιέλθῃ πάντα τὰ χερσαῖα, καὶ τὰ θαλάσσια, καὶ τὰ πτηνὰ, αὖθις ἐς ἀνθρώπου σῶμα γινόμενον ἐς δύνειν. τὴν περιήλυσιν δὲ αὐτῇ γίνεσθαι ἐν τρισχιλίοισι ἔτεσι. Platonis ſententiam expreſſit R. Dauid Kamius Commentariis in Pſalmum CIV. 30. יקום כי הנפשות הם עתידות אלפי שנה אמרו קצת חכמי המחקר כי כל חי אחרי מותו הראשון כמו אותו החומר בעצמו ויהיה זה תמיד לכמה

להגלגל ולחזור לעולם אבל אינן חוזרות אל החומר *Dixerunt Philosophorum nonnulli, omne animal post mortem suam resurgere: animæ namque ab aliis ad alia transeunt corpora: fitque hæc περιείλησις ἢ πορεία intra mille circiter annos.*

CAPVT VIII.

De ordine fabularum Terentij, quibusque editæ annis. Omnium prima Andria*: secunda* Hecyra*; semel atque iterum exacta, tertio producta stetit: Tertia* Heautontimorumenos*: quarta* Phormio*: quinta* Eunuchus*, bis eodem die producta in scenam, tertium denique acta, pretiumque ingens pro ea Poëta datum: Sexta* Adelphoe. *Veteres Didascaliæ harum fabularum, Donatus, Porcius, Valgius emendantur. Quid illud, adscriptum extremo dramate, ω significet.* Grex *siue* Caterua *histrionum iubebat spectatores plaudere & valere. In Gymnicis Præcones pronunciabant* πόδας*, Galeno lux. Terentius Hecyra extrema emendatus.*

DE ordine fabularum Terentij disputabimus hoc capite: neque enim plana atque liquida omnia sunt: Primam omnium ANDRIAM esse liquet è Didascaliis, quæ illi præscribuntur: ACTA. LVDIS. MEGALENSIBVS. M. FVLVIO. ET. M. GLABRIONE. ÆDILIB. EGERVNT. L. AMBIVIVS. TVRPIO. L. ATTILIVS. PRÆNESTINVS. MODOS. FECIT. FLACCVS. CLAVDI.

FILIVS TIBIIS. PARIB. DEXTRIS. ET SINISTRIS. ET. EST. TOTA. GRÆCA. EDITA. M. MARCELLO. CN. SVLPITIO. COSS. Donatus Præfatione in Andriam: *Hæc prima acta est Ludis Megalensibus, M. Fuluio, & M. Glabrione Ædilibus Curulibus: Egerunt L. Attilius Prænestinus, & L. Ambiuius Turpio: Modos fecit Flaccus Claudij Filius, tibiis paribus, dextris & sinistris: & est tota Græca, edita M. Marcello & Sulpitio COSS. pronuntiatàque est* ANDRIA. TERENTI. *ob incognitum adhuc nomen Poëtæ, & minoris apud populum auctoritatis ac meriti.* Suetonius Tranquillus in Terentij Vita: *Scripsit Comœdias sex, ex quibus* primam Andriam *cùm Ædilibus daret, iussus ante Cæcilio* (ita emendandum esse iampridem monuit Vir Illustris ex Hieronymi sui Chronico.) *recitare, ad cenantem cùm venisset, dictus est, initium quidem fabulæ, quod erat contemptiore vestitu, subsellio iuxta lectulum residens legisse: post paucos vero versus inuitatus vt accumberet, cenasse vna, deinde cetera percurrisse non sine magna Cæcilij admiratione.* Ac quidem omnium primam fabularum à Terentio editam fuisse *Andriam* testantur etiamhi ex eius Prologo versus:

Fauete, & adeste æquo animo, & rem cognoscite,
Vt pernoscatis, & quid spei sit reliquum.
Posthac quas faciet de integro Comœdias,
Spectandæ, an exigendæ sint vobis priùs.

Editam testátur, cùm Didascaliæ, tum Suetonius, *M. Marcello, Cn. Sulpitio Coss.* hoc est, anno ab Vrbe condita quingentesimo octagesimo octauo.

Secunda

Digitized by Google

Secunda est HECYRA, de qua Didascaliæ ei præfixæ. ACTA. LVDIS. MEGALENS. SEX. IVLIO. CÆSARE. CN. CORNELIO. DOLABELLA. ÆDIL. CVRVLIB. NON. EST. PERACTA. MODOS. FECIT. FLACCVS. CLAVDI TIBIIS PARIB. TOTA GRÆCA. APOLLODORV. EST. ACTA. PRIMO. SINE. PROLOGO. DATA. SECVNDO. CN. OCTAVIO. T. MANLIO. COSS. RELATA. EST. LVCIO. ÆMILIO. PAVLO. LVDIS. FVNEBRIB. NON. EST. PLACITA, TERTIO RELATA. Q. FVLVIO. L. MARCIO. ÆDIL. CVRVLIB. EGIT. L. AMBIVIVS. TVRPIO. PLACVIT. Donatus in Hecyræ Prologum : *Hæc primo data est sine prologo Ludis Megalensibus , quos Sex. Iulius & Cornelius Dolabella ędiderunt : sed occupato populo studio funambuli, displicuit. Postea data est. Ludis Funebribus L. Æmilij Pauli, quos fecerunt. Q. Fabius Maximus, & Cornelius Africanus. Tunc quoque non peracta est per studium populi circa gladiatores. Tertio ad postremum introducta, Q. Fuluio, L. Martio Ædilibus, virtute actorum L. Ambiuij & L. Turpionis est commendata.* Quod toties in scenam producta fuerit, fecit, vt quo loco edita primum sit à Terentio, non ex vero proditum sit à Donato præfatione in hanc Comœdiam : *Acta sane est Ludis Megalensibus, Sex. Iulio, C. Rabirio Ædilibus Curulibus. Egitque L. Ambiuius. Modulatus est eam Flaccus Claudius tibijs paribus. Tota Græca est, factaque & édita quinto loco, Cn. octauio T. Manlio* Coss. Atqui si facta editaque est, *Cn. Octauio, T. Manlio Coss.* non igitur *quinto loco* : nam Cn. Octauius & T. Manlius

Conſules fuerunt anno ab Vrbe condita *quingenteſimo octageſimo nono*. Ergo facta eſt poſt *Andriam*, quam edidit Terentius anno proxime præcedenti: proinde *Hecyra* ſecunda eſt ordine fabularum, quas fecit Terentius: itaque reſcribendum eſt in Didaſcaliis illius: ACTA. PRIMO. SINE PROLOGO. DATA SECVNDA CN. OCTAVIO. T. MANLIO. COSS. Neque enim in ſcenam ſecundo produci potuit, Cn. Octauio, T. Manlio Coſſ. ſiquidem verum eſt, vt eſt, relatam fuiſſe ſecundo, Ludis Funebribus L. Æmilij Pauli, quos fecerunt. Q. Fabius Maximus, & P. Scipio Africanus, L. Anicio, M. Cornelio Coſſ. Quod vero in iiſdem Didaſcaliis dicitur, ACTA. LVDIS. MEGALENSIBVS, in nonnullis exemplaribus Mss. atque editis acta Romanis Ludis proditur, & Didaſcaliæ in hunc modum conceptæ leguntur: ACTA. LVDIS ROMANIS. SEX. IVLIO. CÆS. CN. CORNELIO. DOLABELLA. ÆDIL. CVR. NON. EST. PERACTA. TOTA. MODOS. FECIT. FLACCVS. CLAVDII. TIBIIS. PARALIB. CN. OCTAVIO. T. MANLIO. COSS. RELATA. EST. ITERVM. LVDIS. FVNEBRIB. RELATA. EST. TERTIO. Q. FVLVIO. L. MARCIO. ÆDIL. CVRVLIB. Quoquomodo legas, quod quidem ad hanc rem, de qua diſputamus, attinet, ciccum non interduim, omnino namque conſtat actam primò fuiſſe HECYRAM, Cn. Octauio, T. Manlio Coſſ. anno Vrbis Conditæ quingenteſimo octageſimo nono, ac proinde ſecundam datam eſſe è Terentianis fabulis. Verum cùm primum in ſcenam

Digitized by Google

producta est, peracta tota non est, vt in his habes Didascaliis, & testatur Terentius Prologo iteratæ editionis.

HECYRA huic nomen fabulæ: hæc cùm data est
Noua, nouum interuenit vitium, & calamitas,
Vt neque spectari, neque cognosci potuerit:
Ita populus studio stupidus in funambulo
Animum occuparat,

Rursumque Prologo, quando tertiùm relata est:

Quum primum eam agere cepi, pugilum gloria,
Funambuli eodem accessit expectatio,
Comitum conuentus, strepitus, clamor mulierum,
Facere, vt ante tempus exirem foras.

Atque hæc de prima *Hecyræ* editione, quoto vero anno iterum edita, ac demum tertio relata, suo loco, Deo dante, reddemus: Non ignoramus autem Donato ADELPHOS secundam esse è Terentianis, fabulis, sed longe falli, futilique argumento niti, infra docebimus. Tertia fuit HEAVTONTIMORVMENOS, vt constat ex Didascaliis, quæ in fronte illius leguntur in hæc verba. ACTA. LVDIS MEGALENSIB. L. CORNELIO. LENTVLO. L. VALERIO. FLACCO. ÆDILIB. CVRVLIB. EGERE. L. AMBIVIVS. TVRPIO. L. ATTILIVS. PRÆNESTINVS. MODOS. FECIT. FLACCVS. CLAVDI. GRÆCA. EST. MENANDRV. ACTA. PRIMVM. TIBIIS. IMPARIB. DEINDE. DVAB. DEXTRIS. ACTA. TERTIA. M. IVVENTIO. M. SEMPRONIO. COSS. Paululum aliter leguntur,

Digitized by Google

longe tamen alio ſenſu, hæ Didaſcaliæ, in illa, quam recenſuit vir ſummus, editione: ACTA. PRIMVM. TIBIIS. IMPARIB. DEINDE. DVAB. DEXTRIS. ACTA. ETIAM. TERTIO. TI. SEMPRONIO. M. IVVENTIO. COSS. Quaſi ſcilicet ſemel atque iterum edita antea, ac tertio demum in Conſulatu Titi Sempronij M. Iuuentij acta eſſet; quod tamen verum non eſt, meo iudicio; Nam id de ſola Terentij *Eunucho* proditum eſt. *Hecyra* enim, quanquam ter ſit relata, ſemel tantum peracta eſt. Didaſcalia autem, ſi quid coniicio, hoc tantum decē, fabulam *Heautontimorumenon* actam eſſe tertiam, & quidem priorem eius partem *tibijs imparibus*, alteram *duabus dextris*: quare reſcribendum in omnibus Didaſcaliis. ACTA TERTIA. TI. SEMPRONIO. M. IVVENTIO. COSS. Qui Conſules fuerunt anno ab Vrbe Condita *quingenteſimo nonageſimo primo*. Sequitur quarta PHORMIO, de qua Didaſcaliæ. ACTA. LVDIS. ROMANIS. L. POSTHVMIO. ALBINO. L. CORNELIO. MERVLA. ÆDILIB. CVRVLIB. EGERE. L. AMBIVIVS. TVRPIO. L. ATILIVS. PRÆNESTINVS. MODOS. FECIT. FLACCVS. CLAVDI. TIBIIS. IMPARIB. TOTA. GRÆCA. APOLLODORV. EPIDICAZOMENOS. FACTA. EST. IIII. C. FANNIO. M. VALERIO. COSS. Hic habes *quartam* factam fuiſſe, quod etiam teſtatur Donatus Præfatione in hanc Fabulam: *Hæc acta eſt Ludis Megalenſibus, L. Cornelio Merula Ædili Curuli, & L. Poſthumio Albino: agentibus L. Caſſio Atilio, & L. Ambiuio: modos faciente Flacco Claudi Filio, tibijs Serranis. Editaque eſt quarto loco, M. Valerio,*

& C. Fannio Coss. Quibus è verbis emendandas puto Didascalias, in iisque rescribendum esse: ACTA. LVDIS. MEGALENSIBVS. Et certe, si *Ludis Romanis* acta est hæc fabula M. Valerio, C. Fannio Coss. non est *quarto loco* à Terentio edita: editam autem esse *quarto loco* testantur Didascaliæ, itemque Donatus: Id nullo negotio potest probari; *Ludi* namque *Romani* aliquot mensibus post *Megalenses* peraguntur: *Aprili* enim mense *Megalenses Ludi* celebrabantur; *Romani* vero mense *Septembri*: Atqui *Eunuchus* acta est *Ludis Megalensibus, M. Valerio & C. Fannio Coss.* ac proinde prior acta esset *Phormione*: Vnde sequeretur *Phormionem quarto loco* non fuisse editam, cùm tamen certissimú sit editam esse *quarto loco*: ergo *Ludis Megalensib. M. Valerio C. Fannio Coss.* Post Phormionem *quinta* est edita EVNVCHVS, Coss. iisdem, iisdem Ædilibus Curulibus, iisdemque Ludis Megalensibus: habes id ex eius Didascaliis. ACTA. LVDIS. MEGALENSIB. L. POSTHVMIO. ALBINO. L. CORNELIO. MERVLA. ÆDILIB. CVRVLIB. EGERE. L AMBIVIVS. TVRPIO. L. ATTILIVS. PRÆNESTINVS. TIBIIS. DVAB. DEXTRIS. GRÆCA. MENANDRV. ACTA. II. MODOS. FECIT. FLACCVS. CLAVDI. M. VALERIO. C. FANNIO. COSS. Didascaliæ præfixæ huic dramati in editione, quam vir magnus recensuit, paullo aliter, quod ad modulationem attinet, legunt: MODVDAVIT. FLACCVS. CLAVDII. TIBIIS. DVAB. DEXTRA. ET. SINISTRA. Sed nihil ista ad notationem temporis: consentiút enim omnes editam primo fuisse *Ludis Megalensibus*.

Digitized by Google

C. *Fannio M. Valerio Coss.* Donatus præfatione in hanc fabulam: *Acta plane est ludis Megalensibus, L. Posthumio L. Cornelio Ædilibus Curulibus, etiam tunc personatis L. Numidio Posthumio* (corrige è Didascaliis) *L. Ambiuio Turpione: item modulante Flacco Claudio, tibijs dextra & sinistra ob iocularia, multa permixta grauitate.* Quanquam Consulum nomina non addat Donatus, satis designat adscriptis *Ædilibus Curulibus*, nam L. Posthumius Albinus, & L. Cornelius Merula fuerunt Ædiles Curules eo anno, quo Consulatum gesserunt M. Valerius & C. Fannius, vt constat è Didascaliis præfixis *Phormioni*, itemque huic dramati: Quare cùm *Phormio*, tum *Eunuchus*, data sunt à Terentio, *M. Valerio C. Fannio Coss.* hoc est, anno Vrbis Conditæ quingentesimo nonagesimo tertio. Sed quid est in Didascaliis, ACTA. II. Certe *secunda* facta non est à Terentio: An intelligitur, eam *secundam* à Terentio actam fuisse his eiusdem anni Ludis? Nam, vt iam diximus, duas fabulas dedit Terentius, his eiusdem anni *Megalensibus ludis*, nempe *Phormionem*, & *Eunuchum*, & quidem *Phormionem* priùs, *Eunuchum* vero posteriùs: An dicemus intelligi, quod verius puto, *Eunuchum* actam fuisse *bis*, his ipsis eiusdem anni *Megalensibus ludis*? De iterata eius editione loco laudato Donatus: *Et acta est tanto successu, ac plausu, atque suffragio, vt rursus esset vendita, & ageretur iterum pro noua: proque ea pretium, quod nulli ante ipsam fabulam contigit, octo millibus sestertium numerarent Poëtæ.* Sed aut ego valde fallor, aut pretium istud meruit, ac

Digitized by Google

Poëtæ numeratum est, vt tertiùm ederetur: nam iterum edita est, nullá interposita mora, eodé ipso, quo primum acta erat, die. Suetonius id expressis verbis indicatū voluit in Vita Terētij: EVNVCHVS *quidem* bis die *acta est, meruitque pretium, quantum nulla antea cuiusquam Comœdia, id est, octo millia nummûm. Propterea quoque summa titulo adscribitur.* In his frustra expungunt Viri incomparabiles vocem *die*; acta quippe *bis* tantum non est, sed etiam tertiùm in scenam venit. Donatus loco laudato. *Hæc edita* tertiùm *est, & pronunciata,* TERENTI. EVNVCHVS: *quippe iam adulta commendatione Poëtæ, ac meritis ingenij notioribus populo.* Quo vero anno tertiùm edita sit, nobis non liquet; sed tamen coniecturam facere licet, nonnisi post editam fabulam *Adelphos*, tertiò productam fuisse, de quá iam dicendum est: ADELPHOE. *sexta* est Comœdia à Terentio facta, eaque edita est *Lucio Anicio M. Cornelio Coss.* hoc est, anno Vrbis Conditæ *quingentesimo nonagesimo quarto*, Ludis funebribus L. Æmilij Pauli: habes in Didascaliis: ACTA. LVDIS. FVNEBRIB. ÆMILI. PAVLI. QVOS. FECERE. Q. FABIVS. MAXIMVS. P. CORNELIVS. AFRICANVS. EGERE. L. ATILIVS. PRÆNESTINVS. MINVTIVS. PROTHVMVS. MODOS. FECIT. FLACCVS. CLAVDI. TIBIIS. SERRANIS. FACTA. GRÆCA. MENANDRV. L. ANICIO. M. CORNELIO. COSS. Iisdem *ludis Funebribus* relata est *Hecyra*, sed non placuit, vt est in eius Didascaliis: RELATA. EST. LVCII. ÆMILII. PAVLI. LVDIS. FVNEBRIB. NON. EST. PLACITA. Donatus in Hecyram: *Postea data est* ludis Funebri-

Digitized by Google

bus L. Æmilij Pauli, *quos fecerunt Q. Fabius Maximus, & Cornelius Africanus; Tunc quoque peracta non est, per studium populi circa gladiatores.* Quod ipso testatur Terentius Prologo, quem scripsit, cum tertio referretur Hecyra:

Refero denuo.
Primo actu placeo: quum interea rumor venit,
Datum iri gladiatores: populus conuolat:
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco.
Ego interea meum non potui tutari locum.

Atque his ipsis *Funebribus Æmilij Pauli ludis* prius in scenam producta est *Hecyra*, quam AELPHOE. Colligo ex his Donati verbis Præfatione in Hecyram. *Tota Graca est, factaque & edita* quinto loco, *Cn. Octauio, T. Manlio Coss.* Male quidem Donatus, si tamen Donatus auctor est, editionem *Hecyræ* inter Terentianas *quinto loco* fabulas confert in annum, quo Consules fuerunt Cn. Octauius & T. Manlius, vt in superioribus diximus. Optime tamen ista debét referri ad illud tempus, quo iterum relata est, nempe *ludis Funebribus Æmilij Pauli*: nam si perinde habeas primam illius editionem, Cn. Octauio, T. Manlio Coss. cum neque spectata neque acta tunc sit, quasi omnino data non esset, non male editam dices *quinto loco*, cum producta est his *ludis Funebribus Æmilij Pauli*: est itaque his ludis data ante *Adelphos*, quæ tamen *Adelphorum* fabula iisdem ludis edita atque spectata est, postrema harum sex, quæ extant, à Terentio factæ. Quare non est audiendus Donatus Præfatione in Adelphos.

Hæc

Digitized by Google

Hæc sane acta est ludis Scenicis Funebribus L. Æmilij Pauli; agentibus L. Ambiuio, & L. Turpione: (ex vno L. Ambiuio Turpione duo prodierunt Lucij, si Dis placet:) *qui cum suis gregibus etiã tum personati agebant: Modulata est autem tibiis dextris, id est, Lydiis ob seriam grauitatem. Hanc dicunt ex Terentianis* secundo loco *actam, etiam tum rudi nomine Poëtæ: itaque sic pronunciatum*, ADELPHOE TERENTI, *non* TERENTI. ADELPHOE. *quod adhuc de fabulæ magis nomine Poëta, quam de Poëtæ nomine fabula commendabatur.* Multa enim hic peccat Donatus: Omnino enim factum non est, vt ADELPHOE fabula *secundo loco* sit acta: Nam acta est *ludis Funebribus Æmilij Pauli*, anno Vrbis Conditæ quingentesimo nonagesimo quarto, *L. Anicio, M. Cornelio Coss.* Quo vero loco censebuntur aliæ tres saltem fabulæ, *Heautontimorumenos, Phormio, Eunuchus*, quæ annis præcedentibus quingentesimo nonagesimo primo, & quingentesimo nonagesimo tertio actæ peractæque sunt? An nullo? Nullo certe, si quidem ADELPHOE fabula, quæ anno quingentesimo nonagesimo quarto edita est, è Terentianis *secundo loco* acta sit: Futilis vero est illius argumentatio, quia *sic est pronunciata* ADELPHOE, TERENTI, non autem TERENTI. ADELPHOE., propterea quod adhuc rude erat Poëtæ nomen: Nam nulla fabularum Terentij pronúnciata est, TERENTI. ex gr. PHORMIO, HEAVTONTIMORVMENOS. &c. antequam tertiùm edoceretur EVNVCHVS, idque obseruat Donatus verbis, quæ in superioribus descripsimus: Vnde collige-

Digitized by Google

bamus *Eunuchum* tertiùm editam fuiſſe poſt *Adelphorum* editionem ; nam etiam hæc fabula, ADELPHOE. TERENTI, pronunciata eſt, quod ſi acta eſſet poſt tertiùm editam *Eunuchum*, cùm ea pronunciata ſit, TERENTI. EVNVCHVS, adulta iam Poëtæ commendatione, ac meritis eius notioribus populo, proculdubio & hæc etiam pronunciata eſſet, TERENTI. ADELPHOE, Quando vero tertiùm edita ſit *Eunuchus*, dicere non poſſumus; hoc vnum tantum, tertiùm actam fuiſſe poſt datam *ludis Funebribus Æmilij Pauli* fabulam *Adelphoe*, anno Vrbis conditæ quingenteſimo nonageſimo quarto. Quod idem dicendum de *Hecyra*, quæ TERTIO. RELATA. Q. FVLVIO. L. MARCIO. ÆDILIB. CVRVLIB. EGIT. L. AMBIVIVS. TVRPIO. PLACVIT. vt habes in eius Didaſcaliis, eique tunc Prologum hunc dedit Terentius, cuius primus hic eſt verſus : *Orator ad vos venio ornatu Prologi.* Quod ſi verum eſſet, quod quædam editiones in Didaſcaliis Adelphorum præferunt, ACTA. LVDIS. FVNEBRIB. L. ÆMILII. PAVLI. Q. FABIO. MAXIMO. P. CORNELIO. AFRICANO. ÆDILIB. CVRVLIB. verum, inquam, eſſet, Q. Fabium Maximum, & P. Cornelium Africanum Ædiles Curules fuiſſe, anno Vrbis conditæ quingenteſimo nonageſimo quarto, L. Anicio, M. Cornelio Coſſ. cùm *Hecyra* relata ſit tertiò, Q. Fuluio, L. Marcio Ædilibus Curulibus, iiſdem L. Anicio, M. Cornelio Coſſ. relatam tertiò non eſſe conſtaret, ſed, ſi forte, anno ſequenti, qui erat Vrbis conditæ quingenteſimus nonageſimus

Digitized by Google

quintus, *Cn. Cornelio Dolabella, M. Fuluio Nobiliore Coss.* Quanquam in hunc annum Terentij mortem refert Suetonius in eius Vita. *Post editas Comœdias nondum quintum atque trigesimum egressus annum, caussa euitandæ opinionis, quia videbatur aliena pro suis edere: seu percipiendi Græcorum instituta, moresque, quos perinde exprimeret in scriptis, egressus vrbem est, neque amplius rediit. De morte eius Volcatius tradit:*

Sed vt Afer sex populo dedit Comœdias,
Iter hinc in Asiam fecit: nauim cùm semel
Conscendit, visus nunquam est. sic vita vacat.

Qu. Cosconius redeuntem è Græcia periisse in mari dicit, cùm centum & octo fabulis, conuersis è Menandro. Ceteri mortuum esse in Arcadiæ Stymphalo, siue Leucadia tradunt, Cn. Cornelio Dolabella, M. Fuluio Nobiliore Coss. *morbo implicitum acri, dolore ac tædio amissarum sarcinarum, quas in naui præmiserat, ac simul fabularum, quas nouas fecerat.* Vix tamen mihi possum persuadere, aut fato functum esse Terentium hoc anno, aut tot fabulas è Menandro conuertisse: Porcius vero in Græciam abiisse ob egestatem prodidit:

Dum lasciuiam nobilium, & fucosas laudes petit,
Dum Africani voci diuinæ inhiat auidis auribus,
Dum ad Furium se cenitare, & Lælium, pulcrum putat,
Dum se amari ab hisce credit, crebro in Albanũ rapi,
Ob florem ætatis suæ, ipsus sublatis rebus ad summam
Inopiam redactus est.
Itaque è conspectu omnium abiit, Græciam in terram vltimam:

Mortuus est Stymphalo Arcadiæ oppido, nil Publius
Scipio profuit, nihil ei Lælius, nil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam,
Saltem vt esset, quo referret obitum Domini seruolus.

Ex his Porcij versibus expungit Vir Illustris, *Ob florem ætatis suæ*, legitque.

Ipsus, sublatis ibus, ad summam inopiam redactus est.

Sed quid est, *sublatis ibus*? an intelligit Africanum ipsum, Furium, Lælium? an, non amplius vixisse eos familiariter cum Terentio? Sed cùm hi superfuerunt, tum illa eorum familiaritas atque consuetudo semper intercessit: Alij præstantissimi viri delent ista, *ipsus sublatis rebus*, versumque ita constituunt:

Ob florem ætatis suæ: ad summam inopiam redactus est.

Ego emendandum coniicio:

Ob florem ætatis suæ, ipsus, sub lætis rebus, ad summam
Inopiam redactus est.

Sensus est, dum læta illa sectatur rerum, neque admodum ad rem attentus est suam, ad summam inopiam redigitur. Sed ad *Hecyram* redeamus. Quanquam ea *secunda* data sit, C*n. Octauio, T. Man-*

Digitized by Google

..io *Coss.* iterúmque relata ante *Adelphos*, *ludis Funebribus Æmilij Pauli, L. Anicio*, *M.* Cornelio *Coss.* tamen *sexta* numeratur à Volcatio,

Sumetur HECYRA sexta *ex his fabula.*

Propterea quod peracta tantum est post reliquarum quinque editionem, quæ cùm primum productæ sunt, placuerunt, atque peractæ sunt: *Hecyra* vero semel atque iterum data, exactaque est, stetit tantum, & placuit, cùm tertiò relata est: Non obscura autem fuit fama, adiutum fuisse Terentium in scriptis à Lælio & Scipione, quibuscum vixit familiariter, & Scipionis fabulas edidisse Terentium Valgius in Actæone ait.

Hæ quæ vocantur fabulæ cuius sunt?
Non has qui iura populis recensentibus dabat.
Honore summo affectus fecit fabulas.

Vir eruditissimus, qui Donatum auctiorem edidit, atque recensuit, ita emendabat:

Hæ quæ vocantur fabulæ cuiæ sunt?
Non has qui iura populis Terentius dabat,
Honore summo affectus fecit fabulas.

tum præter versuum rationem, cùm etiam ioculari errore; nam Terentium, qui ne quidem domum habuit conductitiam, orbi terrarum cum imperio præficit. Illustris Heros in Eusebianis Animaduersionibus hoc emendabat modo.

Hæ, quæ vocantur fabulæ Terentij,
Non has, qui iura Publius gentibus dabat,
Honore summo affectus, fecit fabulas?

Amplissimus Rutgersius legebat:

Hæ quæ vocantur fabulæ huius, nonn' eas
Qui iura populis, leges gentibus dabat,
Honore ſummo affectus fecit fabulas?

In editione vero, quam recenſuit vir ſummus, ſcriptum eſt:

Hæ quæ vocantur fabulæ, cuius ſunt?
Non has, qui iura populis recenſens dabat,
Honore ſummo affectus fecit fabulas?

Ego autem puto perſonis diſtinguenda ad hunc modum.

Hæ quæ vocantur, fabulæ ſunt. B. *Cuius? non*
Has, qui iura populis res cenſentibus dabat,
Honore ſummo affectus, fecit fabulas?

Cùm diceret, qui auctionem faciebat, Præco, (nam aſſentior maximo Scaligero, qui titulum dramatis Valgij reſcribebat, in *Auctione*, ἀντὶ τοῦ in *Actæone.*) fabulas illas, quæ Publij Terentij dicebantur, eius eſſe; is, qui licebat, interpellat interrogando, *cuius* illa ſint, quo negat Terentij eſſe, vt dixerat Præco, additque eſſe illius, qui, honorum omnium apicem, Cenſuram geſſerat. καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ, etiam nonnulla alia dicamus, quæ has Comœdias ſpectant: Extremo quoque Terentij dramate ſcribitur, ω. *Plaudite*, vel, ω. *Vos valete, & plaudite.* atque ita in omnibus VV. codd. & Regio exemplari haberi obſeruatum eſt eruditiſſimo Lindenbruchio: neque hic audiendus eſt Engraphius, cuius hæc eſt nota ad extrema Andriæ Terentianæ verba: *Quod vero ſequitur,* ω. Plaudite: *verba ſunt* Calliopij *eius recitatoris, qui cùm fabulam*

Digitized by Google

terminasset, eleuabat aulæum scenæ, & alloquebatur populum, VOS. VALETE. VOS. PLAVDITE. Sed histrio non erat *Calliopius*, qui ageret, neque Musicus, qui modos faceret, sed Criticus, qui has fabulas ad antiqua exéplaria olim recensuerat: & alium quemuis potius, quam *Calliopium*, designat hæc nota ω. de qua dicendum est. Cùm postremum suum condimentum, hoc est, plausum postulet Comœdia, histriones non tantum à spectatoribus eum petebant, sed etiam iis suo exemplo præibant, vt qui plausum darent ipsi peracta fabula, quod Grex histrionum apud Plautum extrema Asinaria docet:

Nunc si voltis deprecari huic seni, ne vapulet,
Remur impetrari posse, si plausum sic *clarum datis.*

Partes autem hæ dabantur, non tantum histrionum vni, sed toti eorum etiam Gregi, vt plausum à spectatoribus postularent, atque illud, PLAVDITE, dicerent: ita apud Plautum, Asinaria, Capteiuis, Casina, Epidico, Bacchidibus, *Grex*, & apud eundem, Cistellaria, *Caterua*, iubent spectatores *valere* atque *plaudere*: Eædem quoque erant partes, meo iudicio, in his Menandri atque Apollodori fabulis, quas vertit Terentius, non vnius histrionis, sed *Gregis*, siue *Caterua histrionum*, à quibus ista, *Vos valete, & plaudite*, vel, *Plaudite*, dicebantur. Apud Græcos vero ad distinctionem personarum indicandam, appositum erat duplex *ο ο*, id erat, ὄχλος, *Grex. Caterua*, eademque nota in Latinis Terentij fuerat adscripta, sed facile ex vtroque *ο ο*, factum

Digitized by Google

eſt, ω, cùm etiam poſterioris huius literæ figura fiat è duplici *οο* coniuncto, ω. Sed, vt hoc obiter obſeruem, non tantum Comœdia, ſed etiam ceteri agones Gymnici, Muſicique, ſuas habebant clauſulas, quas in Gymnicis pronunciabat *Præco* dicebanturque πόδες. Lucianus in Demonacte: ὅτε δὲ συνῆκεν οὐκ ἔθ' οἷός τε ὢν αὑτῷ ἐπικουρεῖν, εἰπὼν πρὸς τοὺς παρόντας τὸν ἐναγώνιον τῶν κηρύκων Πόδα.

Λήγει μὲν ἀγὼν τῶν καλίστων ἄθλων ταμίας·
Καιρὸς δὲ καλεῖ μηκέτι μέλλειν.

καὶ πάντων ἀποσχόμενος, ἀπῆλθε τοῦ βίου φαιδρὸς, καὶ οἷος ἀεὶ τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἐφαίνετο. Atque hinc intelligendus eſt Galeni locus, quem perperam eſt interpretatus Cl. Hieronymus Mercurialis: δέονται δὲ αὐτῆς μάλιστα μὲν αὐληταὶ, παλαισταὶ, καὶ κήρυκες, ὅταν τὸν καλούμενον Πόδα μέλλουσιν ἐρεῖν. Optime quidem Ill. Scaliger iſta de *Præconibus* dici exiſtimat, ὅταν τὸν καλούμενον Πόδα μέλλουσιν ἐρεῖν, ſed item vir ſummus falſus eſt, cùm putat intelligi de præconio, quo faciunt audientiam, quale eſt iſtud, ἄκουε πᾶς, vel ἄκουε λεώς. Nam è Luciani verbis conſtat, τὸν τῶν κηρύκων Πόδα eum eſſe, quo populus, ludis peractis, domum dimittebatur.

Λήγει μὲν ἀγὼν τῶν καλλίστων ἄθλων ταμίας.
Καιρὸς δὲ καλεῖ μηκέτι μέλλειν.

Sed eſt tandem huic finis imponendus capiti, ſi prius monuerimus mendum eſſe extrema Terentij *Hecyra*, in qua iſta leguntur:

PAR. *Here, licet ſcire ex te, hodie quid ſit quod feci boni?*

Aut

Digitized by Google

Aut quid istuc est, quod vos agitis? PAM. non
PAR. suspicor tamen.
Egone ab Orco hunc mortuum? quo pacto?
PAM. nescis Parmeno,
Quantum hodie profueris mihi, & ex quanta
ærumna extraxeris.
PAR. Imo vero scio, neque hoc imprudens feci.
PAM. Ego istuc sati' scio. PAR. an
Temere quidquam Parmenonem prætereat, quod
facto vsu' sit?
PAM. Sequere me intro Parmeno. PAR. Sequor.
equidem plus hodie boni
Feci imprudens, quam sciens ante hunc diem vnquam.

Omnino quintus versus male affectus est,

Imo vero scio, neque hoc imprudens feci.

nam mendi arguunt sequentia, in quibus id ipsum αὐτοῖς ὀνόμασι negat,

equidem plus hodie boni
Feci imprudens, quam sciens ante hunc diem vnquam.

Neque dicit à se sciente atque prudente, bonum istud factum fuisse, sed hoc tantum, se iam scire, quicquid celet Pamphilus, quodnam sit illud bonum, quod imprudens fecerit: itaque rescribo

Imo vero scio: næ quæ hic imprudens feci!

Digitized by Google

CAPVT IX.

Quare Lucianus in Epistolis pauperi nomen fecerit Εμοὶ. *Non omnes Horatij Satyræ scriptæ post Librum Epodon. Philodemus emendatur, itemque Sophocles apud Erotianum: eius fabula* Ελένης ἀπαίτησις, *Aqua Nili deducta ad irrigandos agros: Libanius expositus.*

INter cetera Luciani opera leguntur Ἐπιστολαὶ Κρονικαὶ, quarum primæ inscriptio, quæ hæc est, ἐγὼ Κρόνῳ χαίρειν, non mihi videtur esse sine sale Comico; Est enim Epistola viri *pauperis* ad Saturnum: *Pauperi* autem nomen facit Εγώ. Mirus hic, vt & vbique, artifex est Lucianus, qui hoc titulo voluit, quod solenne est illi, hominum mores notare, atque carpere: Vitium hoc est hominibus innatum,

vt nemo, quam sibi sortem
Seu ratio dederit, seu Fors obiecerit, illa
Contentus viuat, laudet diuersa sequentes.

inquit Horatius: hoc idem vult καὶ παίζει Lucianus isto titulo; cùm namque *pauperi* nomen faciat Εμοὶ, satis superque docet, neminem esse sua sorte contentum, qui Euclionem non agat, & vt thesaurum domi habeat, tamen se *hominum pauperum pauperrimum* non præferat: itaque *pauperi* nullum aliud imponit nomen, quam vniuscuiusque ex sua ipsius sententia, Εγώ nempe: ita enim

Digitized by Google

omnes de se sentiunt; neque hoc dedignātur prædicare, qui vulgo diuites audiunt: ex hoc enim humanæ gentis vitio est, quod Saturno rescribunt, καὶ τοῦ χρυσίου ὁπόσον οἶσθ' τε, quasi scilicet non multi sint in arca nummi. Rescribere quoque facit Lucianus Saturnum *pauperibus* hac epigraphe: κρόνος Ἐμοὶ τῷ φιλτάτῳ χαίρειν. quia quod rescripsit Saturnus *pauperibus*, vnusquisque sibi dictum putat: De ordine Librorum Horatij disputatum est à viris vndecumque maximis, qui existimarunt *Epodon* Librum scriptum fuisse ante duos illos *Satyrarum*, Horatiumque effudisse in Epodis iram omnem atque odium, antequam ad Satyram veniret: Verum huic sententiæ non possum assensum præbere; mihi quippe compertum est, in Satyrarum Libris nonnulla legi scripta prius quam aliqua carmina, quæ in Epodon Libro habentur: nam Satyra VIII, Libri I. isti de Canidia versus leguntur:

Nunc licet Esquilijs habitare salubribus, atque
Aggere in aprico spatiari: quomodo tristes
Albis informem spectabant ossibus agrum.
Cùm mihi non tantum furesque feræque suetæ
Hunc vexare locum, curæ sunt, atque labori.
Quantum carminibus quæ vexant atque venenis
Humanos animos, has nullo perdere possum,
Nec prohibere modo, simul ac vaga Luna decorum
Protulit os, quin ossa legant, herbasque nocenteis.
Vidi egomet nigra succinctam vadere palla

Canidiam, pedibus nudis, passoque capillo.

& quæ sequuntur. Ad hæc alludit Canidia Horatio respondens L. Epodon extremo.

Inultus vt tu riseris Cotyttia
Vulgata, sacrum liberi Cupidinis?
Et Exquilini Pontifex venefici
Impune vt vrbem nomine impleris meo?

Ergo iam infamata fuerat ab Horatio Canidia, editione illius Satyræ, de qua conqueritur: Quanquam etiam ista videri possent referenda ad Oden quintam Libri Epodon, quæ est in Canidiam. Sed quæ de cerea imagine habet Canidia, omnem tollunt dubitandi ansam: Eadem enim Satyra habes de cerea atque lanea imagine:

Lanea & effigies erat, altera cerea: maior
Lanea, quæ pœnis compesceret inferiorem:
Cerea suppliciter stabat seruilibus, vtque
Iam peritura, modis.

Huc alludunt & spectant ista Canidiæ.

An quæ mouere cereas imagines,
Vt ipse nosti curiosus, & polo
Deripere Lunam vocibus possum meis,
Possum crematos excitare mortuos.

Quare dicendum est, VIII. Satyram Libri I. scriptam esse ante sublime illud in Canidiam carmen. Obseruat M. Tullius Philodemum ita festiua, ita elegantia scripsisse poëmata, nihil vt fieri possit argutius, sed liberrima tamen, & minime seuera, ideoque nonnulla Philosopho parum digna: plurima illius etima hodie in Græcorum Epigramma-

Digitized by Google

tis, VII. præsertim Libro extant; multa quoque apud eruditos ἀνέκδοτα latent: eorum vnum cum studiosis communicauit Vir summus L. II. de Satyra Horatiana, quod est huiusmodi:

Δημώ με κτείνει καὶ Θέρμιον, ἡ μὲν ἑταίρη
 Δημὼ, ἡ δ' οὔπω Κύπριν ἐπισταμένη.
Καὶ τῆς μὲν ψαύω. τῆς δ' οὐ θέμις· οὐ μὰ σὲ Κύπρι
 Οὐκ οἶδ' ἣν εἰπεῖν δεῖ με ποθεινοτέρην.
Δημάριον λέξω τὴν παρθένον· οὐ γὰρ ἕτοιμα,
 Βούλομαι· ἀλλὰ ποθῶ πᾶν τὸ φυλασσόμενον.

Vertit vir idem Incomparabilis.

Demo me necat vsque, & Thermion: altera earum
 Est meretrix, Veneris altera nescit opus.
Hanc tamen vsurpo, negat hæc. per te, Venus, ipsam,
 Dicere difficile est, nos magis vtra rapit:
Demarion certe virgo: gaudere paratis
 Non didici: quicquid clauditur, illud amo.

Sed verba hæc δημάριον λέξω τὴν παρθένον, non possunt non esse mendi suspecta: *Demo* quippe virgo non erat: ἡ μὲν ἑταίρη δημώ. quare non potest dici, δημάριον λέξω τὴν παρθένον, & præterea cum hac *Demo* caput collimabat; καὶ τῆς μὲν ψαύω. quare nihil caussæ foret, cur diceret, præferendam esse *Demo*, καὶ δεῖν εἰπεῖν αὐτὴν ποθεινοτέρην, quia non vult paratis frui, sed vetitis potius, οὐ γὰρ ἕτοιμα βούλομαι ἀλλὰ ποθῶ πᾶν τὸ φυλασσόμενον. iam enim cum *Demo*

publicæ libidinis victima rem habebat. Reſcribendum putamus :

Οὐ μὰ σὲ Κύπρι
Οὐκ οἶδ' ἣν εἰπεῖν δεῖ με ποθεινοτέρην·
Δημαρίου λέξω τὴν παρθένιον· οὐ γὰρ ἕτοιμα
Βούλομαι ἀλλὰ ποθῶ πᾶν τὸ φυλασσόμενον.

Cùm animi dubius atque incertus hæſiſſet Philodemus, dicit tandem ſe *Thermion* prælaturum *Demario*, quia *Thermion* virgo eſt : *Demona* appellat *Demarion* ὑποκοριστικῶς. Dicit igitur, λέξω τὴν παρθένον Θέρμιον ποθεινοτέρην Δημαρίου· Meminit Erotianus Tragœdiæ Sophoclis, cui titulus eſt Ελένης ἀπαίτησις. Sed verba miſere corrupta ſunt : θεράσει. Βακχεῖος φησὶ, κινεῖ, νύττει, Ηρακλείδης ὁ Ταραντῖνος, ἐρεθίζει, ἔστι δὲ ὀχλεῖ ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ελένης ἀπαιτήσει φησί. γυναῖκα δ' ἐ-ελόντες ἢ θεράσει γλώσσωτι. ὡς τοὺς μὲν ἔωλον γραφείοις σημειοῦμαι. Repræſentauimus editæ lectionis portenta, quæ ſine melioris libri ope non facile reſtitui poſſe credunt Viri Clariſſimi : Epigraphe hæc Ελένης ἀπαίτησις argumentum dramatis non patitur ignorari : eſt enim σύστασις eorum, quæ geſta ſunt, vbi Troiam venerunt Menelaus & Vlyſſes Helenam repetitum; habes apud Homerum Iliad. Γ, in Antenoris verbis ad Helenam :

Ηδη γὰρ καὶ δεῦρό ποτ' ἤλυθε δῖος Οδυσσεὺς
Σεῦ ἕνεκ' ἀγγελίης σὺν ἀρηϊφίλῳ Μενελάῳ.

& quæ ſequuntur pluſcula : Euſtathius ad hæc Poëtæ verba : Αντήνωρ ἱστορεῖ ὡς Οδυσσέα τε καὶ τὸν Μενέλαον ἕνεκα ἀγγελίης τῆς κατὰ τὴν Ελένην ἐλθόντας εἰς

Digitized by Google

Τροίας ἐκ Τενέδου ἐν καταρχῇ τοῦ πολέμου, ἐξείνισεν καὶ ἐν μεγάροισι φίλησεν. οἶδε δ' οὖν ἄλλοις καὶ Ἡρόδοτος τὴν ῥηθεῖσαν ἱστορίαν. λέγων ὅτι Ἕλληνες πέμψαντες ἀγγέλους, ἤθελον τήν τε Ἑλένην ἀπαιτεῖν, καὶ τῆς ἁρπαγῆς δίκας αἰτεῖν. οἱ δὲ, προϊσχόμενοι τῆς Μηδείας ἁρπαγὴν, οὐκ ἐπείσθησαν. Est igitur Sophoclis drama, Ἑλένης ἀπαίτησις, quomodo Helenam repetitum è Tenedo Trojam venerint Menelaus atque Vlysses, quid ab illis, quid à Trojanis, vtrinque sit actum in illa ἀπαιτήσει. Fragmentum autem istud Sophoclis videtur esse, vel è persona Vlyssis apud Trojanos orantis & suadentis reddi Helenam, vel è persona Antenoris siue alius cuiusuis Trojani idem suadẽtis; Quare puto rescribendum in verbis Sophoclis: γυναῖκα δ' ἐξελόντες, ἣ θροεῖ γε νῦν, πέως τοῦ Μενελάου γραφῇ ὦσι ἐνημμένοι. Dicebat quisquis hic est, *mulierem abduxisse, quæ nunc turbas dat, quamdiu Menelaï accusationi fuerint obnoxij.* A Sophocle ad Libanium nostra se conuertat opera. Libanij Orationem περὶ τῶν προστασιῶν edidit Vir summus Iacobus Gothofredus, in qua hæc leguntur, vbi docet, quomodo liceat agricolis succurrere, vt nullo opus sit patrocinio: ἔπειτα τὴν δι' ὑδάτων, βλαπτόντων μὲν ἀπωθουμένων, μελλόντων δὲ ὠφελεῖν ἐπαγομένων. Qui locus vt commode intelligatur, meminisse oportet eorum, quæ primore hac Oratione habentur, in quibus agit de iniuriis, quas inferunt agricolæ his potentiorum patrociniis tuti: καὶ ὡς φρέατα ἄχρηστα καθιστᾶσι τοῖς ἔχουσι τοῖς ὑφ' αὐτῶν ἐμβαλλομένοις, καὶ ὡς ποταμῶν ἀποστεροῦσι. Vt igitur ex æquo viuatur,

neque in posterum opus sit ad potentiorum patrocinium confugere, vult Libanius, βοηθείαν πορίζεσθαι δι' ὑδάτων, βλαπτόντων μὲν ἀποθουμένων, μελλόντων δὲ ὠφελεῖν ἐπαγομένων. id est, *permisso vnicuique aquarum vsu, quæ si arceantur, damnum sequitur, si immittantur, vtilitatem dant.* Agitur autem hic de *patrociniis Metrocomiorum* qui mos inualuerat per *Ægyptum* maxime: vnde Lex Constantij, quæ prima legitur Cod. Theod. *de patrociniis vicorum*, ita incipit: *Colonorum multitudinem indicasti* per Ægyptum *constitutorum ad eorum sese, qui varijs honoribus fulciuntur, Ducum etiam patrocinia* contulisse. Item Lex Arcadij & Honorij, quæ est tertia Cod. Theod. *eod.* est ad *Heraclianum Comitem Ægypti*: Denique Lex Honorij & Theodosij, quæ est sexta Cod. Theod. *eod.* ad *Ægyptum* atque *Augustalem* illius pertinet, in ea *quippe ista leguntur. Valerij, Theodori, & Tharascij examinatio conticescat, illis dumtaxat sub* Augustaliano iudicio *pulsandis, qui ex Cæsarij & Attici Consulatu possessiones sub patrocinio possidere ceperunt.* Aquæ autem è Nilo ducebantur ad irrigandos agros, vbi iam Nilus exundauerat & restagnauerat, aut de fluentis illis, quæ, antiquo more, intra duodecimum cubitum Nili fluminis ducebantur, vt è Lege vnica, Cod. *de Nili aggeribus non rumpendis*, constat: Quare videndum erat, ne in deducenda Nili aqua, aliqua nocerent potentiores pauperioribus.

CAP. X.

Digitized by Google

Cap. X.

Τερηδὼν quid: Pollux emaculatus: Ouidij codices interpuncti. Sophocles Oedipo Tyranno emendatur: qui ab oraculo Delphico redibant, caput erant lauro redimiti: In Tiresia Sophocles decorum non obseruauit. Spartianus emendatus. Tydeus Oenei ex Peribaea Filius, apud subulcum educatus: Vaticana Prouerbiorum Appendix emendatur. Martialis correctus. Iurisconsulti, aetate Caligulae, plerique ex Equestri *ordine: Suetonius expositus. Milites, quando scribebantur, sacramentum tantum dicebant in illud bellum, cuius gerendi ergo conscribebantur: Cicero emendatus: Dionysius Halicarnasseus illustratus. Cur in Democratia Atheniensi, Imperatores maluerint extero Principi militare, quam patriae: Demosthenes correctus & expositus.*

Miscellum erit hoc caput, in quod coniiciemus, quicquid primum occurret: Pollucis verba sunt L. IV. cap. XXVII. vbi agit περὶ τῶν νοσημάτων εἰς πλάτος, sed misere ad hunc modum corrupta. τερηδόνας τῶν φθορᾶ ἀποσφακίσεως, μάλιστα περὶ τὴν κεφαλήν. Emendo τερηδὼν ὀστῶν φθορά, ἀποσφακίσεως μάλιστα περὶ τὴν κεφαλήν. Galenus in Definitionibus Medicis emendationis fundus est: τερηδών ἐστιν ὀστοῦ κατάτρησις ἀπὸ φθορᾶς. Interpunctione laborat hic Ouidij locus è Transformationum L. VI.

Sic vbi nescio quis Lycia de gente virorum

Rettulit, exitium Satyri reminiscitur alter.

Atqui is, qui Lycios in ranas transmutatos ira Latonæ retulerat, non erat de gente Lycia, testis ipse est in præcedentibus, sed in Lycia fuerat:

Nam me iam grandior æuo,
Impatiensque viæ genitor deducere lectos
Iusserat inde boues: gentisque illius eunti
Ipse ducem dederat.

Quare interpungendum est.

Sic vbi nescio quis Lycia de gente virorum
Rettulit exitium, Satyri reminiscitur alter.

Nescio quis, inquit, retulit exitium virorum de gente Lycia. Apud Sophoclem Oedipo Tyranno quædam leguntur, quæ sana esse non putamus:

OI. Ὦ 'ναξ Ἄπολλον· εἰ γὰρ ἐν τύχῃ γέ τῳ
Σωτῆρι βαίη λαμπρὸς ὥσπερ ὄμματι.
IE. Ἀλλ' εἰκάσαι μὲν, ἡδύς. οὐ γὰρ ἂν κάρα
Πολυστεφὴς ὧδ' εἷρπε παγκάρπου δάφνης.
OI. Τάχ' εἰσόμεσθα· ξύμμετρος γὰρ ὡς κλύειν.
Ἄναξ, ἐμὸν κήδευμα, παῖ Μενοικέως.

Nam quæ à Iouis Sacerdote hic dicuntur, vt vulgo eduntur, plane falsa sunt: Non enim licebat de prospero Creontis successu coniecturam facere, è corona lauri, qua eius caput ornabatur, quanquam id videretur Oedipo, eo enim refero ista illius verba, λαμπρὸς ὥσπερ ὄμματι. Solennis namque ornatus is erat omnium, qui ab Apollinis Delphici oraculo redibant: Scholia ad hunc locum: εἰ γὰρ ἐπί τινι αἰσίῳ παραγινόμενοι ἐκ Δελφῶν, ἐστεμμένοι ἐπανήεσαν.

ὡς καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ φησί. Aristophanis en tibi verba è primore Pluto: οὐ γὰρ με πυθήσει, στέφανον ἔχοντά γε. Scholiastes Aristophanis. πρὸς τὸ ἔθος οὖν ἀνακομιζόμενοι ἐκ τοῦ μαντείου ἐστεφανηφόρουν. Castigat igitur Oedipum Sacerdos, cuius verba ita rescribenda atque interpungenda esse existimo.

Ἀλλ᾽ εἰκάσαι μὲν ἡδύς. οὐ γὰρ ἂν κάρα
Πολυστεφὴς ὧδ᾽ εἷρπε παγκάρπου δάφνης;

Ex aliis, inquit, coniice quidem hilarem esse: nam annon huc veniret, caput lauro redimitus? quia scilicet, vt diximus, id omnibus, qui ab Apollinis Delphici oraculo redibant, solenne erat. Quod vero sequitur, ita videtur personis distinguendum:

OI. Τάχ᾽ εἰσόμεσθα· ξύμμετρος γὰρ ὡς κλύειν.
IE. Ἄναξ. OI. ἐμὸν κήδευμα, παῖ Μενοικέως.

Nam Creontem ab Oedipo ἄνακτα appellari, non est pro Oedipi ingenio: quanquam non ignoro extremo dramate ita nominatim eum ab Oedipo compellari:

Ἴθ᾽ ὦ ἄναξ.
Ἴθ᾽ ὦ γονὴ γυναικός.

Sed tunc Creonti blanditur Oedipus: At vero id optime conuenit Iouis Sacerdoti, quemadmodum Chorus in sequentibus Oedipo & Creonti inter se disceptantibus dicet,

Παύσασθ᾽ ἄνακτες.

Eadem fabula non videtur obseruasse τὸ πρέπον Sophocles in Tiresia: Nam quod Oedipum cædis

Laij arguit, facit præ impotentia iræ, non autem vlla in patriam pæne perditam charitate: Præterea vnde ista nouit Tiresias? Non certe ex arte, quod quidem constet, diuinandi, siue aruspicum, siue *νεκυομαντίας*. At si antequam consuleretur, id nouerat, cur non faciebat palam? Quanto melius Seneca, qui tunc primum, vbi consultus est ab Oedipo, illum in huius rei cognitionem *ἐκ τῆς νεκυομαντίας* venisse facit. Quare optime Oedipus eum falsimonij arguit in sequenti cum Creonte disceptatione. Inter acclamationes Senatus post Commodi cædem, istæ referuntur à Lampridio in Commodi vita: *Delatores ad leonem, Exaudi Cæsar. Delatores ad leonem, Exaudi Cæsar. Speratum ad leonem.* Quis hic *Speratus* sit quærunt viri maximi, an aliquis delator, vel alius scelerum Commodi minister? an potius Commodus ipse? Sed Commodus, vt qui iam cæsus esset, non poterat *ad leonem* peti; neque certe leonibus obiici laniandum eius cadauer, postulatum fuisse alibi leges in his acclamationibus, sed, vel *trahi*, vel *in spoliario poni laniandum.* Quos vero *ad leonem* postulant Senatus acclamationes, ij in viuis sunt, forte etiam in Senatu, *delatores* nempe. Non igitur scribendum est, *Speratum ad leonem*, sed cum hac interpunctione: *Exaudi Cæsar, delatores ad leonem. Exaudi, Cæsar, delatores ad leonem. Exaudi Cæsar, speratum, ad leonem.* Hic, *speratum*, idem est, ac si, *ita speramus*, dictum fuisset. Veteres Adagiorum Græcorum Scriptores dedit in vulgus Vir de literis optime meritus Andreas Scotthus; in eo Libro

Digitized by Google

habes Vaticanam Appendicem è cuius Centuria IV. hoc est XXV. Prouerbium. Τυδεὺς ἐν ὑφόρβου. Ταύτην λελέχθαι φασὶ διὰ τὸ ἀδιάθετον καὶ ἀπαίδευτον τοῦ Τυδέως. τὴν γὰρ θυγατέρα τοῦ Ἱππεικόου Περίβοιαν οἰκέτης βιάζεται. γνοὺς δὲ ταύτην ἔγκυον οὖσαν ὁ πατὴρ, ὑφορβῷ παρέδωκε μετὰ τοῦ γενομένου παιδὸς τοῦ Τυδέως. Vertit eruditissimus Schottus: *Tydeus in subulci ædibus: lactatum hoc Prouerbium ferunt ob stultitiam atque insolentiam Tydei: Peribæam enim Hippicoï filiam, seruus cum esset, vi compressit. Pater itaque cognito filiam grauidam esse, nato Tydeï fœtu, subulco eam tradidit.* Mirum est, pusillum mendum, quod hunc locum occupauit, tantas ei offudisse tenebras, vt Vir laudatissimus ista adnotarit: *De* Tydeo *hoc, eiusque adagio, nihil equidem comperi. Illud tantum, missam videri constupratum filiam Peribæam in subulci domum, quam Tydeus prioris oblitus domus frequentare non erubuerit. Hæret hic alioqui aqua.* Atqui Peribœam Tydeus non constuprauit; Peribœa potius natus est ex Oeneo, qui Peribœam compressit, quod cùm comperisset eius pater Hipponous, eam tradidit Subulco, cum Tydeo, quem iam pepererat. Id hic habes; sed Apollodorus Biblioth. L. I. auctor est, Hipponum Peribœam, antequam peperisset Tydeum, ad Oeneum ablegasse. Verba Apollodori omnino hic sunt adscribenda, quia fundus sunt emendationis in verbis Vaticanæ Appendicis. Ἀλθαίας δὲ ἀποθανούσης, ἔγημεν Οἰνεὺς Περίβοιαν τὴν Ἱππονόου. εἰσὶ δὲ τινες οἱ λέγοντες Ἱππόνουν ἐπιγνόντα τὴν ἰδίαν θυγατέρα ἐφθαρμένην ὑπὸ Οἰνέως, ἔγκυον αὐτὴν πρὸς τοῦτον ἀποπέμψαι.

ἐγεννήθη δὲ ἐκ ταύτης Οἰνεῖ Τυδεύς. Quare rescribo apud Vaticanæ auctorem Appendicis: τὴν γὰρ θυγατέρα τοῦ Ἱππονόου Περίβοιαν Οἰνεὺς βιάζεται. γνοὺς δὲ ταύτην ἔγκυον οὖσαν ὁ πατὴρ, ὑφορβῷ παρέδωκε μετὰ τοῦ γεννωμένου παιδὸς, τοῦ Τυδέως. Aliquandiu autem fuisse videtur Tydeus apud Subulcum, vnde incompositos & illiberales contraxit mores: Quare Prouerbium dicitur de iis, qui honesta nati familia, moribus non sunt honestis, & homine ingenuo dignis. Legitur apud Martialem L. IV. Epigramma LXXVIII. sed cum mendo: adscribam integrum:

Ad cœnam nuper Varus me forte vocauit,
Ornatus diues, paruula cœna fuit
Auro, non dapibus, oneratur mensa: ministri
Apponunt oculis plurima, pauca gulæ.
Tunc ego, non oculos, sed ventrem pascere veni,
Aut appone dapes, Vare, vel aufer opes.

Nullum acumen, nulli sales, postremo hoc versu, vt editur. Rescribo venustissimo sensu:

Aut appone dapes, Vare, vel aufero opes.

Iubet Martialis, vt apponantur dapes, non aurum; nam, nisi dapes apponantur, minatur se ablaturum aurum, quod appositum erat, quemadmodum è dapibus partem domum auferebant: Facile autem excidit in *aufero* litera vltima *o*, quia ab eadem dictio sequens incipiebat. Suetonius in Caligula cap. XXXIV. *De Iuris quoque consultis, quasi scientiæ eorum omnem vsum aboliturus, sæpe iactauit, Se, mehercle, effecturum, ne quid respondere possint præter eum.* Hic se

Digitized by Google

torquent Interpretes; nam alij codices habent, *præter æquum*; & certe etiamsi legas, vt volunt viri magni, *ne quis respondere possit, præter eum*, non minus parum Latina erit hæc oratio, nam, *præter eum*, hic erit, *præter Caligulam*, quod vt intelligatur, scribendum fuisset, *præter se*. Qui vero legunt, *præter æquū*, interpretantur hoc sensu, Caligulam iactasse se effecturum, vt Iurisconsulti non tam ex præscripto Legum, quam ex *æquo & bono* responsa darent: Est autem *æquum & bonum* non tam secundum Legem, quam secundum Legis emendationem; nam natura *boni & æqui* emendatio est Legis, qua omissum erat aliquid præter vniuersale. Sed negat Caligula Iurisconsultos quicquam omnino responsuros, quod sit de vsu scientiæ illorum, quæ in numero nemo, opinor, sanus negabit habendum esse *æquum*: aboliturus enim erat omnem scientiæ Iurisconsultorum vsum. Cl. Rutgersius emendabat, *ne quis respondere possit præter reum*, hoc sensu. Cùm Caligula Iurisconsultis inuideret, minatus est, se omnem eorum scientiam aboliturum; effecturum namque, ne qui respondere possent, præter eos, qui accusati essent: Est autem lusus in ambiguo, in verbo *Respondere*: Nam & Iurisconsulti, quoties de iure consuluntur, *Respondere* dicuntur; *& respondent* rei ad crimina, quorum sunt accusati: Sed huic Cl. Viri emendationi quominus acquiescamus, facit vnanimis librorum consensus, qui habet, *ne quid respondere possint pręter æquum*, vel, *pręter eum*; ita vt omnino constet, Caligulam voluisse quidem,

Iuriſconſultos aliquid poſſe reſpondere, quod tamen non ſpectaret vſum ſciētiæ illorum, vt quem omnem eſſet aboliturus. Vt autem hic locus intelligatur, obſeruandum eſt, ex Auguſti inſtituto, neminem publicè de iure reſpondiſſe conſulentibus, niſi ex Imperatoris auctoritate: Habes apud Pomponiuum L. *ſingulari Enchiridij*, in hæc verba: *Et vt obiter ſciamus, ante tempora Auguſti publice reſpondendi ius non à Principibus dabatur: ſed qui fiduciam ſtudiorum ſuorum habebant, conſulentibus reſpondebant, neque reſponſa vtique ſignata dabant, ſed plerumque iudicibus ipſi ſcribebant, aut teſtabantur, qui illos conſulebant. Primus Diuus Auguſtus, vt maior iuris auctoritas haberetur, conſtituit, vt ex auctoritate eius reſponderent, & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cepit*. L. II. D. *de origine iuris.* Atque id quidem, vt dixi, Auguſti inſtitutum, attamen cepit à Tiberio Cæſare hoc beneficium dari, non ab Auguſto: nam Maſſurius Sabinus primus ex auctoritate Principis publicè reſpōdit: Princeps autem, qui beneficium hoc illi dedit, Auguſtus non eſt, ſed Tiberius Cæſar; teſtis eſt Pomponius verbis, quæ immediate præcedunt ea, quæ iam deſcripſimus: *Maſſurius Sabinus in Equeſtri ordine fuit, & publicè primus ſcripſit, poſteaque hoc cepit beneficium dari à Tiberio Cæſare, hoc tamen illi conceſſum erat.* Iuriſconſultorum coryphæus Cujacius optime, *ſcripſit*, interpretatur, *reſcripſit*, ſiue, *reſpondit*: vocem vero, *poſteaque*, emendat, *poſteaquam*, vt vulgo legitur recte: Sed interpunctione præterea laborat hic locus; nam quanquam verum ſit, cepiſſe à Tiberio

Digitized by Google

Tiberio beneficium hoc concedi, vtcumque tamen Augustus primus constituisset, vt ex auctoritate Principis, non autem suorum fiducia studiorum responderent, tamen nisi hæc verba, *à Tiberio Cæsare*, cum sequentibus coniungas, hiulca erit oratio: Rescribo igitur: *Massurius Sabinus in Equestri ordine fuit, & publice primus scripsit, posteaquam hoc cepit beneficium dari: A Tiberio Cæsare hoc tamen illi concessum: Erat, & vt obiter sciamus, ante tempora Augusti publice respondendi ius, non à Principibus dabatur; sed qui fiduciam studiorum suorum habebant, consulentibus respõdebant, neque responsa vtique signata dabant, sed plerumque iudicibus ipsi scribebant, aut testabantur, qui illos consulebant: Primus Diuus Augustus, vt maior iuris auctoritas haberetur, constituit, vt ex auctoritate eius responderent: & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cepit.* Cepit quoque & dari, sed tamen ei, qui primus accepit, Massurio Sabino, non ab Augusto, sed à Tiberio Cæsare concessum est, quod & in sequentibus paullo post repetit Pomponius. *Ergo Sabino concessum est à Tiberio Cæsare, vt populo, responderet qui in Equestri ordine iam grandis natu, & fere annorum quinquaginta receptus est. * * * Huic successit Gaius Cassius Longinus. * * * Nerua successit Proculus. Fuit & eodem tempore Nerua filius: fuit & alius Longinus, ex Equestri quidem ordine, qui postea ad Præturam vsque peruenit, sed Proculi auctoritas maior fuit.* His positis, facile videre est, Caligulam potuisse omnem vsum scientiæ Iurisconsultorum abolere, nemini concedendo, vt consulentibus respõderet; quod & animo agitauit,

Digitized by Google

ſed quia præcipui, qui publice reſpondebant, Iuriſconſulti, Caligulæ ætate, erant ex *Equeſtri* ordine, vt Maſſurius Sabinus, item Longinus Proculo compar, facete minabatur Caligula, ſe effecturum, ne quid reſpondere poſſent, *præter Equum*: ita legendum nobis videtur: nempe, quia à Cenſoribus interrogabantur Equeſtris ordinis viri de *Equo*, de eo tantum vt reſpondeant interrogati, facturum ſe iactabat Caïus, non autem vt poſthac conſulentibus de iure reſpondeant. M. Tullij Ciceronis locus habetur L. 1. Officiorum, vbi agit de æquitate belli, quæ apud Romanos ſanctiſſime feciali iure perſcripta ſit, qui difficultate non caret: verba eius ſunt. *Pompilius Imperator tenebat Prouinciam, in cuius exercitu Catonis filius tiro militabat. Cùm autem Pompilio videretur vnam dimittere legionem, Catonis quoque filium, qui in eadem legione militabat, dimiſit. Sed cum amore pugnandi in exercitu remanſiſſet, Cato ad Pompilium ſcripſit, vt ſi eum pateretur in exercitu remanere, ſecundo eum obligaret militiæ ſacramento, quia, priore amiſſo, iure cum hoſtibus pugnare non poterat. Adeo ſumma erat obſeruatio in bello mouendo. Marci quidem Catonis ſenis epiſtola eſt ad M. filium, in qua ſcripſit*, ſe audiſſe eum miſſum factũ eſſe à Conſule, cùm in Macedonia Perſico bello miles eſſet. *Monet igitur, vt caueat, ne prælium ineat. negat enim ius eſſe, qui miles non ſit, pugnare cum hoſte.* Diu Ciceronis hic locus torſit virum eruditiſſimum Carolum Langium: nam M. Popilius Lænas Conſul Liguriam ſortitus Prouinciam, ibi res bene geſſit. Id factum eſt quarto anno antequã ad bellum

Macedonicum Paullus Æmilius Consul iterũ profectus est. Quod eo bello M. Catonis filius tiro militauerit, ex hoc loco coniicere quis possit. Certe bello Macedonico cum adolescentem militasse Plutarchus scribit in Catone, atque Æmilio. Igitur in Liguria hæc accidisse non possunt videri, alioqui eadem in Macedonia euenisse dicendum esset: Itaque aliquando suspicatus est Cl. Langius, si pro *Popilius, Paulus Æmilius* scribi deberet: nam M. prænomen in veteribus aliquot libris non reperitur. Sed ne hic quidem consistendum putauit, qui sciat Macedoniam vicesimo demum anno post bellum Persicum, Prouinciæ nomen adeptam fuisse, deuicto per Q. Metellum, qui inde Macedonicus dictus est, Andrisco, cùm tamen *Prouinciam tenuisse* dicat Tullius. Videndum quoque esset, an Paullus Æmilius, qui tam paucis mensibus bellum illud confecit, vllam legionem interea dimittere potuerit. M. quidem Popilius, idem ille Consularis iam, Tribunatu militum ibi functus est, vtrũque attestante T. Liuio. Sed iterũ obstat M. Tullius, quo minus hic locus de M. Popilio in Macedonia Tribunatum militum agente, intelligatur: Nam, non modo Prouinciam tenuisse, sed etiam Imperatorem fuisse scribit Cicero. Atque ista quidem ex vero obseruata sunt à Cl. Langio, qui, quem nodum optime nectit, non soluit. Age vero videamus & nos, an soluere possimus. Refert T. Liuius L. XLII. cùm Lucius Posthumius Albinus, Marcus Popillius Lænas Consules omniũ primum

Digitized by Google

de Prouinciis exercitibusque ad Senatum retulissent, vtrique Ligures decretos fuisse, vt nouas ambo, quibus eam Prouinciam obtinerent, legiones (binæ singulis decretæ) & sociûm Latini nominis dena millia peditum, & sexcentos Equites, & supplementum Hispaniæ tria millia peditum Romanorum scriberent, & ducentos Equites: M. Popillio non tãtum in Consulatu, verum etiam in obtinenda Ligurum Prouincia successit C. Popillius Lænas frater: Hoc Consule belli Macedonici apparatum non esse differendum censuerunt Romani. Itaque *C. Popilio Cos.* inquit Liuius, *ex auctoritate Senatus C. Licinius PR. scribit, vt & legionem secundam, quæ maxime veterana in Liguribus erat, & socios Latini nominis, quatuor millia peditum, ducentos Equites, Idibus Februarij Brundusii adesse iuberet. Hac classe & hoc exercitu Cn. Sicinius Prouinciam Macedoniam obtinere, donec successor veniret, iussus, prorogato in annum imperio.* Hic est Popilius Consul, non autem Marcus frater, qui legionem secundam dimittere iussus, dimisit, vt habes apud Ciceronem, atque in ea legione secunda tunc tiro militabat M. Catonis Filius: (à M. Tullio paullum abit Plutarchus, in hac narratione: nam scribit M. Catonis Filium missum fuisse post stipendia omnia sua legitime confecta: verba Plutarchi sunt ἐν τοῖς Ρωμαϊκοῖς. διὰ τί τοῖς μὴ στρατευομένοις μὲν ἐν στρατοπέδῳ δ' ἄλλως ἀναστρεφομένοις οὐκ ἐξῆν ἄνδρα βαλεῖν πολέμιον, οὐδὲ τρῶσαι; (καὶ τοῦτο Κάτων ὁ πρεσβύτης ἐν ἐπιστολῇ τινι δεδήλωκε, γράφων πρὸς τὸν υἱόν, καὶ κελεύων, Εἰ

Digitized by Google

παρεθείη τῆς στρατείας ἀποπληρώσας τὸν χρόνον, ὑποστρέφειν· ἢ προσμένοντα, λαβεῖν παρὰ τοῦ στρατηγοῦ τὸ ἐξεῖναι πατάξαι καὶ ἀνελεῖν πολέμιον) πότερον ὅτι τὴν ἀνάγκην μόνην ἐξουσίαν εἶναι δεῖ τοῦ ἀνελεῖν ἄνθρωπον· ὁ δ' ἄνευ νόμου καὶ προστάγματος τοῦτο ποιῶν, ἀνδροφόνος ἐστί; At vero Cicero dicit, adhuc tironem fuisse, neque missum factum, nisi quia Popilius Imperator legionem, in qua is tiro militabat, dimitteret.) Non igitur in Macedonia id factum est, vt præferunt vulgati Ciceronis codices, in quibus leue quidem mendum, longe tamen maximi momenti, quod ibis sublatum, si reseribas, *se audisse, eum missum factum esse à Consule, cùm in Macedoniam Persico bello miles esset.* Atque istud est, quod volunt verba epistolæ M. Catonis ad M. filium, eum, qui missus factus sit à Consule C. Popilio, vna cum legione illa secunda, in qua militabat, non amplius militem esse in Ligures, nisi secundo militiæ sacramento obligetur, esse enim militem aduersus Macedonas, Persico bello: Nam legio illa secunda à Consule Popilio dimittebatur, vt militaret aduersus Macedonas, quod iam è Liuio diximus. Atque hinc discimus, milites, quando scribebantur, sacramentum tantum dixisse in illud bellum, cuius gerendi ergo conscribebantur: nam Catonis Filius, qui C. Popilio Consuli militauerat aduersus Ligures, postquam legio, in qua militabat, dimissa esset à Consule Popilio, vt aduersus Macedonas militaret, iam amplius miles non est, nec hostes habet Ligures, sed Macedonas, nec prælium inire & cum

Liguribus pugnare poteſt, niſi nouo obligetur militiæ ſacramento: atque hoc ipſo ſenſu capio Dionyſij Halicarnaſſei verba è L. X. ἀκολουθήσειν τοῖς ὑπάτοις, ἐφ' οὓς ἂν καλῶνται πολέμους. Olynthiaca II. extrema Demoſthenis iſta leguntur: τίνος γὰρ ἕνεκα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, νομίζετε, τοῦτον μὲν φεύγειν τὸν πόλεμον πάντας ὅσους ἂν ἐκπέμψητε στρατηγούς, ἰδίους δ' εὑρίσκειν πολέμους, εἰ δεῖ τι τῶν ὄντων καὶ περὶ τῶν στρατηγῶν εἰπεῖν. ὅτι ἐνταῦθα μὲν ἔστι τὰ ἆθλα ὑπὲρ ὧν ἔστιν ὁ πόλεμος, ὑμέτερα· Ἀμφίπολις κἂν ληφθῇ παραχρῆμα αὐτὴν ὑμεῖς κομιεῖσθε· οἱ δὲ κίνδυνοι, τῶν ἐφεστηκότων ἴδιοι· μισθὸς δ' οὐκ ἔστιν· ἐκεῖ δὲ, κίνδυνοι μὲν ἐλάττους, τὰ δὲ λήμματα τῶν ἐφεστηκότων καὶ τῶν στρατιωτῶν, Λάμψακος, Σίγειον, τὰ πλοῖα ἃ συλῶσιν. Nemini de mendo ſuſpectus eſt hic locus; attamen qui attentius iſta perpendet, ἐκεῖ δὲ, κίνδυνοι μὲν ἐλάττους, facile aduertet, τὸ ἐλάττους, non eſſe huius loci: Docet Demoſthenes nullos eſſe ex Athenienſium Imperatoribus, qui velint præeſſe bello, quod aduerſus Philippum Macedonem gerebatur, cùm tamen plerique illorum libentiſſime & vltro extero Dynaſtæ, aut Reipublicæ militarent: huius rei cauſſam aperit Demoſthenes, & in eo ponit, quod Athenienſes nullum illorum, aut militum operæ pretium ponerent, aut congiarium darent; at contra in externis bellis rem ſuam faciebant & Imperatores & milites, nihil autem Demoſthenes, ne γρῦ quidem, de periculis, quæ in hoc, vel illa bello maiora ſiue minora adibantur, neque quicquam comparatio iſta faceret ad Demoſthenis ſcopum;

Digitized by Google

adde quod nec periculi minus in bello externo de vita enim agitur, vbi ad pugnam est ventum : imo audebo dicere, mercenarium militem in externis bellis grauiora adire pericula, quam ciuẽ, quia mercenarij milites minori cum dispendio eorum, quibus militant, maximis quibusque obiiciuntur periculis. Quod si quis pericula illa, de quibus Demosthenes, minora ab eo dici contendat, cùm Athenienses extero Dynastæ aut Reipublicæ militant, quàm cùm ipsi Atheniensium Reipublicæ, quia apud Athenienses sæpe Imperatores pœnas dabant ob male gestam Rempublicam, vt testantur historiæ, frustra tamen is erit, quia nec minus periculi impendebat mercenario militi, aut Duci, ab eo Dynasta aut Republica, cui militabat, si male gesta Republica, in manus illius incidisset : Rescribendum itaque putamus apud Demosthenem: *ἐκεῖ δὲ, κίνδυνοι μὲν, ἀλλ' αὐτῶν τάδε λήμματα, τῶν ἐφεστηκότων, καὶ τῶν στρατιωτῶν, Λάμψακος, Σίγειον, τὰ πλοῖα ἃ συλῶσιν.* Quod vero hic meminit Amphipoleos, item Lampsaci, Sigei, ex historia illorum temporum petitum est : Nam Amphipolim Philippus anno tertio Olympiadis centesimæ quintæ, Archonte Cephisodoto, cepit, vt est in Diodori Bibliotheca: Athenienses vero summam hanc suorum habuerunt votorum, *τὴν Ἀμφίπολιν ἀνακτήσασθαι.* Quod vero dicit, *Λάμψακον, Σίγειον, τὰ πλοῖα*, Atheniensibus in prædam cessisse, cùm extero alicui Dynastæ militarent, referendum puto ad id, quod narrat, & in annum primum

Digitized by Google

Olympiadis centeſimæ ſextæ, Prætore Athenis Elpino, confert Diodorus, Charetem ad Helleſpōti oram veniſſe Pharnabazo, qui à Perſarum Rege defecerat, ſuppetias, *συμμαχήσαντος δὲ Φαρναβάζῳ Χάρητος πάσῃ τῇ δυνάμει, καὶ νικήσαντος τὴν τοῦ βασιλέως δύναμιν ὁ μὲν Φαρνάβαζος ἀποδιδοὺς τῆς εὐεργεσίας χάριτας ἐδωρήσατο πλῆθος χρημάτων, ἐξ ὧν δυνατὸν ἦν πᾶσαν τὴν δύναμιν ἐπισιτίζεσθαι.* Nullus dubito tantam hanc pecuniæ vim è præda Lampſaci, Sigæi, & nauium, quæ in illorum venerant poteſtatem, corrogatam fuiſſe.

CAPVT XI.

Herodis vxor Regilla, *cuius frater Ap. Annius Bradua, vt videtur. μελετᾶν vox Rhetorum: Lucianus illuſtratus. Romani à Pyrrho acceperunt caſtra ſua ſub eodem vallo continere: Frontinus correctus. Polybius emendatur, vt & Theocritus ſemel atque iterum. Quando habiti ſermones Libri* V. *de Finibus: Cicero emcaulatus.*

VXorem habuit Herodes Atticus Regillam: Regillæ frater fuit Braduas: Philoſtratus huius meminit, vt quidem emendauit Vir Incomparabilis; in Herode: *γράφεται αὐτὸν φόνου Βραδύας ὁ τῆς Ρηγίλλης ἀδελφὸς, εὐδοκιμώτατος ὢν ἐν Υπάτοις.* Duo autem hoc cognomine Conſules leguntur in Faſtis, quorum alter, *Appius Annius Braduas* vocatur, & Conſul fuit cum *Tito Vibio Varo*, ſiue *Baro*, imperante

imperante Antonino Pio: alter vero, *Marcus Attilius Metilius Braduas*, qui Commodi temporibus cum *Materno* Consul fuit. Vter horum fuerit Regillæ frater, quæstionis est: diuersæ autem fuerunt gentis, vt diuersa nomina & prænomina ostendunt. *Regillæ* nomen videtur *Attilij Braduæ* sororem facere: *Attiliæ* omni familiæ cognomen fuit *Regulus*: Feminæ autem illis temporibus ex parentum cognominibus appellationes sumebant, vt *Regilla* à *Regulo*, *Drusilla* à *Druso*. Sed tamen *Marcum Attilium Metilium Braduam* eum non esse, qui Herodem Atticum cædis *Regillæ* accusarit, certum est: Nam *Bradua*, qui Herodem in ius vocauit, iam Consul fuerat, cùm ei dicam scripsit. Philostratus. γράφεται αὐτὸν φόνου Βραδύας ὁ τῆς Ρηγίλλης ἀδελφὸς, ἐνδοκιμώτατος ὢν ἐν Υπάτοις. Atqui *M. Attilius Metilius Bradua* Consul non fuit ante Commodi tempora, exemto rebus humanis Diuo Marco: *Regilla* vero periit longe ante, Commodo nōdum Augusti nomine adscito in societatem imperij à parente: nam Marcellus in dedicatione statuæ *Regillæ* iam defunctæ, Commodum Cæsarem appellat hoc versu:

ΚΑΙϹΑΡΟϹ. ΙΦΘΙΜΟΙΟ. ΠΑΡΟΨΕΤΑΙ.
ΟΜΠΝΙΑ. ΜΗΤΗΡ.

Quare dicendum est, *Braduam*, qui Herodi diem dixit, eum esse, qui iam Consul fuerat, Antonino Pio imperante, & *Ap. Annius Bradua* vocatur. Videri tamen posset, fuisse quoque hunc *Ap. Annium Braduam* de *Attilia* gente, quod sororis no-

Digitized by Google

men innuit *Regillæ*; sed in aliam, si forte, familiam adoptione transiuisse: Quanquam mira hic in gentibus & familiis confusio: *Appius*, nomen est familiæ post Augusti æuum, à *Claudia*, vt videtur, propagatæ; vnde etiam forte nomen *Regillæ*, quia ex *Regillis* gens illa, in qua etiam *Regillensis*, siue *Regillani* cognomen. *Annius* item nomen est familiæ. Quod ad *M. Attilium Metilium Braduam* attinet, *Attilius* nomen est gentis, in qua *Regulorum* familia. *Metilius* quoque nomen est familiæ: Quare nihil est certi, quod de his *Braduis* pronunciemus. Verum quia de *Regillæ* morte agimus, illustranda sunt Luciani verba de Herodis luctu ob hanc mortem: ea habentur in Demonacte: περὶ μέντοι Ηρώδου ἔλεγεν ἀληθεύειν τὸν Πλάτωνα, φάμενον οὐ μίαν ἡμᾶς ψυχὴν ἔχειν, οὐ γὰρ εἶναι τῆς αὐτῆς ψυχῆς, Ρηγίλαον καὶ Πολυδεύκην, ὡς ζῶντας ἑστιᾶν, καὶ τὰ τοιαῦτα μελετᾶν. Bene quidem Viri Incomparabiles, ἀντὶ τοῦ, Ρηγίλαον, emendant, Ρηγίλλαν. cetera pessime ab Interpretibus sunt accepta: vertunt namque: *Neque enim esse eiusdem animæ Regillam & Pollucem vt tanquam viuentes epulis suscipiat, taliaque illi curæ sint.* De Polluce & Herodis luctu in acerbo eius funere habes in præcedentibus Luciani: ἐπεὶ δὲ Ιρώδης ὁ πάνυ, ἐπένθει τὸν Πολυδεύκην πρὸ ὥρας ἀποθανόντα, καὶ ἠξίου ὄχημα ζεύγνυσθαι αὐτῷ, καὶ ἵππους παρίστασθαι ὡς ἀναβησομένῳ, καὶ δεῖπνον παρασκευάζεσθαι. Eadem proculdubio insaniuerat in Regillæ luctu, vt è Demonactis verbis constat, qui dicebat vere à Platone definitum fuisse, non vnam in nobis esse animam, idque com-

probari Herodis Attici exemplo, qui sanæ mentis non erat, cùm epulum instrueret Regillæ & Polluci iam vita functis, quasi adhuc in viuis essent: rursum idem catum se demonstrabat in ἠθοποιΐαις, quarum μελέτας edebat: μελετᾶν vox est Rhetorum propria; itaque ad artem Herodis alludit Demonax, negatque eiusdem esse mentis opera, epulum adornare Regillæ & Polluci mortuis, & repræsentare, quæ verba fecerit ὁ δεῖνα ἐν ταῖς τῶν ἠθοποιϊῶν μελέταις: nam cùm prius illud faceret Herodes Rhetor, plane insaniebat, at contra, cum verba faciēbat ἐν ἠθοποιΐαις, omnia erant composita accurate, nihil παρὰ τὸ ἦθος καὶ τὸ πρέπον illius, qui inducebatur, quæ virum sane accuratissimi iudicij demonstrabant. Frontinus L. Stratagematum IV. cap. I. quod est *de Disciplina*, Exemplo XVII. *Appij Claudij sententia, Senatus eos, qui à Pyrrho Rege Epirotarum capti, & postea remissi erant, equites ad peditem redegit, pedites ad leuem armaturam, omnibus extra vallum iussis tendere, donec bina hostium spolia singuli referrent.* Nemo, quod quidem sciam, de mendo ista suspecta habuit, *omnibus extra vallum iussis tendere;* hoc tamen mendum est de soricum prosapia, suoque se prodit indicio: Quando enim tam seuere à Senatu ex Appij Claudij sententia animaduersum est in illos, qui à Pyrrho capti, & postea remissi fuerant, nondum Romani castra sua sub eodem vallo continere instituerāt; acceperunt id quidem à Pyrrho Romani, sed aliquot post hanc Senatus animaduersionem annis: notatum id Frontino,

Digitized by Google

hoc ipſo capite: *Caſtra antiquitus Romani, ceteræque gentes paſſim per corpora cohortium, velut mapalia conſtituere ſoliti erant, cùm ſolos vrbium muros noſſet antiquitas. Pyrrhus Epirotarum Rex, primus totum exercitum ſub eodem vallo continere inſtituit: Romani deinde, victo eo in campis Aruſinis, circa vrbem Beneuentum, caſtris eius potiti, & ordinatione notata, paulatim ad hanc vſque metationem, quæ nunc effecta eſt, peruenerunt.* Non igitur *extra vallum*, cùm nõdum ſub eo totus exercitus contineretur, tendere iuſſi ſunt iſti milites, ſed extra illa mapalia, ſiue cohortium corpora, per quæ Romani tunc ſua caſtra conſtituere ſoliti erant. Quare emendamus, *omnibus extra paullum iuſſis tendere,* nempe extra caſtra: Loco corrumpendo fuit, quod Exemplo ſequenti; itemque XX. legitur, & quidem bene, *extra vallum tendere.* Apud Polybium dignus occurrit vindice nodus L. I. pag. LXXVII. vbi refert fuſos fuiſſe ab Amilcare mercenarios & Afros: Οἱ δὲ λοιποὶ διέφυγον, οἱ μὲν εἰς τὴν πρὸς τῇ ζεφύρᾳ πόλιν, Οἱ δὲ ἐπὶ τὴν πρὸς τῇ Ἰτύκῃ παρεμβολήν. *Partim*, inquit Vir ſummus, *in caſtra ante Vticam poſitam fugere.* Atqui nulla amplius erant ante Vticam caſtra: nam pag. LXXV. narratur Amilcar obſidionem Vticæ ſoluiſſe: ἔλυσε δὲ τὴν τῆς Ἰτύκης πολιορκίαν. Certum quidem eſt, partim Afrorum atque mercenariorum Vticâ aduenisse, ſed motis caſtris, & obſidione ſoluta: Videnturque plerique ſe recepiſſe Tunetum; quicquid id eſt, omnino conſtat in caſtra ante Vticam poſita ſe non recepiſſe, quia nulla erant: Reſcribo

Digitized by Google

igitur, οἱ δ' ἐπὶ τὴν πρώτην, ἣ ἔτυχε, παρεμβολήν. Senſus eſt, in proximam, quæ forte oblata eſt, arcem ſe recepiſſe, in qua erat militum præſidium. Elegantiſſimus eſt hic Theocriti locus Idyllio VII.

Καὶ πίομαι μαλακῶς, μεμναμένος Ἀγεάνακτος
Αὐταῖσι κυλίκεσσι, καὶ ἐς τρύγα χεῖλος ἐρείδων.

Vir maximus in Theocriticis Lectionibus hunc locum optime interpunxit, & quid ſit μεμνῆσθαι κυλίκεσσι, docuit, nempe κύλιξιν ἐπιφημίζειν τοὔνομα. quod ſequitur, non illi ſatisfacit omni ex parte: Sed legendum puto,

Καὶ ἐς τειχὰ χεῖλος ἐρείδων,

vel ἐρείσω, quod eſt ſuauius; ἐς τειχὰ dixit, id eſt, ἐς τὴν μύστακα, opponitque Poëta iis, qui poculum tantum libabant, & ſummo tenus ore attingebant. M. Tullij L. II. de Finibus bonorum & malorum, cap. XVII. leguntur iſta, à nobis, Deo dante, emendanda: ſed plura adſcribend ſun. *Vt igitur illis, qui honeſta & recta quæ ſunt, ea ſtatuunt per ſe expetenda, adeunda ſunt quæuis pericula, decoris honeſtatiſque cauſſa: ſic veſtris, qui omnia voluptate metiuntur, pericula adeunda ſunt, vt adipiſcantur magnas voluptates. ſi magna res, magna hereditas agetur, cùm pecunia voluptates pariantur plurimæ. idemque erit Epicuro veſtro faciendum, ſi ſuum finem bonorum ſequi volet, quod Scipioni, magna gloria propoſita, ſi Annibalem in Africam retraxiſſet. Itaque quantum adiit periculum? ad honeſtatem enim illum omnem conatum ſuum referebat, non ad voluptatem. Sic veſter ſapiens magno aliquo emolumēto*

commotus, animi causa, si opus fuerit, dimicabit. occultum facinus esse potuerit, gaudebit; deprehensus, omnem pœnam contemnet. erit enim instructus ad mortem contemnendam, ad exsilium, ad ipsum etiam dolorem. Quid hic sit, *animi causa, si opus fuerit, dimicabit*, difficile est dicere. Cl. Gruterus ingenue fatetur se non assequi mentem auctoris, & scripturam hanc argui à Pall. sec. in quibus omnibus, *cum causa*. Ego vero suspicor rescribendum esse. *Sic vester sapiens magno aliquo emolumento commotus, anomi causa, si opus fuerit, dimicabit. occultum facinus esse potuerit, gaudebit. Anomi* est ἀνόμου, siue ἀνομήματος. Emendationem nostram sequentia adstruunt: docent enim, Epicuri de grege sapientem pericula aditurum, improbe facturum, & facinus in se admissurum, vt magnas aliquas voluptates adipiscatur. Quod paullo post, capite sequenti, legitur, id quoque confirmat, adscribemus autem vt à nobis illustretur atq; emendetur. *Sed finge non solum callidum eum, qui aliquid improbe faciat, verumetiam præpotentem: vt M. Crassus fuit, qui tamen solebat vti suo bono: vt hodie est noster Pompeius, cui recte facienti gratia est habenda: esse enim quamuis veller iustus, iniquus poterat impune.* Posterius istud colon negotium exhibuit viris eruditissimis: Aliquid hic latere monstrui suspicatur Cl. Gruterus: est enim in Pal. pr. *esse enim quam vellet iniquus, iustus poterat impune*: lectione plana, si addita vna syllaba legeretur, *iniustus*. Manutius eruit ex vno, *esse enim quamuis iniustus poterat impune*. Scaliger habet adscriptum libro suo: *Est enim quam vellet,*

Digitized by Google

iniquus: iuſtus poterat impune. Ego vero ita reſcribendum eſſe coniicio; *eſſe enim, quem vis, vellet, iuſtus, iniquus, poterat impune.* Atque id interpretandum in Pompeji laudem, cui eſt, quod gratiam habeamus, inquit, recto facienti; nam ſi voluiſſet eſſe, quem tu eſſe velles, ſiue iuſtus, ſiue iniquus, eſſe poterat impune. Atque ex his verbis, vt hoc obiter moneam, argumentum petunt viri eruditiſſimi, quo probent, anno Vrbis ſeptingenteſimo primo, Cn. Pompeïo Magno III. Coſ. ſine Collega, fingi habitum fuiſſe ſermonem *de finibus bonorum & malorum*, quem Libris quinque exſecutus eſt M. Tullius: nam iſta dicuntur de Pompeïo poſt Craſſi mortem, cùm ſine Collega Rempublicam Conſul gereret: Accedit & altera ratio, qua idem tempus notari certum eſt: inducitur enim Cato verba faciens L. IV. primore: *Tum ille, aïn tandem, inquit, cùm ego te hac noua Lege videam eodem die accuſatori reſpondere, & tribus horis perorare, in hac me cauſa tempus dilaturum putas?* Noua hæc Lex, qua vno die atque eodem, & ab accuſatore, & à reo perorari cauebatur, lata eſt à Pompeio, cùm primùm tertium ſuum Conſulatum ſine Collega iniit, vt teſtatur Aſconius: Et quidem iſta viri eruditiſſimi εἰκοτολογοῦσι, quod ad quatuor primos Libros attinet; nam ſermo, qui Libro quinto habetur, quanquam ſit eiuſdem πραγματείας, non poteſt ad idem tempus referri; hos quippe quinti Libri ſermones fingit ſe habuiſſe Athenis, poſt primos illos, qui quatuor primis Libris explicantur, idq; in Academia,

Digitized by Google

vt constat è Libri quinti præfatione: Toto autem anno tertij Consulatus Pompeij, Italiâ pedem non extulit Cicero; anno sequenti, Ser. Sulpicio Rufo, M. Claudio Marcello Coss. cùm in Prouinciam iret cum legatis Q. Tullio fratre, C. Pomptino. L. Tullio fratre patruele, & M. Anneïo, Athenas venit ad VII. Kal. Quintileis, ex Epistola X. Libri V. ad Atticum; atque Athenis decem ipsos dies fuit: Anno vero sequenti, L. Æmilio Paullo, C. Claudio Marcello Coss. in reditu è Prouincia, Athenas venit pridie Idus Octobreis: habes Epistola IX. Libri VI. ad Atticum: Atque in isto itu, vel reditu, sed reditu potius, (nam libenter in hoc suo reditu Ciceronem Athenis commoratum fuisse, πόθῳ τῶν πάλαι διατριβῶν, auctor est Plutarchus.) finguntur habiti isti sermones Libri quinti, cum Pisone, & Ciceronis Legatis Q. Fratre, & L. Tullio patrueli, itemque cum Attico: Sed non satis belle, in hanc Libri quinti scenam inducitur Atticus, vt qui Athenis non fuerit in itu aut reditu Ciceronis è Prouincia: Sed de his satis, addamus mantissæ vicem, anno, quo fingitur habitus sermo cum Torquato *de finibus bonorum & malorum*, hoc est, anno, quo fastos signauit Cn. Pompeïus Magnus III. Cos. hunc L. Torquatum *Prætorem* Romæ fuisse, id colligere est è Ciceronis verbis ad Torquatum, L. II. *Quid enim mereri velis iam, cùm Magistratum inieris, & in concionem adscenderis, (est enim tibi edicendum, quæ sis obseruaturus in iure dicendo: & fortasse etiam, si tibi erit visum, aliquid de maioribus tuis, & de*

& de teipso dices, more maiorum.) quid merearis igitur, vt te dicas in eo Magistratu, omnia voluptatis causa esse facturum. Ista quippe verba; *est enim tibi edicendum, quæ sis obseruaturus in iure dicendo*, omnino ad Edictum Prætoris referenda sunt, quo proponebat & denunciabat populo Prætor, quo modo ius esset toto Præturæ suæ anno vertente dicturus. Idillio VII. Theocriti hi leguntur versus,

> Ἐν πλῷ γὰρ πλῶος. ἴθ' ὦ χόλε, καὶ λέγε Μίλῳ,
> Ὡς Πρωτεὺς φώκας, καὶ θεὸς ὤν, ἔνεμε.

Quomodo emendem priorem hunc versum, qui certe corruptus est, viri supra omnem laudem, supersedebo dicere; dicam potius, quid sit nostræ coniecturæ: Daphnim ipsum, non autem vllum caprarium, compellat hic Menalcas, quod probát ἀκολουθία & cohærentiá horum Tetrastichorum: primo enim laudat Daphnis Milonem, sub cuius pedibus.

> *Errantes hederas passim cum baccare tellus,*
> *Mistaque ridenti colocasia fundat acantho.*
> *Ipsæ lacte domum referant distenta capellæ*
> *Vbera.*

verba illius sunt:

> Ἔνθ' ὄϊς ἔνθ' αἶγες διδυματόκοι, ἔνθα μέλισσαι
> Σμανέα πληρεῦσιν, καὶ δρύες ὑψίτεραι.
> Ἔνθ' ὁ καλὸς Μίλων βαίνει ποσίν· αἰ δ' ἂν ἀφέρπῃ,
> Χὠ τὰς βῶς βόσκων, χαὶ βόες αὐότεραι.

Quare Menalcas caprarius illic capras pascere suas quouis pretio exoptat: itaque Daphnidem Milonis γνώριμον iubet si suo nomine conditionem

pascendi pecoris deferre, atque vt sibi facilius condicat, iubet proponi exemplum Protei, qui quanuis Deus esset, phocas pauit. Menalcæ verba ita eduntur:

> Ὦ τράγε, τᾶν λευκᾶν αἰγῶν ἄνερ, ὦ βάθος ὕλας
> Μυρίον, ὦ σιμαί, δεῦτ' ἐφ' ὕδωρ ἔριφοι.
> Ἐν τήνῳ γὰρ τῆνος. ἴθ' ὦ κόλε, καὶ λέγε Μίλῳ,
> Ὡς Πρωτεὺς φώκας, καὶ θεὸς ὤν, ἔνεμε.

Orationem hanc ad Daphnim referri, & Milonis conueniendi negotium demandari, euincit Daphnidis responsio: negat enim se quoquam discessurum, sed isthic, inquit, tecum ero:

> Μή μοι γᾶν Πέλοπος, μή μοι χρύσεια τάλαντα.
> Εἴη ἔχειν, μηδὲ πρόσθε θέειν ἀνέμων·
> Ἀλλ' ὑπὸ τᾷ πέτρᾳ τᾷδ' ᾄσομαι ἀγκὰς ἔχων τύ,
> Σύννομα μᾶλ' ἐσορῶν, τὰν Σικελάν τ' ἐς
> ἅλα.

Vt hinc abeam nulla conditione à me impetrabis, quo tibi conciliem Milonem, quin potius ad hanc petram inter amplexus tuos canam, & nostra pecora simul pascentia, & in mare Siculum aspiciens. Hæc est mens horum Tetrastichorum, quam non viderunt Græci Interpretes, qui postremo Tetrasticho Daphnim, si DIs placet, amplexus Milonis petere: Rectius multo apud eosdem Hermesianax de Menalca interpretatur: ὁ Ἑρμησιάναξ λέγει τὸν Δάφνιν ἐρωτικῶς ἔχειν τοῦ Μενάλκα. Quare in Menalcæ Tetrasticho, vbi editur, ὦ κόλε, rescribo, ὦ καλέ, & Daphnim ipsum compellat, qui præcipue à pulchritudine commendabatur: testis noster hoc ipso

Digitized by Google

Idyllio primore; testis Ælianus Variæ L. X. cap. XVIII. & Virgilius Ecloga V.

Daphnis ego in syluis, hinc vsque ad sidera notus:
Formosi pecoris custos, formosior *ipse*

CAP. XII.

Xenophon à censura nuperi Scriptoris vindicatur: nulla eius hallucinatio in designandis annis belli Peloponnesiaci: Excepit in illius historiæ conscribenda Thucydidem. Eius primus Liber ἀκέφαλος. Sæpius illustratur, & emendatur.

NON inutilem sperat nuperus scriptor se Chronologiæ antiquitatisque historiæ studiosis operam nauaturum; si quæ apud Xenophôtem in prioribus Hellenicon Libris errata deprehendit, in ordinandis belli Peloponnesiaci annis atque temporibus, adnotet, eorumque causas patefaciat, quas non sine ingenti labore, vt ipse de se testatur, peruestigauit. Historiæ Thucydidis supplementum sunt septem Libri Xenophontei, qui Ἑλληνικῶν inscribuntur. In parte illa priori, quæ residuos annos belli Peloponnesiaci continet, annos fere singulos distinguit, Thucydidis more, per æstatem & hiemem interuallo cuiusque descripto. Sed in iisdem primum biennij, mox vnius anni metachronismum animaduertimus. In ipso prioris Libri aditu, vt appareat supplementum quoddam historiæ Thucydideæ à se conscriptum ab

Digitized by Google

rebus gestis hiemis illius orditur, quæ æstatem, in quam Thucydides desiit, est secuta: ἀρχομένου τοῦ χειμῶνος, inquit: Inde narratis iis, quæ anno illo reliquo vicesimo primo contigerant, quando Mindarus nauali prælio ab Alcibiade victus est, subijcit: τῷ δὲ ἄλλῳ ἔτει, (ᾧ ἦν Ὀλυμπιὰς τρίτη καὶ ἐνενηκοστή, ἡ προστεθεῖσα ξυνωρὶς ἐνίκα Εὐαγόρου Ἠλείου, τὸ δὲ στάδιον Εὐβώτας Κυρηναῖος, ἐπὶ ἐφόρου μὲν ὄντος ἐν Σπάρτῃ Εὐαρχίππου, Ἄρχοντος δὲ ἐν Ἀθήναις Εὐκτήμονος.) Hunc annum sequenti pagina belli Peloponnesiaci vicesimum secundum numerat: ἐπεὶ δὲ ὁ χειμὼν ἔληγε, Παντακλέους μὲν Ἐφορεύοντος, ἄρχοντος δὲ Ἀντιγένους, ἔαρος ἀρχομένου, δυοῖν καὶ εἴκοσιν ἐτῶν τῷ πολέμῳ παρεληλυθότων. Annus iste proximus est à præcedente. Siquidem Antigenes Archon Athenis fuit illo anno, qui Euctemonis Magistratum secutus est: At Olympias XCIII. quæ Archonte Euctemone contigit, conuenit in annum vicesimum quartum belli Peloponnesiaci, non vicesimum secundum, hoc est, vere illo, quod Olympiadē antecessit, cepit annus belli vicesimus quartus, qui est Periodi Iulianæ CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ CCCVI, Cyclo Solis XXII. Lunæ XII. Biennio itaque peccat Xenophon: Antigénes enim Archon fuit anno belli vicesimo quinto, ineunte secundo Olympiadis XCIII. Anno XIX. belli Peloponnesiaci, in quo Thucydides historiam desiit, Athenis Archon fuit Cleocritus, siue Clearchus. Ab eo ad Euctemonem numerātur Archontes quatuor: Fuerunt hi, Callias anno ineunte primo Olym-

Digitized by Google

piadis XCII. Theopompus, Glancipus, Diocles. Est igitur quintus Euctemon post Cleocritum adeóque cadit in annum vicesimum quartum belli, Olympiadis vero XCIII. primum, vt etiam Diodorus memoriæ prodidit. Biennij ergo est apud Xenophontem metachronismus, de quo mox imprudens vnum annum detrahit, & nouo errore priorem corrigit : Nam cum inter Antigenem & Calliam nullus Archon intercedat, Xenophon inter ambos istos vnum infindit annum. Post annum quippe belli Peloponnesiaci vicesimũ quartum, quem appellat vicesimum secundum, quo Antigenes Archon fuit, alium subiicit, qui ab eodem vicesimus tertius numeratur, & ante Calliam Archontem ponitur. Scribit enim Alcibiadem absente Clearcho Byzantij Harmosta, & ad Pharnabazum profecto, vrbem illam occupasse, eiusque rei nũcium accepisse Pharnabazũ Gordij in Phrygia per hiemis tempus : ἀρχομένου δὲ τοῦ ἔαρος, legatos & à Lacedæmoniis & ab Atheniensibus ad Persarum Regem missos esse narrat. Iniens ver nouum annum significat, secundum quem alterum subiicit, ac diuersum, in quo Callias magistratum tenuit; Nam tertia deinde pagina ita scribit. τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει, ᾧ ἥτε σελήνη ἐξέλιπεν ἑσπέρας, καὶ ὁ πυλαιὸς τῆς Ἀθηνᾶς νεὼς ἐν Ἀθήναις ἐνεπρήσθη, Πίτιος μὲν Ἐφορεύοντος Ἄρχοντος δὲ Καλλίου ἀθήνησιν, οἱ Λακεδαιμόνιοι τῷ Λυσάνδρῳ, παρεληλυθότος ἤδη τοῦ χρόνου, καὶ τῷ πολέμῳ τεττάρων καὶ εἴκοσιν ἐτῶν, ἔπεμψαν ἐπὶ τὰς ναῦς Καλλικρατίδαν. Atqui Callias nullo inter-

iecto post Antigenem Archon fuit. Vnus itaque annus infissus est: neque tamen inter Pentaclem, quem cum Archonte Antigene composuit, & Pithyam, quem cum Archonte Callia coniunxit, vllum inseruit: vt appareat hallucinationem esse, quod inter duos illos Archontes, annum vnum imprudens inculcauerit: ex quo factum, vt annus ille, quo Callias Magistratum tenuit, à Xenophonte vicesimus quintus numeretur, cùm ex instituta serie vicesimus quartus tantum esse debuerit. Quare vnius tantum anni metachronismus deinceps factus est. Nam reuera Calliæ Magistratus in annum belli vicesimum sextum incidit. Anni autem illius insititij, qui inter Antigenis & Calliæ magistratum infarctus est, res gestæ ibidem exponuntur: nimirum Alcibiadis Athenas aduetus, & purgatio: tum quemadmodum Imperator electus sit, & mysteriorum pompam, quæ ob belli metum hactenus mari deducta fuerat, terra celebrauerit: inde tertio, postquã appulerat, mense soluerit. Quæ quidẽ, omnia, reuera Archonte Antigene, anno belli vicesimo quinto, sunt gesta: quãdo Alcibiade absente, Antiochus quem classi præfecerat, à Lysandro victus est, & Alcibiades in ordinem redactus. Annus hic fuit Periodi Iulianæ CIϽ CIϽ CIϽ CIϽ CCCVII. Sequens autem, qui Calliam Archontem habuit, erat CIϽ CIϽ CIϽ CIϽ CCCVIII. quo & Eclipsis Lunæ contigit Aprilis die sextodecimo. Pergit Xenophon: & initio Libri II. refert Lysandrum cum Araco Nauarcho à Lacedæmoniis

Digitized by Google

ἐπιστολέα missum, ἐτῶν ἤδη πέντε καὶ εἴκοσι παρεληλυθότων. Annus sequens Archytam habuit Ephorum, Archontem Alexiam, quo Lysander victis ad Ægos potamon Atheniensibus, vrbe potitus est ipsa: καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἔληγε. Subiicit annum proxime consequentem, quo Olympias acta est, in qua Crocinas Thessalus stadio vicit, cùm Ephorus esset Eudius, Archon Pythodorus, qui quod per Oligarchiam creatus est, ab Atheniensibus præteriri solebat. Xenophon vero ita finem belli describit. τελευτῶντος τοῦ θέρους, εἰς ὃ ἐξάμηνος, καὶ ὀκτὼ καὶ εἴκοσιν ἔτη τῷ πολέμῳ ἐτελεύτα. Tum Ephores, qui singulis annis Magistratum gesserant, nouem & viginti percenset, quorum primus Ænesias, postremus est Eudicus. Sed errat, dum bello Peloponnesiaco annos præfinit viginti octo, cum mensibus sex. Non enim plures, quam viginti septem, & menses octo, euoluti sunt, ab eo vero, quo bellum commissum est, anno Periodi Iulianæ CIƆ CIƆ CIƆ CIƆ CCLXXXIII. ad autumnum anni CIƆ CIƆ CIƆ CIƆ CCCX. quo Eclipsis Solis contigit. Inde porro Xenophontis manauit error, quod sub Ephoris quidem viginti nouem bellum administratum est: sed non plures tamen, quam viginti septem annos cum mensibus sex occupauit. Ephori quippe Magistratum inibant sub idem, quo Archontes Atheniensium, tempus, videlicet circa æstiuum solstitium. Primus igitur Ephorus, sub quo bellum indictum est, fuit Ænesias, cuius duo menses adhuc restabant. Proinde eidem anno Iulia-

Digitized by Google

no ↀ ↀ ↀ ↀ CCLXXXIII. Ephori duo respõdent; primus Æneſias, vſque ad ſolſtitium: alter Braſidas, à ſolſtitio. Deinceps viginti ſex Ephori & Archontes annos belli integros obtinent, numeranturque viginti octo vtrobique, qui deſierũt in ſolſtitium anni ↀ ↀ ↀ ↀ CCCX. à quo tempore, ineunte Olympiade nonageſima quarta, viceſimus nonus tam Archon, quam Ephorus acceſſit, quorum tertio menſe finis bello imponitur. Hactenus ſcriptor Librorum de Doctrina temporum, qui facile ingenti illo ſuo labore ſuperſediſſet, quo errores Xenophontis, eorumque cauſas perueſtigauit: nullo enim negotio oſtendemus, Deo dante, fruſtra tantum laboris atque induſtriæ impendiſſe in perueſtigandis hallucinationibus Xenophontis, neque enim illius ſunt, ſed ſciolorũ tãtum, aut imperitorum librariorum: Ac primùm quidem male obſeruat, meo iudiciò, nuperus ſcriptor, Xenophontem ordiri ab rebus geſtis illius hiemis, quæ æſtatem, in quam deſiit Thucydides, eſt ſecuta. Verum quidem eſt, Thucydidem belli Peloponeſiaci deſcriptionẽ ad primum & viceſimum annum deduxiſſe, non integrum, ſed qui expleta hieme ſequenti, cuius res geſtas non attigit, eſſet deſiturus: Thucydides ipſe locupletiſſimus eſt, extremis hiſtoriæ ſuæ verbis: ὅταν ὁ μετὰ τοῦτο τὸ θέρος χειμὼν τελευτήσῃ, ἓν καὶ εἰκοστὸν ἔτος πληροῦται. Verum quoque eſt, Thucydidem fuiſſe à Xenophonte exceptum, & Xenophontem cepiſſe, vbi Thucydides deſiit. Diodorus Siculus L. XIII. in rebus

rebus geſtis anni ſecundi Olympiadis nonageſimæ ſecundæ, Theopompo Athenis Prætore: τῶν δὲ συγγραφέων Θουκυδίδης μὲν τὴν ἱστορίαν κατέστρεψε, περιλαβὼν χρόνον ἐτῶν ΚΒ ἐν βίβλοις ὀκτώ, τινὲς δὲ διαιροῦσιν εἰς ἐννέα. Ξενοφῶν δὲ καὶ Θεόπομπος ἀφ' ὧν ἀπέλιπε Θουκυδίδης τὴν ἀρχὴν πεποίηνται. Anonymus in Deſcriptione Olympiadum ad hũc annum ſecundum Olympiadis XCII. Theopompo Archonte, eadem habet,; ſed mendoſi ſunt codices, qui hiſtoriam Thucydidis complecti notant res geſtas annorum duorum & viginti: Thucydides enim ipſe, vt iam diximus, vnum & viginti tantum annos, ac ne integrum quidem hunc poſtremum, complecti aſſerit, cui tutius credemus, idemque calculus Diodori Siculi atque Anonymi exigit, qui anno ſecundo Olympiadis octageſimæ ſeptimæ, Euthydemo Athenis Prætore, primum belli Peloponneſiaci annum adſcribunt: Vnde neceſſario ſequitur ſecundum Olympiadis nonageſimæ ſecundæ annum eſſe viceſimum primum belli Peloponneſiaci: Quare hic numerus reſcribendus eſt in codicibus Diodori & Anonymi: Excepit igitur Thucydidem Xenophon, & initium ab iis cepit, in quibus deſiit Thucydides, id eſt, ab rebus geſtis hiemis illius, quæ eſt anni ſecundi Olympiadis nonageſimæ ſecundæ, Theopompo Athenis Prætore. Sed Liber primus Hellenicon Xenophõtis non incipit à rebus geſtis hiemis, quæ eſt anni ſecundi Olympiadis nonageſimæ ſecundæ, ſed potius à rebus geſtis illius hiemis, quæ eſt anni quarti eiuſdem

Digitized by Google

Olympiadis nonagesimæ secundæ, Prætore Athenis Diocle, vt constat ex his eius verbis, quibus cõcludit narrationem rerum gestarum tota illa hieme, à qua incipiunt hodie eius codices: καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἔληγεν, ἐν ᾧ Καρχηδόνιοι Ἀννίβα ἡγουμένου, στρατεύσαντες ἐπὶ Σικελίαν δέκα μυριάσι στρατιᾶς, αἱροῦσιν ἐν τρισὶ μησὶ δύο. πόλεις Ἑλληνίδας, Σελινοῦντα, καὶ Ἱμέραν. τῷ δὲ ἄλλῳ ἔτει (ᾧ ἦν Ὀλυμπιὰς τρίτη καὶ ἐνενηκοστὴ, ᾗ προστεθεῖσα ξυνωρὶς ἐνίκα Εὐαγόρου Ἠλείου, τὸ δὲ στάδιον, Εὐβώτας ὁ Κυρηναῖος, ἐπὶ Ἐφόρου μὲν ὄντος ἐν Σπάρτῃ Εὐαρχίππου, Ἄρχοντος δ' ἐν Ἀθήναις Εὐκτήμονος. Nam annum, cuius res gestas hieme in præcedentibus descripsit Xenophon, excipit annus primus Olympiadis nonagesimæ tertiæ, Archonte Euctemone; Quare hiems illa, cuius res gestas descripsit Xenophon, initio Libri primi, pertinet ad annum quartum, non autem secundum, Olympiadis nonagesimæ secundæ: Eidemque anno excidium Selinuntis & Himeræ adsignat Diodorus Siculus L. XIII. Quanquam geminam de Mindaro Atheniensium victoriam, in quarum posteriori etiam Mindarus fortiter cecidit, confert Diodorus Siculus in annum tertium Olympiadis nonagesimæ secundæ, siue Glaucippi Athenis Præturam: Ex quibus tamen etiam constabit, Xenophontis historiam, quam hodie habemus, non incipere ab rebus gestis illius hiemis, quæ pertinet ad annum secundum Olympiadis nonagesimæ secundæ, siue Magistratum Theopompi; cùm tamen ab iis inciperet olim, si qua Diodoro fides,

Digitized by Google

primus Hellenicon Xenophõtis Liber: Quare existimamus hunc primum Librum esse ἀκέφαλον, deesseque narrationem rerum gestarum hieme anni vicesimi primi, itemque toto anno vicesimo secũdo, & prioribus sex mensibus anni vicesimi tertij belli Pelopõnesiaci, siue hieme anni secũdi Olympiadis nonagesimæ secundæ, Prætore Athenis Theopompo, itẽque, anno tertio eiusdem Olympiadis, Archonte Glaucippo, & tribus primis mensibus anni quarti eiusdem Olympiadis, siue Præturæ Dioclis: & certè prima ipsa huius Libri verba satis indicant eum esse, ἀκέφαλον, non enim præfatur, sed orditur, verbis, quæ ab aliis dependent: μετὰ δὲ ταῦτα, οὐ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον, ἦλθεν δὲ Ἀθήνηθεν Θυμοχάρης. Longe itaque fallitur nuperus scriptor, cùm dicit Xenophontem in his, quæ hodie habemus, ab rebus gestis hiemis illius ordiri, quæ æstatem, in quam Thucydides desiit, est secuta: neque item hæc eiusdem capio, Thucydidem historiam desiisse in anno decimo nono belli Peloponnesiaci, non minus enim sibi ipsi, quam veritati, aduersatur, & contraria dicit, eoque minus ferenda est eius hac in re ἀπειροτεξία, quam in præcedenti hallucinatione: habet enim in illa, quibus se tueatur, sciolos, qui cùm in eadem essent sententia, Xenophontem etiam in his, quæ hodie extant, excipere Thucydidem, & ab illa, in quam desiit, hieme ordiri, numerales, quibus primum conceptus fuerat Xenophontis locus, literas corruperunt, cùm ita olim legeretur: ἐπὶ δὲ ὁ χειμὼν ἔληγε, Παντακλέους

Digitized by Google

μένου Ἐφορεύοντος, Ἄρχοντος δὲ Ἀντιγένους, ἔαρος ἀρχομένου Δ καὶ Κ ἐτῶν τοῦ πολέμου παρεληλυθότων. Euctemone Archonte, id est, anno primo Olympiadis nonagesimæ tertiæ vertēte, vertebat annus vicesimus quartus belli Peloponnesiaci, cepitque annus vicesimus quintus à vere, quod præcedit annum secundum eiusdem Olympiadis nonagesimæ tertiæ, siue Antigenis Præturam: Sed nimis satagei librarij, qui putarunt Xenophontem ab ea incipere hieme, in qua desiit Thucydides, locum immutarunt, & rescripserunt: δυοῖν καὶ εἴκοσιν ἐτοῖν τοῦ πολέμου παρεληλυθότων, præter verum, & Xenophontis mentem, cuius nulla hic hallucinatio, nullus biennij metachronismus; sed potius hallucinatur nuperus scriptor in his verbis: *Post annum quippe belli Peloponnesiaci XXIV. quem appellat XXII. quo Antigenes Archon fuit.* Nam vere ipso, quod præcedit Antigenis Magistratum, desiit annus belli vicesimus quartus, cepitque vicesimus quintus: Ἄρχοντος δὲ Ἀντιγένους, inquit, ἔαρος ἀρχομένου Δ καὶ εἴκοσιν ἐτῶν τοῦ πολέμου παρεληλυθότων, vbi omnino τὸ, ἔαρος ἀρχομένου, coniungendum est cum sequentibus, non autem cum his præcedentibus: Ἄρχοντος δὲ Ἀντιγένους. Inter quem Antigenem & Calliam nullum infindit annum Xenophon, vt vult nuperus scriptor: neque certe vllum interponit Archontem inter Antigenem & Calliam, sed misere luxata sunt quædam Xenophontis verba, quæ in pristinam suam sedem, Deo dante, restituemus. Anno primo Olympiadis nonagesimæ ter-

Digitized by Google

tiæ, Euctemone Athenis Prætore, Thrasyllus Atheniensium Strategus ad Ephesum nauali prælio victus est, & Sestum petiit, indeque Lampsacum, vbi castra habebat Alcibiades: imminente hieme Lampsacum munierunt, & profecti sunt Abydum versus, Pharnabazumque occurrentem vicerunt: His breuiter expositis, additur importune, & præter verum, in Xenophontis codicibus: καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἔληγεν ἔτι· ἐν ᾧ καὶ Μῆδοι ἀπὸ Δαρείου τοῦ Περσῶν βασιλέως ἀποστάντες, πάλιν προσεχώρησαν αὐτῷ. τοῦ δ' ἐπιόντος ἔτους, ὁ ἐν Φωκαίας νεὼς τῆς Ἀθηνᾶς ἐνεπρήσθη, πρηστῆρος ἐμπεσόντος. ἐπεὶ δ' ὁ χειμὼν ἔληγε, Παντακλέους μὲν Ἐφορεύοντος, Ἄρχοντος δ' Ἀντιγένους, ἔαρος ἀρχομένου, δυοῖν καὶ εἴκοσιν ἐτοῖν τῷ πολέμῳ παρεληλυθότων, οἱ Ἀθηναῖοι ἔπλευσαν εἰς Προκόννησον παντὶ τῷ στρατοπέδῳ. ἐκεῖθεν δ' ἐπὶ Χαλκηδόνα καὶ Βυζάντιον ὁρμήσαντες ἐστρατοπεδεύσαντο πρὸς Χαλκηδόνι. Diceres, vt hic editur, Chalcedonem oppugnatam fuisse, & Byzantium expugnatum, Antigenẽ iam Archonte: Atqui Thrasyllus, siue Thrasybulus, vt Diodoro nominatur, ad Ephesum victus est eodem anno, siue eodẽ Athenis Prætore, quo Chalcedon in ordinem redacta, & Byzanti expugnati sũt, vt habet Diodorus Siculus L. XIII. qui confert hæc gesta in annum quartum Olympiadis nonagesimæ secundæ, Diocle Archonte anno prius quam Xenophon: Ergo omni procul dubio in eundem quoque annum ista omnia coniecerat Xenophon, nẽpe in Præturam Euctemonis, siue annũ primũ Olympiadis nonagesimæ tertiæ;

suntque eiusdem hiemis gesta, Lampsaci munitio, (male in Diodori codicibus Λάβδακον legitur, vertitque eruditissimus Interpres *Labdacum*.) Chalcedon in ordinem coacta. Byzantium captum: Quare habes apud Xenophontem, Φαρνάβαζος δὲ καὶ οἱ πρέσβεις τῆς Φρυγίας ἐν Γορδίῳ ὄντες τὸν χειμῶνα, τὰ περὶ τὸ Βυζάντιον πεπραγμένα ἤκουσαν. Vbi Byzantium captum esse scripsit Xenophon, addit, ἀρχομένου δὲ τοῦ ἔαρος, *ineunte vere*; cũ scilicet adhuc in Prætura esset Euctemon, narratq; legatos à Lacedæmoniis & ab Atheniensibus ad Persarum Regem missos esse, Alcibiadem Athenas venisse Plynteriis, mense Thargelione affecto, anno vicesimo quinto ineunte, cum tamen adhuc Archon esset Euctemon, quomodo se purgarit, & in summum belli Ducem sit electus: εἰπὼν δὲ ὡς ἠδίκηται λεχθέντων δὲ καὶ ἄλλων τοιούτων, καὶ οὐδενὸς ἀντειπόντος, διὰ τὸ μὴ ἀνασχέσθαι ἂν τὴν ἐκκλησίαν, ἀναῤῥηθεὶς ἁπάντων ἡγεμὼν αὐτοκράτωρ, ὡς οἷός τε ὢν σῶσαι τὴν πρότεραν τῆς πόλεως δύναμιν. Atque his subiicienda sunt, quæ alieno loco leguntur, pagina retro ante tertia, & locus ita constituendus: καὶ ὁ ἐνιαυτὸς ἔληξεν ἔτος· ἐν ᾧ καὶ Μῆδοι ἀπὸ Δαρείου τοῦ Περσῶν βασιλέως ἀποστάντες, πάλιν προσεχώρησαν αὐτῷ. τοῦ δ' ἐπιόντος ἔτους ὁ ἐν Φωκαίᾳ νεὼς τῆς Ἀθηνᾶς ἐνεπρήσθη, πρηστῆρος ἐμπεσόντος. ἐπεὶ δ' ὁ χειμὼν ἔληγε, Παντακλέους μὲν ἐφορεύοντος, Ἄρχοντος δ' Ἀντιγένους, ἔαρος ἀρχομένου, τεττάρων καὶ εἴκοσιν ἐτῶν τῷ πολέμῳ παρεληλυθότων, Ἀλκιβιάδης, προέπεμψε μὲν τὰ μυστήρια τῶν Ἀθηναίων κατὰ θάλατταν ἀγόντων διὰ τὸν πόλεμον, κατὰ γῆν

ἐποίησε, &c. Myſteria celebrabantur Boëdromione menſe: Ergo Prætor iam erat Antigenes: Quod ſequitur paullo poſt, μετὰ τὸν κατάπλουν τρίτῳ μηνὶ ἀνήχθη ἐπ' Ἄνδρον, verum non eſt, ſi, ita, vt ſonare videntur hæc verba, interpreteris: nam Thargelione affecto, Athenas rediit; Athenis poſt celebrata Myſteria ſoluit, circa extremum Boëdromionem: intelligitur ergo tertius menſis anni vertentis, non autem à reditu in patriam. Sequens annus Prætorem habuit Calliam, eratque tertius annus Olympiadis nonageſimæ tertiæ, cùm præteriiſſet iam annus belli Peloponneſiaci viceſimus quintus: Quare hic numerus reponendus eſt apud Xenophontem: Ἄρχοντος δὲ Καλλίου Ἀθήνησιν, Οἱ Λακεδαιμόνιοι τῷ Λυσάνδρῳ, παρεληλυθότος ἤδη τοῦ χρόνου, καὶ τοῦ πολέμου πέντε καὶ εἴκοσιν ἐτῶν, ἔπεμψαν ἐπὶ τὰς ναῦς Καλλικρατίδαν. Huius Calliæ Prætura vertebat annus viceſimus ſextus, quem numerum repone apud Xenophontem L. II. Τὰς μὲν οὖν ναῦς παρέδοσαν Λυσάνδρῳ, ἐτῶν ἤδη ἓξ καὶ εἴκοσι παρεληλυθότων. τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει, ἐπὶ Ἀρχύτου μὲν Ἐφορεύοντος, Ἄρχοντος δ' ἐν Ἀθήναις Ἀλεξίου. Hoc Alexia Prætore captæ ſunt Athenæ à Lyſandro, die ſextodecimo menſis Munychionis, vt habet Plutarchus in Lyſandro, abſoluto anno viceſimo ſeptimo, ex quo ceperat hoc bellum, vt teſtatur Eratoſthenes apud Clementem Alexandrinum Stromat. L. I. Nam cepit, auctore Thucidide, anno primo Olympiadis octageſimæ ſeptimæ iam affecto, ἔτι δύο μῆνας Ἄρχοντος Ἀθήνησι Πυθοδώρου, cùm adhuc

Pythodoro Archonti duo ad annuam functionem menses superessent, nempe Thargelion, & Scirrhophorion: (quod addit nuperus scriptor, *siquidem communis annus ille, non interkalaris fuit*, hominem arguit incogitantiæ, nam etiamsi annus fuisset interkalaris, plures duobus non supererant menses, Thucydide teste, adde quod tunc temporis alter Scirrhophorion, si tamen vnquam interkalatus est, quod nuperus scriptor negat, non interkalabatur.) Quare Munychione mense anni quarti Olympiadis nonagesimæ tertiæ elapsus est annus vicesimus septimus belli Peloponnesiaci.

SAMVELIS

Digitized by Google

SAMVELIS PETITI
OBSERVATIONVM
LIBER II.

Cap. I.

Gentium consensus in vsum literarum. Atticæ *litteræ opponuntur* Ionicis. *Plinius emendatur Cadmus è Phœnicia in Græciam inuexit sedecim literas: Euander intulit in Latium. Palamedem alij auctorem faciũt. Aspirationis nota H à veteribus Atticis vsurpata. Alphabetum* Ionicum *Callistratus Samius publicauit.* Phœnicium *Alphabetum aliud ab eo quod* Samaritanum *appellãt. Menon apud Ægyptios literas inuenit: alij Iun volunt. Summa antiquitas obseruationum Babylonicarum, altera à Diluuio anno. Literarum Notæ, earum inuentores. Isidorus emendatus. Creta atque Cyrenaïca ab eodem administrabantur Rectore: Notarum Liber illustratus atque emendatus. Septuennes pueri in ludum literariũ mittebantur. Aristotelis codices emaculati. Ætatis hominum in hebdomadas distributio. Apud Judæos Josue Gaiulæ Filius oppidatim tota Iudæa præfecit elementarios doctores, & pueros circa sextum aut septimum annum in hos ludos literarios primum ire iussit.*



MNES omnino gentes primo omnium in vsum literarum consensisse atque conspirasse scribit Plinius L. VII. cap. LVII. *Gentium consensus tacitus primus omnium conspirauit, vt*

Jonum literis vterentur. Sed hæc Plinij verba difficultate non carent. Vir eruditissimus & Cl. Franciscus Hotmannus, Notis in Cæsarem, vocem *Ionum* expungendam censuit, & certe corrupta est, meo iudicio: quanquam Vir illustris in Eusebianis Animaduersionibus eam tueatur, scribatque, *Jonicas* literas vetustissimas esse, & ad alias nationes ab *Ionibus* profectas, nullasque alias antiquitus habuisse, tam in Asia, quam in Europa, & Italia, præter *Jonicas.* Sed longe fallitur Vir vndecumque maximus, quod etiam ante nos obseruauit Salmasius ille,

merito cui doctior orbis
Submissis defert fascibus imperium:

Neque enim conspirauit gentium consensus, vt *Ionico* Alphabeto vterentur: En tibi Romanos apud Plinium verbis, quæ immediate sequūtur ea, quorum caussa institutus est hic sermo: *Veteres Græcæ eadem fuerunt pœne, quæ nunc sunt Latinæ.* Ergo neque Latinæ quæ nunc sunt, neque veteres Græcæ, fuerunt *Jonicæ*: nam, exempli gratia, Latinæ non sunt literæ, Θ, Φ, Χ, Ψ, Η & Ω, id est, tres aspiratæ, vna duplex, & duæ vocales longæ, quas tamen *Ionicas* esse certo scimus, nec erant quoque veteris Alphabeti, quod à Phœnicia in Græciam intulit Cadmus: Quare veteres istæ Græcorum literæ, quæ *Atticæ* etiam appellantur, *Ionicis* opponuntur, vt habes apud Harpocrationem his verbis: Ἀττικοῖς γράμμασι. Δημοσθένης κατὰ Νεαίρας ἀντὶ τοῦ παλαιοῖς. τὴν γὰρ τῶν εἰκοσιτεττάρων στοιχείων γραμματικὴν ὀψέ ποτε παρὰ τοῖς Ἴωσιν εὑρεθῆναι. Neque ante exactos

Tyrannos Triginta, Athenienses vsurparunt τὴν τῶν εἰκοσιτεσσάρων στοιχείων Γραμματικὴν, quæ *Ionum* erat. Itaque Vir summus intelligenda esse putat Plinij verba ad hunc modum: Postquam *Iones* veterem illam Grammaticam, quæ sedecim tantum literas habebat, interpolarunt, non vtique formam characterum immutando, nihil quippe prisci illi differebant ab *Ionicis*, sed numerum ampliando, pro sexdecim namque quatuor & viginti fecerunt, ex eo, inquit, omnis Græcia *Ionico* Alphabeto vti cepit. Sed ad hãc interpretationem ne accedamus, facit, quod non tantum de Græcis agatur apud Plinium, verum etiam, vt minimum, Romanorum consensum conspirasse in harum, de quibus loquitur, literarum vsum vult Plinius, quemadmodum & in *tonsoribus*, & in *horarum obseruatione* factum ostẽdit; quare etiam, vt id probet, quod scribit, addit, *veteres Græcas fuisse easdem pœne, quæ nunc sunt Latinæ*. Veteres autem Græcæ non sunt *Ionicæ*, vt iam diximus ex Harpocratione. Sed, age, Italos, gentemq; togatam mittamus, vt terræ Græciæ populos lustremus, in iis ne quidem illud verum reperiemus, quod afferit Plinius ex hac vulgata scriptura, *Gentium consensum tacitum primum omnium conspirasse, vt* Ionum *literis vterentur*: Non fuit quippe tacitus Græcorum omnium consensus, qui conspirauit in vsum literarum *Ionicarum*: Nam sero tandem post inuentas *Ionicas* literas, Athenienses iis vti ceperũt, nempe post exactos Triginta Tyrannos, Euclide Archonte Athenis, idque non tacito consensu, sed

ex Archinoï rogatione, atque plebiſcito de ea re facto. Præterea ſcribit Plinius, hunc gentium conſenſum in vſu literarum fuiſſe primum ceteroeum omnium conſenſuum, de quibus poſtea agit, nempe in *tonſoribus*, & in *horarum obſeruatione*. Ergo conſpiratum eſt prius à gentibus, vt vterentur literis, quàm inter illas conuenit, atque conſpiratum fuit in *tonſoribus*, aut *horarum obſeruatione*: Quare non de conſenſu gentium agitur in vſu literarũ *Ionicarum*, cùm nonniſi poſt inuentam *horarum obſeruationem*, vulgo receptæ ſint literæ *Ionicæ*, addo etiam, repertæ: Nam Simonides Melicus, vt vnanimi veterum ſcriptorum conſenſu, literis proditum eſt, Alphabetum *Ionicum* abſoluit, & perfecit, literis quatuor, ſiue, vt puto, quinque, additis. Fuit autem Simonides Melicus longe poſt *horas obſeruatas*, & horologium primum in Græcia ſtatutum. Vixit namque Simonides Melicus Medici belli temporibus; Anaximenes vero, qui primus horologium Lacedæmone ſtatuit, diu ante τὰ Μηδικὰ, & bellum in Græciam à Perſis illatum. De Anaximene Plinius L. II. *Vmbrarum hanc rationem, & quam vocant gnomonicen, inuenit Anaximenes Mileſius, Anaximandri diſcipulus: primuſque horologium, quod appellant Sciotericon, Lacedæmone oſtendit.* Hanc laudem alij Anaximandro eius præceptori tribuunt. Diogenes Laërtius in Anaximandro: εὗρε δὲ καὶ γνώμονα πρῶτος· καὶ ἔστησεν ἐπὶ τῶν σκιοθήρων ἐν Λακεδαίμονι, καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ. Iam vero, ſi ætatem illorum inueſtigemus, facile deprehendemus antiquiores illos eſſe

Simonide Melico: Nam, vt Anaximandrum mittamus, Anaximenes illo iunior obiit eo anno, quo Sardes captæ sunt, id est, si sequimur Sosicratem, anno primo Olympiadis quinquagesimæ nonæ. Sed corrupta sunt Apollodori verba apud Diogenem Laërtium in Anaximene: καὶ γεγένηται μὲν Anaximenes (καθά φησιν Ἀπολλόδωρος) τῇ ἑξηκοστῇ τρίτῃ Ὀλυμπιάδι, ἐτελεύτησε δὲ περὶ τὴν Σάρδεων ἅλωσιν. Atqui Sardes captæ sunt ante Olympiadem sexagesimam tertiam: Itaque reponendum est, quemadmodum apud Suidam, legitur, τῇ πεντηκοστῇ πέμπτῃ Ὀλυμπιάδι. Atque ex his constat, tanto antiquiorem esse *horarum obseruationem* Alphabeto *Ionico*, quanto antiquiores Anaximenes Milesius Melico Simonide. Cùm igitur tot absurda καὶ ἀσύστατα falsi arguant vulgatam illam Plinij scripturam, alia proculdubio est inquirenda; itaque rescribendum esse suspicamur: *Gentilium consensus tacitus primus omnium conspirauit, & omnium, literis vterentur*: cùm scriptum esset, *& omnium*, facile mutauit, in, *vt Ionum*; atque hæc mutatio ab aliquo erudito librario, qui nouerat Alphabetum viginti quatuor literarum à Samiis, qui generis sunt *Ionici*, inuulgatum fuisse, cùm antea plerique nonnisi sexdecim vterentur literis: neque enim plures soni sunt, quam qui ex his sexdecim literis eduntur, A. B. Γ. Δ. E. I K. Λ. M. N. O. Π. P. C. T. Υ. vbi habes vocales quinque A, E, I, O, V, ceteras consonas literas, in quarum vsum conspirasse primùm omnes vnanimi consensu gentes, nullus dubito, & hoc vult

Digitized by Google

Plinius: At vero in *Ionicarum* vſum conſenſum fuiſſe ab omnibus gentibus falſum eſt, cùm Athenienſes nonniſi ſero admiſerint, & nunquam omnibus Romani vſi ſint. Fuerunt igitur olim à Cadmo, vt plerique volunt, in Græciam literæ ſexdecim, iſtæ nempe, A. B. Γ. Δ. E. I. K. Λ. M. N. O. Π. P. C. T. Υ. neque enim plures ſoni ſunt, vt diximus, iis, qui ex his ſedecim literis fieri poſſunt: nam ceteræ literæ, quæ additæ ſunt ab aliis, & numerum viginti quatuor literarum conficiunt apud Græcos, vel ſolo tono differunt, à vocalibus, E, & O, vel aſpiratione addunt literis K, Π, T, vel literam Σ addunt cum Δ, & fit Z, cum K, vnde Ξ, & cum Π, ex quo Ψ. De his Plinius L. VII. cap. LVI. *Literas ſemper arbitror Aſſyrias fuiſſe: Sed alij apud Ægyptios à Mercurio, vt Gellius; alij apud Syros repertas volunt. Vtique in Græciam intuliſſe è Phœnice Cadmum* ſedecim *numero. Quibus Troiano bello Palamedem adieciſſe quatuor hac figura*, Θ, Ξ, Φ, X. *Totidem poſt eum Simonidem Melicum*, Z, H, Ψ, Ω, *quarum omnium vis in noſtris recognoſcitur. Ariſtoteles* X *&* VIII. *priſcas fuiſſe*, A, B, Γ, Δ, E, Z, I, K, Λ, M, N, O, Π, P, C, T, Υ, Φ: *& duas ab Epicharmo additas*, Θ, X, *quam à Palamede mauult. Anticlides in Ægypto inueniſſe quendam nomine Menona tradit*, XV. *annis ante Phoroneum antiquiſſimum Græciæ Regem: idque monumentis approbare conatur. E diuerſo Epigenes apud Babylonios* IↃCCXXX. *annorum obſeruationes ſiderum coctilibus laterculis inſcriptas docet, grauis auctor in primis, qui minimum, Beroſus, & Critodemus*, CCCCLXXX. *annorum. Ex quo apparet*

æternus literarum vſus. In Latium eas attulerunt Pelaſgi. Qui in Latium eas attulerunt Pelaſgi, ij ſunt, qui, Euandro duce, in Latium venerunt; itaque Euandro adſcribit Marius Victorinus. *Repertores literarum ex Phœnice in Græciam, & Euander ad nos tranſtulerunt,* A, B, C, D, E, I, K, L, M, N, O, P, R, S, T, V, *literas numero ſedecim, poſtea quaſdam à Palamede, & alias à Simonide adiectas, impleſſe numerum* XXIV. Ita optime hunc locum emendat Vir ſummus: Nam litera Q non eſt vna earum, quas in Græciam intulit Cadmus, neque cuiquam Græcæ literæ reſpondet; eaſdem autem literas in Latium tráſtulit Euander, quas in Græciam intulerat Cadmus, vt hic docet Marius, itemque his verbis: *Noſtri Latini cum literis vterentur, quas à Græcis acceperant,* A, B, C, D, E, I, K, L, M, N, O, P, R, S, T, V, *& Græci vocales haberent totidem, quot & nos,* A, E, I, O, V, *nam* H, *&* Ω, *poſtea ſunt ab his repertæ,* E, *&* O, *ternas apud eos habebant poteſtates.* Neque etiam G in veteri ab Euandro Latino Alphabeto locum habuit, ſed poteſtas illius & ſonus: nam Latina litera C. vicem *gammæ fungebatur.* Auſonius.

Hæc tribus in Latio tantum addit nominibus K,
Præualuit Poſtquam Gammæ *vice functæ*
prius C.

Fuerunt igitur ſedecim tantum apud Græcos literæ, à Cadmo allatæ, & ab Euandro in Latium tranſlatæ. Quanquam alij Palamedem, non autem Cadmum, auctorem faciebant. Tacitus Annali X. *Quidam Cecropem Athenienſem, vel Linum Thebanum,*

Digitized by Google

& temporibus Troianis Palamedem Argiuum memorant, ſexdecim literarum formas, mox alios, ac præcipuum Simonidem ceteras reperiſſe. qua de re ſibi ipſi teſtimonium dicit Palamedes apud Euripidem in cognomine fabula :

> Τὰ τῆς γε λήθης φάρμακ' ὀρθώσας μόνον,
> Ἄφωνα καὶ φωνοῦντα, συλλαβὰς τιθεὶς,
> Ἐξεῦρον ἀνθρώποισι γράμματα εἰδέναι.

Philoſtratus in Heroïcis : ἐν ἐκκλησίᾳ δέ ποτε τῶν Ἀχαιῶν ὄντων, γέρανοι μὲν ἔτυχον πετόμεναι τὸν εἰωθότα αὐταῖς τρόπον. ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς ἐς τὸν Παλαμήδην βλέψας, αἱ γέρανοι, ἔφη μαρτύρονται τοὺς Ἀχαιοὺς, ὅτι αὗται γράμματα εὗρον, οὐχὶ σύ. καὶ ὁ Παλαμήδης, ἐγὼ γράμματα οὐχ εὗρον, εἶπεν; ἀλλ' ὑπ' αὐτῶν εὑρέθην. πάλαι γὰρ ταῦτα ἐν Μουσῶν οἴκῳ κείμενα ἐδεῖτο ἀνδρὸς τοιούτου. θεοὶ δὲ τὰ τοιαῦτα δι' ἀνδρῶν σοφῶν ἀναφαίνουσι. γέρανοι μὲν οὖν οὐ μεταποιοῦνται, ἀλλὰ τάξιν ἐπαινοῦσαι, πέτονται. Tzetzes in Chiliadibus:

> Λέγουσι γὰρ οἱ σύμπαντες εὑρεῖν τὸν Παλαμήδην,
> Οἱ τὰ εἰκοσιτέσσαρα γράμματα καὶ στοιχεῖα,
> Μόνα δ' ἐκ πάντων δέκα ἓξ ἄπερ ἂν γνοίης μόνος.

Rurſum paullo poſt :

> Οὕτω μὲν τὰ ἑκκαίδεκα γράμματα καὶ στοιχεῖα
> Τινές φασιν ἐφεύρηκεν αὐτὸς ὁ Παλαμήδης.

Verum Scholiaſtes Euripidis, in eius Oreſtem, ſcribit, Palamedem, non *ſedecim* literarum, ſed *ſeptemdecim* fuiſſe inuentorem apud Græcos, hoc eſt, reperiſſe formas literarum *ſeptemdecim*, quas veteres *Atticas*

Digitized by Google

Atticas diximus, cũ antea Phœniceis vteretur literarũ formis: ἐπεὶ ὁ Παλαμήδης λέγεται εὑρηκέναι ΙΣ γράμματα μήπω τότε ὄντα, ἀλλὰ Φοινίκων γράμμασι χρῆσθαι οἱ ἄνθρωποι, ἄλλοι δ' ἄλλοις. Aristoteles vero priscas has literas *octodecim* fuisse scribit apud Pliniũ: *Aristoteles* X *&* VIII. *priscas fuisse*, A, B, Γ, Δ, E, Σ, I, K, Λ, M, N, O, Π, P, C, T, Υ, Φ, *& duas ab Epicharmo additas*, Θ, X, *quam à Palamede mauult*. Sed facile credo in numero Aristoteli conuenire cum Euripidis Scholiaste, fuisseque tantum *septendecim*; in quibus etiam vna, non tam litera, (neque enim consona, neque vocalis) quam aspirationis nota, H, quæ facile inter exscribendum mutauit in Z: itaque legendum apud Plinium: *Aristoteles* X *&* VII. *priscas fuisse*, A, B, Γ, Δ, E, I, K, Λ, M, N, O, Π, P, C, T, Υ, H: Φ *& duas* Θ, X, *ab Epicharmo additas, quam à Palamede mauult*. Certe omnino constat hanc aspirationis notam, H, à veteribus Atticis fuisse adscriptam initio vocum à vocali incipientium, vt in veteri columna HO, pro ὁ. HEPOΔO, Ηρώδου. HOΔOI, ὁδῷ. HEKATON, id est ἑκατόν. vnde H *centenarium* numerum notabat. Scaurus Grammaticus ex emendatione Viri Incomparabilis: *Quibus primum illud respondemus*, H, *& esse literam, & apud Græcos quoque fuisse, quod significant Attici, qui principes literas vocum, à quibus earum nomina incipiunt, numeris notantes, hac quoque in eadem significatione vtuntur: Nam quoties* vnum *notant*, I *literam ponunt, quoniam apud illos* μία, ἴα dicitur, δύο, Δ; τρία, T; *sic &* ἑκατὸν, *id est, centum*, H. *litera notant*: Scilicet Atticis literis

ta ſcribebatur, HEKATON: Priſcianus. *Vetuſtiſſimi enim quique Græci pro aſpiratione* H *ſcribebant, quam habebat* EKATON *in principio.* Vnde, vt diximus, H veteribus Græcis *centenarium* numerum denotat, quia vt obſeruat idem Priſcianus, *Attici ſolebant principalem nominis numeri literam ponere, & ſignificare numerum.* Adſcribebant quoque eandem aſpirationis notam, H, vocalibus in medio dictionum, vt in columna hortorum Farneſianorum, ENHOΔIA. Adponebant quoque literis conſonantibus, quæ δασεῖαι fieri debebant, nempe τῷ τε K, καὶ τῷ Π, καὶ τῷ T, hoc modo, KH, ΠH, TH. Exemplum habes in tabula antiqui æris apud Plinium L. VII. cap. LVIII. *Veteres Græcas. fuiſſe eaſdem pæne, quæ nunc ſunt Latinæ, indicio erit Delphica tabula antiqui æris, quæ eſt hodie in Palatio, dono Principum Mineruæ dicata in Bibliotheca, cum inſcriptione tali*: Ναυσικράτης Τισαμένου Ἀθηναῖος ἀνέθηκεν. Quia inſcriptio hæc veteribus literis Græcis cælata eſt, *pæne* videtur *Latinis* fuiſſe ſcripta, non igitur omnino iiſdem: Quare meo iudicio ita cælatum fuerat Atticis literis: NAVCIKRATEC. TICAMENO. ATHENAIOC. ANETHEKEN. vbi *pæne eaſdem* habes literas, *quæ ſunt Latinæ*; Solæ quippe P & C, abeunt paululum à Latinis, quanquam & hæc poſterior non multum, nam inde formata eſt Latina S, quæ cauſſa eſt, cur putem veteres Græcos, id eſt, Atticos, ſcripſiſſe potius C, quam Σ. Fuit igitur omnino neceſſe, vt hæc aſpirationis nota, H, quæ tantos

habuit vſus, in conſonis, ſin vocalibus literis, etiam in Alphabeto veteri extaret, quare fuerunt *ſexdecim* literæ, ſed etiam *ſeptemdecim* characterum formæ: itaque conciliandi ſunt Ariſtoteles, & Euripidis Scholiaſtes, cum ceteris, qui *ſedecim* tantum fuiſſe literas memorant. Sequitur apud Plinium in referenda Ariſtotelis ſententia, è noſtra emendatione: Φ *& duas* Θ, X, *ab Epicharmo additas, quam à Palamede mauult.* Plerique veterum Palamedem adinueniſſe τὰ δασέα γράμματα volunt, id potius Epicharmo adſcribebat Ariſtoteles: Palamedes autem auctor tantum dicitur aſpiratarum literarum, id eſt, Φ, Θ, X; Simonides vero duplicium literarum, Z, Ξ, Ψ, & longarum vocalium, H, Ω. Suidas in voce Σιμωνίδης. προσεξεῦρε δὲ καὶ τὰ μακρὰ τῶν στοιχείων, καὶ τὰ διπλᾶ. Sunt autem τὰ διπλᾶ τῶν στοιχείων, id eſt, duplices literæ, hæ, Z, Ξ, Ψ: aſpiratæ vero ſunt, Φ, Θ, X, quas vt inuenerit ſiue Palamedes, ſiue Epicharmus, ſupereſt: itaque Palamedem *tres* tantum adieciſſe refert Iſidorus. *His Palamedes Troiano bello tres adiecit*, H, X, Ω. Quanquam enim longe fallitur in literis notandis, quas adiecit Palamedes, ex vero tamen earum numerum repræſentat: Atque hinc eſt, quod apud Tzetzem dicuntur fuiſſe primum literæ *ſedecim*, quibus aliæ *tres* additæ; (hæ ſcilicet aſpiratæ, Φ, Θ, X, ſiue à Palamede, ſiue ab Epicharmo.) vnde exurgit literarum

Digitized by Google

nouemdecim numerus : Denique Simonides absoluit Alphabetum, additis *quinque* literis, duabus scilicet vocalibus longis, H, & Ω, cum tribus consonis duplicibus, Z, Ξ, Ψ, quibus impleuit numerum literarum viginti quatuor, quas Callistratus Samius Grammaticus ordine digessit, publicauit, & vt in vsum admitterentur, perfecit. Tzetzæ verba sunt:

Τὰ δὲ εἰκοσιτέσσαρα γράμματα καὶ στοιχεῖα
Ὁμοῦ συνωνυμημένως τε καὶ ἓν σῶμα φανέντα
Παρὰ Σαμίοις εὕρημα πρῶτον διαγνωσθῆναι,
Διὰ γραμματικοῦ τινος τὴν κλῆσιν Καλλιστρά-
του.
Τῶν συγγραμμάτων πρῶτον μὲν ἐχόντων ἓξ καὶ
δέκα,
Εἶτα ἐννεακαίδεκα τὰ σύμπαντα στοιχεῖα,
Καὶ καθεξῆς μέχρις αὐτῶν τῶν εἰκοσιτεσσάρων.

Nõn ignoro apud Plinium inter literas, quas adinuenerit Palamedes, hanc duplicem, Ξ, censeri *quibus*, inquit, *Troiano bello Palamedem adiecisse quatuor hac figura*, Φ, Ξ, Θ, X, *totidem post eum Simonidem Melicum*, Z, H, Ψ, Ω. Atqui litera Ξ est inter duplices, quas adiecisse dicitur Simonides. Præterea Suidas, in voce Παλαμήδης, ei adscribit litera Ξ est inter duplices, quas adiecisse dicitur Simonides. Præterea Suidas, in voce Παλαμήδης, ei adscribit literas tres aspiratas cum vna duplici, quæ est Z : ita enim legendum est apud Suidam, quod etiam Vir Incomparabilis monuit: καὶ εὑρετὴς

γέγονε Palamedes τοῦ Σ στοιχείου, καὶ τοῦ Θ, καὶ τοῦ Φ, καὶ τοῦ Χ. Adde in censu earum, quas *priscas* esse vult Aristoteles apud Plinium, vulgo haberi Z, & Φ. Sed nemo non videt, aliquem esse non posse auctorem vnius ex aspiratis, aut ex duplicibus literis, qui reliquarum duarum eiusdem ordinis auctor non sit, cùm eodem plane modo deprehendantur: nam quod ad duplices attinet, fiunt præpositis his tribus literis Δ, K, Π, literæ Σ: aspiratæ vero fiunt, præpositis his tribus literis, K, Π, T, notæ aspirationis, H. Ergo Palamédes, siue Epicharmus, tres literas aspiratas adinuenit, Θ, Φ, X, Simonides vero tres literas duplices, Z, Ξ, Ψ, & pręterea duas vocales longas, H, Ω: ita tamen vt formam literę vocalis longæ, H, non iuuenerit, sed ex veteri Alphabeto, in quo non litera proprie dicta, sed aspirationis tantum nota, siue ἐπίσημον erat, acceperit: cùm enim adinuentis tribus literis aspiratis à Palamede, aut Epicharmo, nullius vsus esse videretur in Alphabeto, priorem illum vsum aspirationis notandę, mutauit Simonides posteriore isto, quo facto litera H ἀντίστοιχος τῇ E βραχείᾳ. Varias igitur mutationes passa est hęc Gręcorum Grammatica: Nam primo vsi sunt Gręci *sedecim* illis literis, earũque formis, quas è Phœnice in Gręciam, vna cum patrio sermone, intulit Cadmus. Herodotus Musa V. οἱ δὲ Φοίνικες οὗτοι οἱ σὺν Κάδμῳ ἀπικόμενοι, ἄλλα τε πολλὰ, οἰκήσαντες ταύτην τὴν χώρην, ἐσήγαγον διδασκάλια ἐς τοὺς Ἕλληνας, καὶ δὴ καὶ γράμματα, οὐκ-

Digitized by Google

ἐόντα πρὶν Ἕλλησι, ὡς ἐμοὶ δοκέει. πρῶτα μὲν, τοῖσι καὶ ἅπαντες χρέωνται Φοίνικες· μετὰ δὲ χρόνου προβαίνοντος, ἅμα τῇ φωνῇ μετέβαλον καὶ τὸν ῥυθμὸν τῶν γραμμάτων. περιοίκεον δὲ σφέας τὰ πολλὰ τῶν χώρων τοῦτον τὸν χρόνον Ἑλλήνων Ἴωνες· οἱ παραλαβόντες διδαχῇ παρὰ τῶν Φοινίκων τὰ γράμματα, μεταρρυθμίσαντες σφέων ὀλίγα, ἐχρέωντο. χρεώμενοι δὲ, ἐφάτισαν, ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιον ἔφερε, εἰσαγαγόντων Φοινίκων ἐς τὴν Ἑλλάδα, Φοινικήια κεκλῆσθαι. Primo itaque fuerunt ipsissimæ Phœnicum literæ: sed Palamedes Troianis tẽporibus harum literarum formam paululum immutauit. Euripidis iam ante laudatus. ὅτι ὁ Παλαμήδης λέγεται εὑρηκέναι ΙΣ γράμματα μήπω τότε ὄντα, ἀλλὰ Φοινίκων γράμμασιν ἐχρῶντο οἱ ἄνθρωποι. Verum Herodotus id Palamedi nõ adscribit, sed Græcis in commune, qui Ionici generis, loca incolebant vicina iis, quæ occupauit cum suis Phœnicibus Cadmus. Quas habuerũt primo Græci literas à Cadmo illatas, ipsissimæ sunt Phœnicum, atque ita appellantur, vt puto: vbi vero paululum immutatæ sunt, siue à Palamede, siue ab aliis, dictæ sunt *Phœnicia*, vt hic habet Herodotus, itemque alterum de Palamede ad Euripidis Orestem Scholion: πρῶτον μὲν τὰ Φοινίκια διδάξας Palamedes ἦγεν αὐτοῖς. Tertio demum perfectum est & absolutum Alphabetum viginti quatuor literarum, quod *Jonicum* appellant, publicatum in patria à Grammatico Samio, cui nomen erat Callistrato: Quanquam autem etiam nonnihil forte abiret

Ionicarum literarum forma ab ea *Phœniciarum*, tamen ex earum indole facile recognoſcebatur, *Phœnicias* eſſe, ſiue etiam *Phœnicum*: neque enim multum ab harum forma diſcedebant. Vnde colligitur longe aliud fuiſſe Alphabetum, quod ad literarum formas attinet, *Phœnicum*, ab eo, quod *Samaritarum* dicitur, & antiquiſſimorum *Phœnicum* fuiſſe etiam eruditiſſimis viris perſuaſum video: Nam plures non videntur fuiſſe literæ, quam *ſexdecim*, apud Phœnices; plures quippe non intulit Cadmus, cùm tamen & ſermonem Phœnicum, & literas, in Græciam transferret: Deinde forma literarum, quas è Phœnice in Græciam ſiue vlla mutatione tranſtulit Cadmus, non multum differt à veteribus Græcis ſiue Atticis, quæ eædem pæne ſunt cum Latinis; quemadmodum neque hæ ab ipſis *Jonicis*, vt teſtatur Herodotus ibidem: ἴδον δὲ καὶ αὐτὸς Καδμήια γράμματα ἐν τῷ ἱρῷ τοῦ Ἀπόλλωνος τοῦ Ἰσμηνίου ἐν Θήβῃσι τῇσι Βοιωτῶν ἐπὶ τρίποσί τισι ἐγκεκολαμμένα, τὰ πολλὰ ὅμοια ἐόντα τοῖσι Ἰωνικοῖσι· ὁ μὲν δὴ εἷς τῶν τριπόδων ἐπίγραμμα ἔχει,

Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν, ἐὼν ἀπὸ Τηλεβοάων.

Ταῦτα ἡλικίην ἂν εἴη κατὰ Λάϊον τὸν Λαβδάκου τοῦ Πολυδώρου, τοῦ Κάδμου. ἕτερος δὲ τρίπους ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ λέγει,

Σκαιὸς πυγμαχέων με ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι
Νικήσας ἀνέθηκε τὶν περικαλλὲς ἄγαλμα.

Digitized by Google

Σκαιὸς δ᾽ ἂν εἴη ὁ Ἱπποκόωντος· εἰ δὴ οὗτός γ᾽ ἐστὶ ὁ ἀναθεὶς, καὶ μὴ ἄλλος τ᾽ αὐτὸ οὔνομα ἔχων τῷ Ἱπποκόωντος, ἡλικίαν κατὰ Οἰδίπουν τὸν Λαΐου. τρίτος δὲ τρίποις λέγει καὶ οὗτος ἐν ἑξαμέτρῳ,

> Λαοδάμας τρίποδ᾽ αὐτὸν ἐϋσκόπῳ Ἀπόλλωνι
>
> Μουναρχέων ἀνέθηκε τεῒν περικαλλὲς ἄγαλμα.

ἐπὶ τούτου δὴ τοῦ Λαοδάμαντος τοῦ Ἐτεοκλέος μουναρχέοντος ἐξανιστέαται Καδμεῖοι ὑπ᾽ Ἀργείων καὶ τρέπονται ἐς τοὺς Ἐγχελέας. Omnia iſta Epigrammata temporibus Troianis priora ſunt, quibus Palamedes literas ex ipſa Phœnice ſine vlla mutatione allatas, in *Phœnicias* mutauit, & tamen vides *Phœniciis* ſiue *Cadmeis* literis ſcripta fuiſſe Epigrammata hæc: vnde dicendum eſt, paullo poſt exceſſum Cadmi, nam Laïo Cadmi pronepote rerum potiente Thebis, ſcriptum eſt primum Epigramma, immutatas fuiſſe *Phœnicum* literas, in has *Phœnicias*, in quibus etiam poſtea forte aliquid de nouo immutauit Palamedes, qui tamen id princeps non fecit, vt ex his Epigrammatatis conſtat, quanquam id ei tribuant Grammatici, ſed male: Epigrammata autem *Phœniciis* literis, ſiue *Atticis* ita fuiſſe videntur deſcripta.

ΑΜΓΗΙΤΡVΟΝ. Μ. ΑΝΕΤΗΕΚΕΝ. ΕΟΝ. ΑΓΟ. ΤΕΛΕΒΟΑΟΝ.

Ἀμφιτρύων μ᾽ ἀνέθηκεν ἐὼν ἀπὸ Τηλεβοάων.

Digitized by Google

CKAIOC. ΓΥΓΜΑΚΗΕΟΝ. ΜΕ. ΗΕΚΕΒΟ-
ΛΟΙ. ΑΓΟΛΛΟΝΙ.
NIKECAC. ANETHEKE. TEIN. ΓΕΡΙΚΑΛ-
ΛΕC. ΑΓΑΛΜΑ.
Σκαιὸς πυγμαχέων με ἑκηβόλῳ Ἀπόλλωνι
Νικήσας ἀνέθηκε τεῒν περικαλλὲς ἄγαλμα.
ΛΑΟΔΑΜΑC. ΤΡΙΓΟΔ. ΑΥΤΟΝ. ΕΥCΚΟ-
ΓΟΙ. ΑΓΟΛΛΟΝΙ.
MONAPKEON. ANETHEKE. TEIN. ΓΕΡΙ-
ΚΑΛΛΕC. ΑΓΑΛΜΑ.
Λαοδάμας τρίποδ' αὐτὸν ἐϋσκόπῳ Ἀπόλλωνι
Μουναρχέων ἀνέθηκε τεῒν περικαλλὲς ἄγαλμα.
Nisi dicamus, quod verius puto, Cadmum cum sermone patrio literas ipsas *Phœnicum* in Græciam importasse, sed Cadmi posteros, eiurato sermone Phœnicum, Græcè locutos fuisse, nihilo tamen minus literas *Phœnicum* immutatas in scribendo vsurpasse: En tibi exemplum Græci sermonis in Epigrammate anathematis ab Amphitruone consecrati, regnante Thebis Laïo Cadmi pronepote, vt & Laodamantis Eteoclis Filij paullo ante Troianum bellum, qui literis *Cadmeïs*, teste Herodoto, id est, vt ego interpretor, ipsissimis *Phœnicum* literis hæc Epigrammata conscripserunt: Sed bello Troiano Palamedes, aut circa ea tempora, vt colligere est ex Herodoto; nam Laodamante Eteoclis Filio paullo ante bellum Troianum Thebis regnante, adhuc erat vsus literarum *Cadmearum*, siue *Phœnicum*, circa tempora, inquam, belli Troiani, siue Palamedes, siue Græci generis Ionici,

μετῤῥυθμισθέντων ὀλίγα τῶν γραμμάτων, quæ hactenus illis in vsu fuerant, forma eadem, qua à Cadmo & Phœnicibus acceperant: atque has literas paululum à se immutatas, Φοινίκηια γράμματα dixerunt; quare etiam Palamedes in Scholio ad Euripidis Orestem dicitur docuisse Græcos τὰ Φοινίκια: Postea publicata est à Callistrato Sancio *Jonica* τῶν εἰκοσιτεσσάρων στοιχείων Γραμματική, in qua præter *sedecim* illas veteresque *Phœnicias* literas, in quibus immutandis, quod ad formam illarum attinet, an sibi quicquam permiserit audax hæc Græculorum natio, pro certo non scio, tamen mihi non videtur; sed *sedecim* literis *Phœnicijs* octo ab alijs de nouo inuentas addiderunt: non multum autem abibant veteres illæ Phœnicum ipsorum literæ à Cadmi posteris Græcisque vsurpatæ, ad Troiani belli tempora vsque, *à Phœnicijs*, siue *Ionicis*, quæ obtinebant iam tum Herodoti æuo, quanquam nondum *Jonica* τῶν εἰκοσιτεσσάρων στοιχείων Γραμματική apud Athenienses erat in vsu. Quæ sequūtur apud Plinium, etiamsi Græcorum literas non spectent, sunt tamen à nobis, Deo dante, illustranda: *Anticlides in Ægypto inuenisse quendam nomine Menona tradit, XV. annis ante Phoroneum antiquissimum Græciæ Regem: idque monumentis approbare conatur: & diuerso Epigenes, apud Babylonios* IↃCCXXX. *annorum obseruationes siderum coctilibus laterculis inscriptas docet: grauis auctor in primis, qui minimum, Berosus, & Critodemus* CCCCLXXX. (alij codd. habent CCCCXC.) *annorum.* Quod Anticlides de literarum inuētione in Ægy-

Digitized by Google

pro habet, & adſcripſit neſcio cui *Menoni*, quindecim ante Phoroneum Regem annis, puto referendum eſſe ad *Jus* tempora, quæ literas Ægyptiis tradidiſſe dicitur, fortaſſe huic *Menoni* primum, qui gloriam inuentarum literarum ſibi adſcripſit, tacito *Ius* nomine: de ea Iſidorus Originum Lib. I. *Ægyptiorum literas Yſis* (ea Græcis eſt Io.) *Jnachi filia, de Græcia veniens in Ægyptum, reperit, & Ægyptijs tradidit.* Io autem Inachi erat filia. Apollodorus Bibliothecæ Lib. II. Κάστωρ δὲ ὁ συγγράψας τὰ χρονικὰ ἀγνοήματα, καὶ πολλοὶ τῶν τραγικῶν, Ἰνάχου τὴν Ἰὼ λέγουσι. Euſebius numero CLX. *Inachi filia Io, quam Ægyptij mutato nomine Iſidem colunt.* Phoroneus quoque Inachi erat filius, ac proinde *Ius* frater, & quindecim antequam Phoroneus regnare inciperet annis, id eſt, anno Inachi triceſimo quinto, *Menon* literas ab *Io* iam acceptas Ægyptiis tradidit. Ad initia imperij eiuſdem Phoronei (neque enim aliò poteſt) referri debet, quod de obſeruationibus ſiderum coctilibus laterculis apud Babylonios inſcriptis hic docet Plinius; Sed Epigenem mitto; nam calculus eius ſuperat tempora Diluuij, Beroſi potius habenda eſt ratio, grauis in primis, vt hic ſcribit Plinius, auctoris, qui obſeruationes ſiderum annorum quadringentorum nonaginta ante Phoroneum perſcriptas haberi apud Babylonios memoriæ prodidit, vt & Critodemus. Regnare cœpit Phoroneus ex Euſebij calculo, anno ducenteſimo decimo numeri Euſebiani, id eſt anno Periodi Iulianæ bis milleſimo nongenteſimo ſeptimo: at ve-

Digitized by Google

μετερρυθμισμένα ὀλίγα τῶν γραμμάτων, quæ hactenus illis in vsu fuerant, forma eadem, qua à Cadmo & Phœnicibus acceperant: atque has literas paululum à se immutatas, Φοινίκηϊα γράμματα dixerunt; quare etiam Palamedes in Scholio ad Euripidis Orestem dicitur docuisse Græcos τὰ Φοινίκια: Postea publicata est à Callistrato Sancio *Ionica* τῶν εἰκοσιτεσσάρων στοιχείων Γραμματική, in qua præter *sedecim* illas veteresque *Phœnicias* literas, in quibus immutandis, quod ad formam illarum attinet, an sibi quicquam permiserit audax hæc Græculorum natio, pro certo non scio, tamen mihi non videtur; sed *sedecim* literis *Phœnicijs* octo ab alijs de nouo inuentas addiderunt: non multum autem abibant veteres illæ Phœnicum ipsorum literæ à Cadmi posteris Græcisque vsurpatæ, ad Troiani belli tempora vsque, *à Phœnicijs*, siue *Ionicis*, quæ obtinebant iam tum Herodoti æuo, quanquam nondum *Ionica* τῶν εἰκοσιτεσσάρων στοιχείων Γραμματική apud Athenienses erat in vsu. Quæ sequūtur apud Plinium, etiamsi Græcorum literas non spectent, sunt tamen à nobis, Deo dante, illustranda: *Anticlides in Ægypto inuenisse quendam nomine Menona tradit, XV. annis ante Phoroneum antiquissimum Græciæ Regem: idque monumentis approbare conatur: & diuerso Epigenes, apud Babylonios* IↃCCXXX. *annorum obseruationes siderum coctilibus laterculis inscriptas docet: grauis auctor in primis, qui minimum, Berosus, & Critodemus* CCCCLXXX. (alij codd. habent CCCCXC.) *annorum.* Quod Anticlides de literarum inuētione in Ægy-

pro habet, & adscripsit nescio cui *Menoni*, quindecim ante Phoroneum Regem annis, puto referendum esse ad *Ius* tempora, quæ literas Ægyptiis tradidisse dicitur, fortasse huic *Menoni* primum, qui gloriam inuentarum literarum sibi adscripsit, tacito *Ius* nomine: de ea Isidorus Originum Lib. I. *Ægyptiorum literas Ysis* (ea Græcis est Io.) *Inachi filia, de Græcia veniens in Ægyptum, reperit, & Ægyptijs tradidit.* Io autem Inachi erat filia. Apollodorus Bibliothecæ Lib. II. Κάστωρ δὲ ὁ συγγράψας τὰ χρονικὰ ἀγνοήματα, καὶ πολλοὶ τῶν Τραγικῶν, Ἰνάχου τὴν Ἰὼ λέγουσι. Eusebius numero CLX. *Inachi filia Io, quam Ægyptij mutato nomine Isidem colunt.* Phoroneus quoque Inachi erat filius, ac proinde *Ius* frater, & quindecim antequam Phoroneus regnare inciperet annis, id est, anno Inachi tricesimo quinto, *Menon* literas ab *Io* iam acceptas Ægyptiis tradidit. Ad initia imperij eiusdem Phoronei (neque enim aliò potest) referri debet, quod de obseruationibus siderum coctilibus laterculis apud Babylonios inscriptis hic docet Plinius; Sed Epigenem mitto; nam calculus eius superat tempora Diluuij, Berosi potius habenda est ratio, grauis in primis, vt hic scribit Plinius, auctoris, qui obseruationes siderum annorum quadringentorum nonaginta ante Phoroneum perscriptas haberi apud Babylonios memoriæ prodidit, vt & Critodemus. Regnare cepit Phoroneus ex Eusebij calculo, anno ducentesimo decimo numeri Eusebiani, id est anno Periodi Iulianæ bis millesimo nongentesimo septimo: at ve-

Digitized by Google

ro, si veritatem sequimur, annus, quo regnare cœpit Phoroneus erat bis millesimus nongentesimus vndecimus Periodi Iulianæ. Refert Simplicius Commentariis ad Librum II. Aristotelis de Cœlo, Chaldæos Callistheni interroganti respondisse, Babylonem occupatam fuisse ab Alexandro, anno millesimo nongentesimo tertio, ex quo obseruationes siderum habebãt perscriptas. Simplicij verba sunt. ὑπ' Ἀριστοτέλους οὕτω πειθομένους ἕπεσθαι δεῖ μᾶλλον τοῖς ὑστέροις, ὡς μᾶλλον σώζουσι τὰ φαινόμενα, ἐκείνων μήτε τελείως σωζόντων, μήτε τοσαῦτα φαινόμενα εἰδότων διὰ τὸ μήπω τὰς ὑπὸ Καλλισθένους ἐκ Βαβυλῶνος πεμφθείσας παρατηρήσεις ἀφῖχθαι εἰς τὴν Ἑλλάδα, τοῦ Ἀριστοτέλους τοῦτο ἐπισκήψαντος αὐτῷ, ἅς τινας διηγεῖται ὁ Πορφύριος χιλίων ἐτῶν εἶναι καὶ ἐννακοσίων τριῶν μέχρι τῶν χρόνων Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος σωζομένας, μηδὲ δυναμένων δεῖξαι δι' ὑποθέσεων τὰ πιστευόμενα. Venit autem in Alexandri potestatem Babylon anno Periodi Iulianæ quatermillesimo tercentesimo octagesimo tertio: Ergo primus harum obseruationum annus cepit anno bis millesimo quadringentesimo octagesimo primo, id est, sexaginta elapsis post Diluuium annis: Incidit namque Diluuium in annum Periodi Iulianæ bis millesimum quadringentesimum vicesimum: Verum è Beroso, vt hic refert Plinius, paullo maior est numerus annorum obseruationum siderum apud Babylonios, his scilicet *sexaginta* annis maior est: Nam auctor est Berosus, grauis in primis scriptor, apud Babylonios haberi obseruationes siderum perscriptas

Digitized by Google

annorum ante Phoroneum quadringentorum nonaginta. Cepit autem Phoroneus regnare anno Periodi Iulianæ bis milleſimo nongenteſimo vndecimo. Annos quadringentos nonaginta deme ex his annis bis mille nongentis decem, reliquantur anni bis mille quadringenti & viginti: Cepit ergo annus primus obſeruationum ſiderum apud Babylonios anno bis milleſimo quadringenteſimo viceſimo primo Periodi Iulianæ, qui annus Diluuium excepit, & natalem præceſſit Arphaxadi, à quo Chaldæi originem ducunt, vt è Ioſepho & Euſebio conſtat: Et hæc quidem hactenus de *literarum* inuentione, ſequitur vt & pauca de *Notis* addamus, id eſt, earum inuentoribus, de quibus Iſidorus Originum Lib. I. *Vulgares notas Ennius primus mille & centum inuenit. Notarum vſus erat, vt quicquid pro concione, vel contentione, aut in iudicijs diceretur, librarij ſcriberent complures ſimul adſtantes, diuiſis inter ſe partibus, quot quiſque verba, & quo ordine exciperet. Romæ primus Tullius Tiro Ciceronis libertus commentatus eſt notas. Sed tantum præpoſitionum. Poſt eum Tertius Perſannius, Philargyrus, & Aquila libertus Mecænatis, alius alias addiderunt. Deinde Seneca, contracto omnium, digeſtóque, & aucto numero, opus effecit in quinque millia.* Hunc locum attigit CL. Lipſius, Centuriæ I. ad Belgas Epiſtola XXVII. & ita emendat, partim è liberis, partim è coniectura: *Vulgares notas Perſannius primus mille & centum inuenit. Notarum vſus erat, vt quicquid pro concione, aut in iudicijs, diceretur, librarij ſcriberent complures ſimul adſtantes, diuiſis*

inter ſe partibus, quot quiſque verba, & quo ordine exciperet: Romæ primus Tullius Tiro Ciceronis libertus commentatus eſt notas, ſed tantum præpoſitionum. Poſt eum Perſannius Philargyrus, & Aquila libertus Mecænatis, alius alias addiderunt: Verum ego nihil hic mutandum cenſeo. *Notæ* apud Iſidorum, aliæ ſunt *Sententiarum*, aliæ *Juridicæ*, aliæ *Militares*, aliæ *Vulgares*, aliæ eæ, quas primus inuenit Tullius Tiro. *Sententiarum notas* repræſentat Iſidorus præcedenti capite: *Juridicas* atque *Militares* duobus ſequentibus, de quibus etiam Valerius Probus, Magno, Paulus Diaconus, & Papiæ Gloſſarium, in quibus leges etiam *Vulgares* has, quas reperit Ennius, nam ſententia mea eſt, *Vulgares notas* dici, cùm litera vocem, de cuius ſcriptura eſt, ſignificat, vt, exempli gratia, C, *Caïum* ſignificat, Ɔ, *Caïam*: Atque has *Vulgares notas Ennius primus mille & centum* inuenit. *Notæ* vero aliæ ſunt, quas primus reperit Tullius Tiro Ciceronis libertus: Characteres quippe ſunt, non literæ: Has autem Notas publici juris, magno ſtudioſorum omnium bono, fecit Vir CL. eruditiſſimuſque Ianus Gruterus ὁ μακαρίτης, & de his Iſidorus, apud quem reſcribo, & diſtinguo: *Romæ primus Tullius Tiro Ciceronis libertus commentus eſt notas: ſed præpoſitionum tantum poſt eum tertius Perſannius, Philargyrus, & Aquila libertus Mecænatis, alius alias addiderunt.* Quinque omnino ſunt, ſi Ennium excipias, qui hic recenſentur ab Iſidoro, *Notarum* illarum auctores, Tullius Tiro, Philargyrus, Aquila, Perſannius, & Seneca: primus in

his fuit Tullius Tiro Ciceronis libertus, Tironem exceperunt Philargyrus, & Aquila; colligo ex Iſidoro, qui de Perſannio ſcribit, *tertium* fuiſſe poſt Tironem: Ergo præcedunt Perſannium Philargyrus, & Aquila, quos cum ſequatur Perſannius, certe omnino tertius eſt poſt Tullium Tironem: Atque hic Perſannius *notas* quidem inuenit, *ſed præpoſitionum tantum*, inquit Iſidorus, quo mihi ita intelligendum videtur: Tullius Tiro, Philargyrus, atque Aquila, *notas* verborum, exempli gratia, *Capit*, *Cedit*, inuenerunt: Perſannius præpoſitiones his verbis addidit, atque ita *præpoſitionum notas* inuenit: habes in his Notis.

CAPIT.	CEDIT.	
Accipit.	*Abſcedit.*	
Concipit.	*Accedit.*	
De ſcilicet *Decipit*, & ita de ceteris.	*Concedit.*	
Ex	*De* ſcilicet *Decedit*, & ita de reliquis.	
In	*Dis*	
Inter	*Ex*	
Per	*In*	*Præ*
Præ	*Inter*	*Re*
Re	*Per*	*Se*
Sus.	*Pro*	*Succedit.*

Igitur Tullius Tiro, aut Philargyrus, aut Aquila *notas*, quibus ſimplices voces deſignabantur, inuenerunt; at vero Perſannius *notas* tantum, quibus voces ex præpoſitionibus compoſitæ repræſentabantur. Fuerunt tamen plures his quinque, (mit-

Digitized by Google

to vocabula Christianorum vsibus necessaria, quorum notas adiecit non tantum S. Cyprianus Carthaginensium Præsul & Martyr, sed etiam alij S. Cypriani æuo inferiores.) qui *Notas* has, quas edidit CL. Gruterus, inuenerunt: Ecce enim pag. LXIV. & LXV, recensentur Imperatores ad Antoninum vsque; ita vt qui has Notas auxit, videatur temporibus *M. Aurelij Jmperatoris* vixisse, cum iam amplius non superesset in viuis *Antoninus Pius*, qui illi dicitur in his Notis, *Diuus Antoninus*. Inter ceteras autem Notas, pag. CXXXVIII, col. 1. nonnullas habes, ad quas leges,

Cirenæ.	*Cretacerenæ,*	*Creta.*
Creticus.	*Cretare.*	*Cretensis.*

Quid autem est hoc verbi, *Cretacerenæ?* Toto hoc capite Prouinciarum aut Vrbium nomina, & quæ inde deducta sunt, referuntur: Itaque hic duo nomina in vnum coaluerunt, quæ ita distinguenda sunt, *Creta*, *Cyrenæ*. Dices, quare hæc duarum Prouinciarum, aut certe vnius Vrbis, qua tota Cyrenaïca Prouincia designatur, at qua vnius Prouinciæ nomina, vna coniunctim repræsentantur nota? Existimo id factum, quia *Creta* atque *Cyrenaïca* ab vno eodémque Rectore administrabantur ex Augusti instituto. Strabo Lib. XVII. καὶ νῦν ἡ Κυρηναία ἐστὶν ἐπαρχία τῇ Κρήτῃ συνεζευγμένη. eodémque Lib. extremo inter Prouincias Populi Romani recenset ὀγδόην δὲ Κρήτην μετὰ τῆς Κυρηναίας. Cùm *Creta* igitur & *Cyrenæ* vnam tantum illo æuo constituerent Prouinciam, vna tantum repræsentantur no-

ta.

Digitized by Google

ta. Addamus his quæ de literis diximus alia nonnulla de ætate puerorum, qui harum cognitione literarum erant imbuendi: Hesiodus, siue quis alius fuit auctor τῶν Ὑποθηκῶν, nonnisi septennes pueros ad literatorem mitti volebat, quod non probat Chrysippus, neque item Quintilianus, qui eam omnem ætatem, quæ ad mores pertinet, etiam ad literas pertinere existimauerunt. Quintiliani verba sunt è Lib. I. *Quidam literis instituendos, qui minores septem annis essent, non putauerunt, quod illa prima ætas, & intellectum disciplinarum capere, & laborem pati non possit. In qua sententia Hesiodum esse plurimi tradunt, qui ante Grammaticum Aristophanem fuerunt. Nam is primus Ὑποθήκας, in quo Libro scriptum inuenitur, negauit esse huius Poëtæ. Sed alij quoque auctores, inter quos Eratosthenes, idem præceperunt. Melius autem, qui nullum tempus vacare cura volunt, vt Chrysippus: Nam is, quamuis nutricibus triennium dederit, tamen ab illis quoque iam informandam quàm optimis institutis mentem infantium iudicat. Cur autem ad literas non pertineat ætas, quæ iam ad mores pertinet?* Hesiodo atque Eratostheni accedit Paulus Ægineta (quod & ante nos adnotauit Vir Incomparabilis) Lib. I. cap. XIV. in quo studia puerorum adolescentiúmque describit: τοὺς νηπίους καὶ ἀπὸ τοῦ γάλακτος γεγονότας, ἐν ἀνέσει τε ἐᾶν, καὶ ἱλαρότητι. ἀπὸ δὲ τῶν ἓξ καὶ ἑπτὰ ἐτῶν τούς τε παῖδας καὶ τὰς κόρας Γραμματισταῖς παραδοῦναι πρᾳέσι καὶ φιλανθρώποις. τοὺς δὲ δωδεκαέτεις τῶν παίδων, πρός τε Γραμματικοὺς φοιτᾶν ἤδη καὶ Γεωμέτρας. ἀπὸ δὲ τῶν τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν μέχρι τελείων

ἑβδομάδων, ἁρμόσει μαθημάτων ἄσκησις, καὶ φιλοσόφων λόγων κατήχησις. Eadem habet Aëtius Lib. IV. cap. XXIX. ex eodem auctore: ἀπὸ δὲ τῶν ἑπτὰ ἐτῶν ἐπὶ γράμματα φέρειν, παραδιδωμι τε παραίτεσι καὶ φιλανθρώποις διδασκάλοις. ἀπὸ δὲ τῶν ιδ΄. ἐτῶν μέχρι τῶν κα΄. ἁρμόζει μαθημάτων ἄσκησις καὶ φιλοσόφων λόγων. Aristoteles extremo Lib. VII. de Republica, agens de puerulis, antequam ad quintum ætatis annum peruenerint: εὔλογον οὖν ἀπελαύνειν ἀπὸ τῶν ἀκουσμάτων καὶ τῶν ὁρωμένων ἀνελευθερίας, καὶ τηλικούτους ὄντας. Hinc Demipho apud Plautum Mercatorem.

Puer sum, Lysimache, septuennis,
Hodie ire in ludum occœpi literarium.

Nam facile hi teneri animi ijs, quæ tunc primum oculis vsurparunt, aut fando acceperunt, etiam in posterum acquiescunt:

Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem
Testa diu.

In quam sententiam refert ibidem summus doctor Theodori cuiusdam Tragœdiarum actoris factum dictúmque cum primis memorabile: ἴσως γὰρ οὐ κακῶς τὸ τοιοῦτον ἔλεγε Θεόδωρος ὁ τῆς τραγῳδίας ὑποκριτής. οὐδενὶ γὰρ πώποτε παρῆκεν ἑαυτοῦ προεισάγειν, οὐδὲ τῶν εὐτελῶν ὑποκριτῶν, ὡς οἰκειουμένων τῶν θεατῶν ταῖς πρώταις ἀκοαῖς. Συμβαίνει δὲ ταὐτὸ τοῦτο καὶ πρὸς τὰς τῶν ἀνθρώπων ὁμιλίας, καὶ πρὸς τὰς τῶν πραγμάτων. πάντα γὰρ στέργομεν τὰ πρῶτα μᾶλλον. διὸ δεῖ τοῖς νέοις πάντα ποιεῖν ξένα τὰ φαῦλα· μάλιστα δ᾽ αὐτῶν, ὅσα ἔχει ἢ μοχθηρίαν, ἢ δυσμένειαν. Sed cor-

rupta ſunt iſta verba, οὐδὲ τῶν ἁπλῶν ὑποκειτῶν. nihil quippe noui hic faceret Theodorus Tragœdiarum actor, ſi nollet eos de ſuo grege hiſtriones, qui non ſatis in hac illaudata arte laudati eſſent, primos in ſcenam prodire: imo contradicebat Theodorus, neminem eſſe de ſuo grege tam peritum hiſtrioniæ, cuius arti fideret tantum, quantum ſuæ ipſius, vt primas dramatis partes agendas illi daret, atque committeret, ſibi enim vni eas credebat, cùm ſciret ſpectatores, vt plurimum, de grege hiſtrionum iudicium ferre ex ijs, qui primi de illo in ſcenam prodeunt. Reſcribo igitur apùd Ariſtotelem: ἴσως γὰρ οὐ κακῶς ἔλεγε τὸ τοιοῦτον Θεόδωρος ὁ τῆς Τραγῳδίας ὑποκειτής. οὐδενὶ γὰρ πώποτε παρῆκεν ἑαυτοῦ προεισάγειν, οὐδὲ τῶν εὐστόλων ὑποκειτῶν, ὡς οἰκειουμένων τῶν θεατῶν ταῖς πρώταις ἀκοαῖς. Emendauimus τῶν εὐστόλων pro ἁπλῶν. οἱ εὔστολοι ὑποκειταὶ dicuntur, qui bene ſunt inſtructi atque ornati: καὶ Σκευὴ μὲν ἡ τῶν ὑποκειτῶν, στολὴ, inquit Pollux Lib. IV. cap. XVIII. poſſet & τῶν εὐσταλῶν: ſed prius malo. Sequitur apud Ariſtotelem inſtitutio puerorum ab anno quinto ætatis ad ſeptimum, à ſeptimo ad quartumdecimum, à quartodecimo, ad viceſimum primum: διελθόντων δὲ τῶν πέντε ἐτῶν, τὰ δύο μέχρι τῶν ἑπτὰ δεῖ θεωρεὺς ἤδη γίγνεσθαι τῶν μαθήσεων, ἃς δεήσει μανθάνειν αὐτούς· δύο δ' εἰσὶν ἡλικίαι, πρὸς ἃς ἀναγκαῖον διῃρῆσθαι τὴν παιδείαν· μετὰ τὴν ἀπὸ τῶν ἑπτὰ, μέχρι ἥβης· καὶ πάλιν μετὰ τὴν ἀφ' ἥβης, μέχρι τῶν ἑνὸς καὶ εἴκοσιν ἐτῶν. οἱ γὰρ ταῖς ἑβδομάσι διαιροῦντες τὰς ἡλικίας, ὡς ἐπὶ τὸ

Digitized by Google

πολὺ, λέγουσι οὐ καλῶς, δεῖ δὲ τῇ διαιρέσει τῆς φύσεως ἐπακολουθεῖν. Sed quid audio? eos qui hominum ætates in hebdomadas distribuunt λέγειν οὐ καλῶς, vt plurimum? imo tu ipse, ὦ 'γαθὲ, in hebdomadas distribuis: nam quamuis primam hebdomadem in tria diuidat interualla, vt qui triennium det nutricibus, deinde μετὰ τὸν ἀπογαλακτισμὸν biennium numeret, atque iterum ab anno quinto biennium; vnde exurgit prima ætatis hominum hebdomas; tamen negat Aristoteles tota hac hebdomade literis instituendas esse pueros. Præterea ij non sunt dicendi λέγειν οὐ καλῶς, qui distribuunt hominum ætates in hebdomadas: ij quippe hac sua distributione τῆς φύσεως ἐπακολουθοῦσι. Nam *ex ijs omnibus*, vt Censorini verbis dicam, *proxime videntur accessisse naturam, qui hebdomadibus humanam vitam emensi sunt: fere enim post septimum quemque annum articulos quosdam, & in his aliquid noui natura ostendit, vt & in Elegia Solonis cognoscere datur. ait enim in prima hebdomade dentes homini cadere, in secunda pubem apparere, in tertia barbam nasci, in quarta vires, in quinta maturitatem ad stirpem relinquendam, in sexta cupiditatibus temperari, in septima prudentiam linguámque consummari, in octaua eadem manere, in qua alij dixerunt oculos albescere, in noua omnia fieri languidiora, in decima hominem fieri morti maturum.* Sed fortasse existimabit aliquis, Aristotelem dicere, τοὺς ταῖς ἑβδομάσι διαιροῦντας τὰς ἡλικίας, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, λέγειν οὐ καλῶς, non quidem in eo, quod hebdomadibus humanam vitam emetiantur, sed quod non di-

Digitized by Google

ſtinguant hæc interualla commode. Equidem non negauerim Hippocrati, qui partim in hebdomadas hominum ætates diſtribuit, in his omnibus interuallis non conuenire cum Ariſtotele, & qui prior eo eſt, Solone, ſed tamen adeo diuerſus non abit, vt merito dici poſſit, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ λέγειν οὐ καλῶς. Nam de ſeptem gradibus, in quos ætatem diſtribuit, quatuor, atque in his duo primi, commode hebdomadum interuallis ſunt diuiſi: Nullus igitur dubito mendoſum eſſe Ariſtotelis locum, qui ita emendandus ſit: οἱ γὰρ ταῖς ἑβδομάσι διαιροῦντες τὰς ἡλικίας, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, λέγουσιν οὐκ ἄλλως. *Non* certe *aliter, vt plurimum*, pronunciant, in emetiendis humanæ vitæ interuallis, ij, qui ætatem hominum in hebdomadas diſtribuunt, quam ab Ariſtotele factum eſt: quod facile probamus ex Cenſorino: nam Soloni plane conuenit cum Ariſtotele, quemadmodum & Hippocriti in duobus primis gradibus de tribus. Verba Cenſorini hæc ſunt. *Hippocrates Medicus in ſeptem gradus ætatem diſtribuit: finem primæ putauit ſeptimum annum, ſecundæ quartumdecimum, tertiæ duodetrigeſimum, quartæ tricenſimum quintum: quintæ duo & quadragenſimum; ſextæ quinquagenſimum ſextum; ſeptimæ nouiſſimum annum vitæ humanæ. Solon autem partes fecit decem, & Hippocratis gradum tertium, & ſextum, & ſeptimum, ſingulos bifariam diuiſit, vt vnaquæque ætas annos haberet ſeptenos.*
Apud Iudæos, ſtante ſecundo Templo, Ioſue Gamlæ Filius conſtituit, vt oppidatim præficerentur tota Iudæa elementarij præceptores, &

pueri circa annum ætatis ſextum aut ſeptimum ire occiperent in hos literarios ludos: Habes Codice Talmudico בבא בתרא, cap. לא יחפור II. fol. XXI. גמלא כן שבט כבן שש אותן ומכניסין ועיר עיר ובכל ומדינה מדינה בכל תיקן שהיו מושיבין מלמדי תינוקות *Ioſue Gamlæ Filius conſtituit, vt in ſingulis Prouinciis atque vrbibus præficerent elementarios Magiſtros, iiſque in diſciplinam traderent liberos circa annum ætatis ſextum, aut ſeptimum.* Sed quænam fuerit apud Iudæos poſt reditum è captiuitate Babylonica ἡ τῶν παιδῶν ἀγωγή, in noſtris ad Ioſephum Notis, ſi Deus vitam atque otium dederit, accurate docebimus.

CAP. II.

Tres fuerunt Chœrili: *primus Athenienſis, Tragicus Poëta: alter Samius, Epicus Poëta, Tragico paullo minor: tertius Alexandri Magni æqualis, cuius exempla in medium non profert in Topicis Ariſtoteles: nondum enim quicquam ſcripſerat hic* Chœrilus. *De ordine & tempore, quo ſcripti ſunt Libri* Topicorum, *itémque* Analyticorum *Ariſtotelis. De Epico Cyclo: Ariſtotelis locus emendatus.*

QVot fuerint Poëtæ nomine CHOERILI inſignes non conuenit inter viros magnos: nam Vir Illuſtris in Animaduerſionibus Euſebianis ad Euſebianum numerum cIↃ IↃxxxiv. vnum

Digitized by Google

tantum fuisse *Chærilum* existimat, qui Persicis temporibus floruit, & expeditionem Xerxis in Græciam epico carmine conscripsit. Lilius Giraldus putauit duos fuisse *Chærilos*, in cuius sententiam iuit vir maximus in Lib. de Satyra Horatiana; rémque ita explicat: vnum scilicet fuisse summum & præstantissimum Poëtam, qui ad septuagesimam quartam Olympiada vixit, vt notant veteres, & cum Homero componebat antiquitas, cuius exordia laudat Aristoteles Rhetoric. Lib. III. cap. XIV. *τοῦτο δ' ἐστὶν, ἐκ τῶν πρὸς ἀκροατὴν, εἰ περὶ παραδόξου λόγος, ἢ περὶ χαλεποῦ, ἢ περὶ τεθρυλλημένου πολλοῖς, ὥστε συγγνώμην ἔχειν. οἷον Χοιρίλος, Νῦν δ' ὅτε πάντα δέδασται.* Hemistichium istud alibi habes cum nonnullis alijs versibus, qui sane suauissimi sunt, atque eo, quem tantopere commendant veteres, Poëta digni:

Ὦ μάκαρ ὅστις ἔην κεῖνον χρόνον ἴδρις ἀοιδῶν
Μουσάων θεράπων, ὅτ' ἀκήρατος ἦν ἔτι λειμών·
Νῦν δ' ὅτε πάντα δέδασται, ἔχουσι πείρατα τέχναι,
Ὕστατοι ὥστε δρόμου καταλειπόμεθ'. οὐδέ πῃ ἔστι
Πάντῃ παπταίνοντα νεοζυγὲς ἅρμα πελάσσαι.

Hic est *Chærilus*, qui Perseïda conscripsit, è qua vnum, vt putat Vir Incomparabilis, laudat Stobæus, & quem tanti fecisse Archelaus legitur, vt pro singulis singulos aureos reponeret. Suauissimos illius versus, qui ad sacra Perbibesia spectant, apud Athenæum habes, in quibus fracta compotorum pocula, conuiuiale naufragium lepidissime vocauit:

Digitized by Google

ἔχων κύλικος τρύφος ἀμφὶς ἐαγός.
Ἀνδρῶν δαιτυμόνων ναυάγιον οἷά τε πολλὰ
Πνεῦμα Διονύσοιο πρὸς Ὕβρεως ἔκβαλ᾽ ἀΐδαοτης.

Quibus dici festiuius nihil potuit. Hunc Athenæus *Epicum* vocat, Græcus ad Rhetorica Aristotelis Interpres, *Tragicum*: οἷον Χοιρίλος ἐποίησεν, Τραγικὸς δὲ ὤν. Fuisse alterum *Chœrilum* probat idem Vir summus, Alexandri Magni æqualem, id est, circà Olympiadem centesimam tertiamdecimam, cuius meminerit Aristoteles VIII. Topicorum. Huius enim *Chœrili* exempla traducit, Homeri vero laudat. Εἰς δὲ σαφήνειαν παραδείγματα καὶ παραβολὰς οἰστέον· παραδείγματα δὲ, οἰκεῖα, καὶ ἐξ ὧν ἴσμεν. οἷα Ὅμηρος, μὴ οἷον Χοιρίλος. Inter scriptores Alexandri Magni hunc *Chœrilum* ponit Plutarchus in Alexandro: τῶν δὲ Ποιητῶν Χοιρίλον μὲν ἀεὶ περὶ αὐτὸν εἶχεν, ὡς κοσμήσοντα τὰς πράξεις διὰ ποιητικῆς. Sed ineptum fuisse Poëtam testatur Horatius Epistola ad Augustum:

Gratus Alexandro Regi Magno fuit ille
Chœrilus, *incultis qui versibus, & male natis,*
Rettulit acceptos, regale numisma, Philippos.

Rursum Epistola ad Pisones:

Sic mihi qui multum cessat, fit Chœrilus *ille*
Quem bis térque bonum cum risu miror.

Veteres Horatij Interpretes ad posteriorem hunc locum: *Chœrilus gesta Alexandri describens septem tantum versus laudabiles fecit.* Rursum. *Chœrilus ineptus Poëta fuit, qui Alexandrum Magnum secutus eius bella descripsit: cui Alexander fertur dixisse, malle se Thersitem*

Homeri

Digitized by Google

Homeri esse, quam huius Achillem. Alexander autem pactus cum eo, vt si bonum faceret versum, aureo numismate, id est, nummo ByZantino donaretur; si malum, colapho feriretur; qui sæpius male scribendo, colaphis necatus est. Idem de *Chœrilo* sensus Q. Curtio, qui fuit Horatio, idem iudicium: Verba eius sunt è Lib. VIII. *Non deerat talia concupiscenti pernicioso adulatio, perpetuum malum Regum: quarum opes sæpius assentatio, quam hostis, euertit. Nec Macedonum hæc erat culpa, (nemo enim illorum quicquam ex patrio more labare sustinuit.) sed Græcorum, qui professionem honestarum artium malis corruperant moribus: Agis quidam Argiuus,* pessimorum carminum post Chœrilum *conditor, & ex Sicilia Cleo.* Hæc quidem optime Vir summus, quod duos fuisse *Chœrilos* diuersis temporibus dicat; sed plura sunt etiam obseruanda; neque is enim omnia; adde quod nonnulla quoque in ijs, quæ dixit, nobis non possunt probari. Discimus igitur *tres* fuisse *Chœrilos*, quorum primus fuit *Atheniensis, Tragœdiarum* scriptor, quem male confundit Græcus Rhetoricorum Aristotelis Interpres, cum *Epico* Poëta *Chœrilo*, cuius exordia cum laude memorat Philosophus. Inclaruit *Tragicus* hic *Chœrilus* Olympiade *sexagesima quarta.* Suidas Χοιρίλλος, Ἀθηναῖος Τραγικὸς, ξδ´ Ὀλυμπιάδι. Olympiade *septuagesima quarta.* Suidas Χοιρίλλος, Ἀθηναῖος Τραγικὸς, ξδ´ Ὀλυμπιάδι. Olympiade *septuagesima* commissus est cum Æschylo, & Pratina, Tragœdiarum scriptoribus: Idem Suidas. Πρατίνας Πυῤῥωνίδου Εγκωμίου Φλιάσιος. Ποιητὴς Τραγῳδίας. ἀντηγωνίζετο δὲ Αἰσχύλῳ. τε

καὶ Χοιρίλῳ ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. Tragœdias quoque docuit cum Phrynicho Olympiade *septuagesima quarta* Eusebius in Chronico ad hanc Olympiadem, numero cIↄ Iↄxxxiii. *Chœrilus & Phrynichus illustres habentur.* Alter *Chœrilus* fuit *Epicus* Poëta, *Tragico* paullo minor: nam Olympiade *septuagesima quinta* admodum iuuenis erat, Samius patria, condicione seruus, qui ad Archelaï Macedonum Regis, qui Perdicæ successit, tempora superfuit, ei Regi gratissimus. Suidas. Χοιρίλος, Σάμιος. τινὲς δὲ, Ιασέα, ἄλλοι δὲ Αλικαρνασέα, ἱστοροῦσι. γενέσθαι δὲ κατὰ Πανύασιν τοῖς χρόνοις. ἐπὶ δὲ τῶν Περσικῶν, Ὀλυμπιάδι Ο Ε νεανίσκον ἤδη εἶναι. δοῦλον τε Σαμίου τινὸς αὐτὸν γενέσθαι, εὐειδῆ πάνυ τὴν ὥραν. φυγεῖν τε ἐκ Σάμου, καὶ Ηροδότῳ τῷ Ιστορικῷ παρεδρεύσαντα, λόγων ἐρασθῆναι, οὗ τινος αὐτὸν καὶ παιδικὰ γεγονέναι φασίν. ἐπιθέσθαι δὲ Ποιητικῇ. καὶ τελευτῆσαι ἐν Μακεδονίᾳ, παρὰ Αρχελάῳ, τῷ τότε αὐτῆς βασιλεῖ. ἔγραψε δὲ ταῦτα, τὴν Αθηναίων νίκην κατὰ Ξέρξου. ἐφ' οὗ ποιήματος κατὰ στίχον στατῆρα χρυσοῦν ἔλαβε· καὶ σὺν τοῖς Ομήρου ἀναγινώσκεσθαι ἐψηφίσθη. Λαμιακὰ, καὶ ἄλλα τινὰ ποιήματα αὐτοῦ φέρεται. Habes hic multa, quibus facile alter ab altero dignoscitur: Primò namque, prior, est *Atheniensis*, alter, *Samius*, siue, *Jasius*, aut *Halicarnassensis*: secundò, prior, est *Tragicus*, alter *Epicus* Poëta: tertiò, posterior *Chœrilus* Olympiade *septuagesima quinta* admodum iuuenis erat: at vero prior *Chœrilus* Tragœdias docere cepit, Olympiade *sexagesima quarta*, docebatque cum Phrynicho Olympiade *septuagesima quarta*: id est, ad Olympiadem *se-*

Digitized by Google

ptuagesimam quintam totos quadraginta docuerat annos: non ergo *adolescentulus* erat Olympiade *septuagesima quinta* Tragicus Chœrilus *Atheniensis* ciuis: Sed Chœrilus *Samius* Poëta *Epicus* ea Olympiade *septuagesima quinta* erat *adolescentulus*, ita vt superfuerit ad Archelaï, qui Perdicam in regno excepit, tempora: eius carmina eodem prope loco, quo illa Homeri, habebantur. Tertius denique *Chœrilus* fuit, Alexandri Magni æqualis, eiusque res gestas carmine descripsit. Huius *Chœrili* exempla traduci ab Aristotele VIII. Topicor. Lib. putat Vir Incomparabilis: εἰς δὲ σαφήνειαν παραδείγματα καὶ παραβολὰς οἰστέον· παραδείγματα δὲ, οἰκεῖα, καὶ ἐξ ὧν ἴσμεν. οἷα Ὅμηρος, μὴ οἷα Χοίριλος. Ego vero contra existimo, & hoc loco, & Rhetoric. L. III. ab Aristotele laudari *Chœrilum* illum, qui, Archelao in Macedonia regnante, vixit, non autem hunc posteriorem: Comparat autem eum cum Homero, quia Homero prope parem prædicabat antiquitas: at contra minorem eum Homero facit Philosophus, qui nullum non mouet lapidem, vt Homerum omnibus superiorem probet fuisse, & faciat palam: Adde quod nondum videtur ille *Chœrilus* Alexandri Magni æqualis poëmata sua in vulgus edidisse, quando Aristoteles Libros Topicorum scribebat: Fuit quippe *Chœrilus* in Alexandri Magni comitatu, cùm is armis exercitúq; omnem prope Asiam teneret, Regémque ipsum Darium prælijs & victorijs vrgeret, tuncque poëmata sua scribebat *Chœrilus*: At vero iam ante inuulgauerat Aristote-

Digitized by Google

les Libros Topicorum: Prius enim edidit Libros, quos Ἐξωτερικοὺς dicunt, deinde in vulgus dedit τοὺς Ἀκροαματικοὺς, Alexandro Darium bello lacessente, vt est apud A. Gellium Lib. XX. cap. IV. Sunt autem Libri τῶν Τοπικῶν conscripti ante Libros τῶν προτέρων Ἀναλυτικῶν, qui sunt ἐν τοῖς Ἀκροαματικοῖς. Aristoteles auctor est Lib. I. Prior. Analytic. cap. I. Διαλεκτικὴ δὲ, πυνθανομένῳ μὲν, ἐρώτησις ἀντιφάσεως. συλλογιζομένῳ δὲ, λῆψις τοῦ φαινομένου καὶ ἐνδόξου, καθάπερ ἐν τοῖς Τοπικοῖς εἴρηται. Nam inter τοὺς Ἐξωτερικοὺς λόγους, τῶν Τοπικῶν Libri reponendi sunt: quippe Ἐξωτερικὰ *dicebantur*, inquit Scriptor Noctium Atticarum, loco laudato, *quæ ad Rhetoricas meditationes, facultatem argutiarum, ciuiliúmque rerum notitiam conducebant.* Sunt autem omnino τὰ Τοπικὰ ad *facultatem argutiarum* referenda. Ne quis autem existimet, cùm solenne videatur fuisse Aristoteli, eandem materiam non semel tractare, sed secundis, tertiisque nonnunquam curis illustrare, & in Indice à Diogene Laërtio plerique Libri recenseantur, qui sunt huius πραγματείας, isti nempe:

Ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως.	α'. β'.
Ὅροι πρὸ τῶν Τοπικῶν.	α'. β'. γ'. δ'. ε'. ϛ'. ζ'.
Τὰ πρὸ τῶν τόπων.	α'.
Τοπικὸν πρὸς τοὺς ὅρους.	α'. β'.

Ne quis, inquam, existimet, ea, quæ ab Aristotele laudantur in prioribus Analyticis, *Topica*, & quæ hodie extant, inter τοὺς Ἀκροαματικοὺς λόγους fuisse censenda; alios vero huius argumenti Libros, qui ἐν τοῖς Ἐξωτερικοῖς essent, perijsse; scien-

Digitized by Google

dum est ἐν τοῖς Ἀκροαματικοῖς si qua *ad disceptationes Dialecticas* pertinebant, ea subtilius multo copiosiusque agitata fuisse, quam factum fuerat ἐν τοῖς Ἐξωτερικοῖς λόγοις. Atqui ea quæ traduntur ab Aristotele in his *Topicorum* Libris, qui extant, non copiose, non subtiliter, sed rudi Minerua, delineantur. Docet ipse Aristoteles Topicorum Lib. I. cap. I. extremo, his verbis: διότι περὶ οὐδενὸς αὐτῶν τὸν ἀκριβῆ λόγον ἀποδοῦναι προαιρούμεθα, ἀλλ' ὅσον τύπῳ περὶ αὐτῶν βουλόμεθα διελθεῖν, παντελῶς ἡγούμενοι ἱκανὸν κατὰ τὴν προκειμένην μέθοδον, τὸ δύνασθαι γνωρίζειν ὁπωσοῦν ἕκαστον αὐτῶν. Quo in censu sunt Libri duo, qui περὶ τῶν Σοφιστικῶν ἐλέγχων inscribuntur. Nam cum *Topicis* coniunguntur, vt legere est cap. vlt. Libri II. Sophist. Elench. δεδήλωται ἐν τοῖς πρότερον, καὶ πρὸς πόσα, καὶ ἐκ ποίων, καὶ ποσῶν λόγων δυνησόμεθα λαβεῖν, καὶ ὅθεν εὐπορήσομεν τούτων. ἔτι δὲ, πῶς ἐρωτητέον, καὶ τακτέον τὴν ἐρώτησιν πᾶσαν, καὶ περί τε ἀποκρίσεων καὶ λύσεων τῶν πρὸς τοὺς συλλογισμούς. δεδήλωται δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ὅσα τῆς αὐτῆς μεθόδου τῶν λόγων ἐστί. πρὸς δὲ τούτοις περὶ τῶν παραλογισμῶν διεληλύθαμεν. Deinde nullus τῆς Τοπικῆς πραγματείας Liber periit, meo quidem iudicio: Certe omnes qui in Indice à Diogene Laërtio enumerantur, extant. Nam quod ad illum attinet Librum, cui titulum facit Diogenes τὰ πρὸ τῶν Τόπων, primus est Topicorum: præcedit enim τῶν Τόπων tractationem: eius quippe hoc præscribit argumentum Aristoteles: πρῶτον οὖν ῥητέον, τί ἐστι συλλογισμός, καὶ τίνες αὐτοῦ

Digitized by Google

διαφορᾳ, ὅπως ληφθῇ ὁ Διαλεκτικὸς συλλογισμός. τοῦτο γὰρ ζητοῦμεν κατὰ τὴν προκειμένην πραγματείαν. Sed maxime liquet è verbis huius Libri extremis, illum eſſe, qui τὰ περὶ τῶν Τόπων Diogeni inſcribitur: τὰ μὲν οὖν ὄργανα, δι' ὧν οἱ συλλογισμοὶ, ταῦτά ἐστιν. οἱ δὲ Τόποι, πρὸς οὓς χρήσιμα τὰ λεχθέντα, οἱ δέ εἰσιν. Cùm autem varij loci, è quibus argumenta petuntur, fuerint, videtur Ariſtoteles eos diſtribuiſſe in quoſdam ordines: Quare vbi in Diogenis Laërtij Indice legitur, ὅροι πρὸ τῶν Τοπικῶν, legendum puto, ὅροι πρότων Τοπικῶν, quo titulo intelliguntur ſecundus, tertius, quartus, & quintus Libri Topicorum, in quibus traduntur definitiones Locorum, πρότα Τοπικὰ indigitant, quia primi traduntur. Quod ad Τοπικὸν πρὸς τοὺς ὅρους attinet, complectitur Libros ſextum, & ſeptimum Topicorum, in quibus Loci tractantur è *Definitionibus* petiti: Habes Lib. VI. primore: τῆς δὲ περὶ τοὺς ὅρους πραγματείας μέρη πέντε ἐστίν. Sequitur Liber Topicorum octauus, in quo habes duos illos, de quibus Diogenes, ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως Libros: Libri octaui Topicorum hoc eſt initium: μετὰ δὲ ταῦτα περὶ τάξεως, καὶ πῶς δεῖ ἐρωτᾶν, λεκτέον. cap. vero IV. ſic habet: περὶ δὲ ἀποκρίσεως, πρῶτον μὲν διοριστέον. & extremo Lib. II. Sophiſt. Elenchor. ἔτι δὲ δεδήλωται, πῶς ἐρωτητέον, ἢ τακτέον τὴν ἐρώτησιν πᾶσαν, καὶ περί τε ἀποκρίσεων καὶ λύσεων τῶν πρὸς τοὺς συλλογισμούς. Nomen igitur, τὰ Τοπικά, erat titulus, qui ſuo ambitu complectebatur omnes Libros huius πραγματείας. Libri vero ſinguli ſua gaudebant

epigraphe ſpeciali: en illorum ſeriem.

ΤΑ ΤΟΠΙΚΑ.	LIBRI TOPICORVM.
Τὰ περὶ τῶν Τόπων. α'.	Liber I.
Ὅροι πρὸ τῶν Τοπικῶν. α'.β'.γ'.δ'.ε'.ϛ'.ζ'.	II.III.IV.V.
Τοπικῶν πρὸς τοὺς ὅρους, α'.β'.	VI.VII.
Ἐρωτήσεως, καὶ ἀποκρίσεως, α'.β'.	VIII.

Age vero, quia tam commoda ſe offert occaſio, diſputemus quoque, ſed paucis, de eorum Librorum numero, qui τὰ Ἀναλυτικὰ inſcribuntur. Diogenes Laërtius in Indice *Priores Analyticos* numerat octo, vt in emendatioribus codicibus legitur: *Poſteriores* duos facit. Ammonius Commentarijs ad Categorias Ariſtotelis obſeruat, in Bibliotheca Ptolemæi Philadelphi repoſitos fuiſſe quadraginta Libros, qui τῶν Ἀναλυτικῶν Ariſtotelis nomine inſigniebantur, quorum quatuor tantum ab Interpretibus legitimus Ariſtotelis fœtus agnoſcantur. ἀμέλει, φασὶν ἐν τῇ μεγάλῃ βιβλιοθήκῃ, εὑρῆσθαι Ἀναλυτικῶν τεσσαράκοντα βίβλους, Κατηγοριῶν δ', δύο ἐκρίθη δ' ὑπὸ τῶν Ἐξηγητῶν, Κατηγοριῶν μὲν, τοῦτο εἶναι γνήσιον τοῦ Ἀριστοτέλους, Ἀναλυτικῶν δ', τέσσαρα. Sed pace illorum Interpretum dixerim, plures erant Libri ab Ariſtotele conſcripti, quàm à bonis illis Interpretibus recenſentur, qui τῶν Ἀναλυτικῶν nomine laudantur: Huius noſtræ obſeruationis auctorem dabimus eum, cuius teſtimonij nemo eſt fidem qui eleuet, Ariſtotelem nempe, qui Lib. VI. Ethic. ad Nicomachum, cap. III. ſua laudat Ἀναλυτικὰ his verbis: ἐκ προγινωσκομένων δὲ πᾶσα διδασκαλία, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς Ἀναλυτικοῖς ἐλέγομεν. Non

Digitized by Google

ignoro Viros eruditissimos ista referre ad *Analytica posteriora*, quæ hodie extant; sed id mihi non potest probari, neq; cuiquam, puto, si animaduerterit, nondũ conscriptos fuisse ab Aristotele Libros hos duos *Analyticorum posteriorum*, quando Ethica ad Nicomachum edidit: Nam quando Ethica ad Nicomachum dedit in vulgus Aristoteles, nondũ Libros de *Anima* scripserat, En habes L. I. Ethic. extremo: θεωρητέον δὴ τῷ πολιτικῷ περὶ ψυχῆς. θεωρητέον δὲ τούτων χάριν, καὶ ἐφ' ὅσον ἱκανῶς ἔχει πρὸς τὰ ζητούμενα· τὸ γὰρ ἐπὶ πλεῖον ἐξακριβοῦν, ἐργωδέστερον ἴσως ἐστὶ τῶν προκειμένων. λέγεται δὲ περὶ αὐτῆς καὶ ἐν τοῖς Ἐξωτερικοῖς λόγοις ἀρκούντως ἔνια· καὶ χρηστέον αὐτοῖς. Ex his vides nihil dum ab Aristotele scriptũ fuisse περὶ ψυχῆς, præterquã pauca quædam in Libris Ἐξωτερικοῖς, eaq; rudi Minerua fuisse tantum delineata. At vero Libros duos *posteriorum Analyticorum*, qui hodie extant, scripti sunt ab Aristotele, post editos Libros περὶ ψυχῆς. idque facile probatur. Liber enim περὶ Ἑρμηνείας editus est post inuulgatos Libros περὶ ψυχῆς. Habes L. de *Interpretatione*, c. I. περὶ μὲν οὖν τούτων (παθημάτων τῆς ψυχῆς) εἴρηται ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς· ἄλλης γὰρ ταῦτα πραγματείας. Libri duo *priorum Analyticorũ* editi sũt post Librũ *de Interpretatione*. Nã vbi c. I. Libri I. priorũ Analyticorũ docet Aristoteles, τί ἐστι πρότασις, vno fere verbo id exequitur, quia scilicet id iã ante pluribus & ex professo, ἐν τῷ περὶ Ἑρμηνείας præstiterat. *Posteriorum* vero *Analyticorum* Libros post editos *Analyticorum priorũ* istos cõscripsit, vt ipse testis est Prior. Analytic. L. I. c. XXVII: ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ τὸ ἄνω πορευομένοις, ἵσταται

ἴσαται πότε, πάλιν ἐρεῦδμεν· νῦν δ᾽ ἔστω τοῦτο κείμενον. *Dicemus*, inquit, nempe *Analyticorum posteriorum* L. priore. Scripsit igitur Aristoteles Libros duos *Analyticorum posteriorum*, post scriptos Libros de *Anima*. Quare illa *Analytica*, quæ laudat Aristoteles L. VI. Eth. ad Nicomachum, non sunt illa *Analytica*, quæ hodie extant, vt quæ nondum essent edita ab illa, quando scribebat Ethica ad Nicomachum: Sunt igitur alij Libri, quam qui hodie leguntur hoc titulo: Sæpius igitur tractauit Aristoteles hoc argumentum, & quidem ἐν τοῖς Ἐξωτερικοῖς λόγοις rudi Minerua, & delibans quasi; at vero subtilius & copiosius ἐν τοῖς Ἀκροαματικοῖς. Scripsit nãque Aristoteles multos Libros, qui τὰ Ἀναλυτικὰ potuerunt inscribi, atque ita inscribebantur generali epigraphe, habebantque alium etiam titulum ex argumento, quod tractabatur petitum, atque hinc lux præferenda est Catalogo Librorum Aristotelis apud Diogenem: ita vulgo editur.

Συλλογισμοί,	α.
Προτέρων Ἀναλυτικῶν	α. β. γ. δ. ε. ς. ζ. η. (θ'.)
Ἀναλυτικῶν ὑστέρων μεγάλων,	α. β'.
Περὶ προβλημάτων,	α'.
Μεθοδικά,	α. β. γ. δ. ε. ς. ζ. η'.
Περὶ τοῦ βελτίονος,	α'.
Περὶ τῆς ἰδέας,	α'.
Ὅροι πρὸ τῶν Τοπικῶν,	α. β. γ. δ. ε. ς. ζ'.
Συλλογισμῶν	α. β'.
Συλλογιστικὸν καὶ ὅροι,	α'.

Libros quos cõscripsit Aristoteles περὶ συλλογισμῶν

Digitized by Google

καὶ περὶ ὅρου, appellant eo auctore, τὰ Ἀναλυτικά, itaque quicunque Libri ab Aristotele de eo argumento conscripti sunt, etsi speciali epigraphe designentur, generali quoque τῶν Ἀναλυτικῶν appellatione insigniuntur: Quare τὰ Ἀναλυτικά generalis est epigraphe eorum omnium Librorum, quos octo fuisse docebat, vt nobis quidem videtur, Diogenes Laërtius, & singillatim enumerabat, additis specialibus singulorum titulis, sed interiecti sunt alij quoque Libri, qui omnino non sunt τῆς Ἀναλυτικῆς πραγματείας. Quare post Catalogum τῶν Ἀναλυτικῶν sunt reiiciendi. Videtur autem Catalogus τῶν Ἀναλυτικῶν ita primum à Diogene fuisse conscriptus.

ΑΝΑΛΥΤΙΚΩΝ

Α. Β. Γ. Δ. Ε. ϛ. Ζ. Η.

Ἀναλυτικῶν προτέρων, α'. β'.
Ἀναλυτικῶν ὑστέρων μεγάλων, α'. β'.
Συλλογισμοὶ, α'.
Συλλογισμῶν, α'. β'.
Συλλογιστικὸν, καὶ ὅροι, α'.

Qui vltimus in hoc Catalogo recensetur Liber, videtur esse eiusdẽ argumẽti cum duobus τῶν Ἀναλυτικῶν ὑστέρων μεγάλων Libris, sed prior scriptus est, delineabatque ea quæ fusius postea & subtilius in Libris Ἀναλυτικῶν ὑστέρων μεγάλων expressit Aristoteles: Nam τὸ συλλογιστικὸν ea complectitur, quæ docuit Aristoteles L. priore *Analyticorum posteriorum* de Demonstratione. Quod vero sequitur, καὶ ὅροι,

Digitized by Google

eiusdem est argumenti cum posteriori Libro: nam, vt optime obseruarunt Interpretes, & ipse Liber αὐδβοᾷ, ὁ σκοπὸς τοῦ δευτέρου βιβλίου τῶν ὑστέρων Ἀναλυτικῶν τοῦ Ἀριστοτέλους, περὶ τοῦ ὁρισμοῦ ἐστι. Atque hic Liber est, meo iudicio, quem τῶν Ἀναλυτικῶν epigraphe laudat Aristoteles Ethicis ad Nicomachū. Videnturque isti Libri, quibus titulus fuit, Συλλογισμοὶ, A. Συλλογισμῶν, A B Συλλογιστικὸν, καὶ ὅροι, A. censendi ἐν τοῖς Ἐξωτερικοῖς λόγοις, quemadmodum Libri Ἀναλυτικῶν προτέρων, A. B. Ἀναλυτικῶν ὑστέρων μεγάλων, A. B. inter τοὺς Ἀκροαματικοὺς numerandi sunt. Quia autem hic sumus, expendendus est à nobis, Deo dante Aristotelis locus, è L. priore περὶ Σοφιστικῶν ἐλέγχων, cap. X. ὁ δὲ, ὅτι ἡ Ὁμήρου ποίησις, σχῆμα, διὰ τοῦ κύκλου, ἐν τῷ συλλογισμῷ· ὁ δ᾽ ἐν μηδετέρῳ, ἀληθὴς συλλογισμὸς, Excusserunt hunc locum duo summi viri, δύο κοσμήτορε λαοῦ: quorum prior hinc colligebat, non tantum illud Syntagma è variis diuersorum Poëtarum poëmatis compactum, quem Ἐπικὸν Κύκλον dixerunt veteres, *Cycli* nomine venisse, sed etiam ipsius Homeri poësim: Alter vero docuit, & quidem optime, Homeri poësim, aut alius cuiusquam Poëtæ, qui locum non haberet in *Epico Cyclo*, dictam non fuisse ab vllo veterum *Cyclum* sed hanc appellationem fuisse totius illius Syntagmatis tantum, quod nominari diximus *Epicum Cyclum*: Ego vero hic addam, quæ coniicio. Variæ erant *Epici Cycli* partes, cùm diuersa essent variorum Poëtarum poëmata: τὰ μέρη τοῦ Κύκλου dixerunt. Clemens Alexandrinus

Protreptico: καὶ δὴ τὸν ἱστορῶντα τὰ τῶ Διονύσιον ἐν τῷ πέμπτῳ μέρει τῶ Κύκλου παρίστημι. Neque aliqua huius Syntagmatis pars dicebatur *Cyclus*, sed totum Syntagma tantum: Atque hinc emendandus est Aristoteles: ὁ δὲ, ὅτι ἡ, Ο μέρος, ποίησις, σχῆμα, διὰ τῶ κύκλου. O, siue figura cycli, est κύκλος, eoque sensu hic adscribitur: Dicit namque, ἡ, Κύκλου μέρος, ποίησις, σχῆμα, διὰ τῶ κύκλου. Vnde hic parasyllogismus petitur: ἡ, Κύκλου μέρος, ποίησις. τὸ κύκλου μέρος, σχῆμα. ἡ ποίησις ἄρα σχῆμα. Nam διὰ τῶ κύκλου, id est, quia esse dicitur κύκλου μέρος, colligitur esse σχῆμα: nam σχῆμα ἐστὶ, τὸ ὑπό τινος, ἤ τινων ὅρων περιεχόμενον, vt cum Euclide dicam. Quod autem Philiponum putant Viri Incomparabiles legisse apud Aristotelem, ἡ Ὁμήρου ποίησις, vt hodie editur, nobis non persuadent. Verba Philoponi sunt in 1. Analytic. ἐστὶ δὲ καὶ ἄλλο τι Κύκλος ἰδίως ὀνομαζόμενον, ὃ ποίημα τινὲς μὲν εἰς ἑτέρους, τινὲς δὲ εἰς Ὅμηρον ἀναφέρουσιν. Varia erant poëmata, vt iam diximus, huius Syntagmatis, quorum alia alios habebant auctores; inter ea fuit Μικρὰ Ἰλιας, cuius auctor proculdubio Lesches; sed & poëma, τὰ Κύπρεια dictum, nonnulli, quia illud Herodotus Ἰλιάδα τὴν ἐλάσσω vocat, confundunt, cum *parua Iliade*: Atqui Homerus, ex Herodoti, & aliorum etiam nonnullorum, sententia, auctor erat τῶν Κυπρείων ἢ τῆς ἐλάσσω Ἰλιάδος, quam Philoponus à *parua Iliade* non discriminat, in eius tamen verbis ita rescribendum est: ἐστὶ δὲ καὶ ἄλλο τι Κύκλος ἰδίως ὀνομαζόμενον. οὗ ποίη-

Digitized by Google

ματα τινὲς μὲν εἰς ἑτέρους, τινὲς δὲ εἰς Ὅμηρον ἀναφέρουσιν.

CAP. III.

Quæ portio in suspenso esse debeat, si quis filium superstitem atque vxorem reliquerit prægnantem. Sarapias Alexandrina mater numerosæ vno partu prolis. Vlpianus atque Gaïus illustrantur, prior etiam interpunctione iuuatur. Actor plus petendo, aliquid damni sentit. Julianus exponitur.

QVÆSITVM est à Iureconsultis, quæ portio in suspenso esse debeat, si quis filium superstitem, atque vxorem prægnantem reliquerit? Cui quæstioni cum distinctione respondendum esse videtur: Potest quippe mulier prægnans non esse, existimari tamen prægnans esse; id est, ipsa dicere se prægnantem potest: Etenim *quod dicitur,* si putatur esse prægnans, *sic accipiendum si dicat se prægnantem.* L. XXX. §. III. D. *de adquirenda hæreditate.* Si quicquid illa dicat se prægnantem, prægnantem tamen non esse certo constet, ex asse hæres est, qui iam natus est. *Est autem tractatum, pro qua partem facidt, quia ex vno vtero plures nasci possunt? & placuit, si in rerum natura certum sit, hanc, quæ se dicit prægnantem, non esse, ex asse iam esse hæredem hunc, qui iam natus est, quoniam & ignorans hæres fit, quare si medio tempore cesserit, integram hæreditatem ad hæredem suum transmittit.* L. III. § X. D. *de suis & legitimis hæredibus.*

Digitized by Google

Dicitur, *si in rerum natura certum sit, hanc, quæ se dicit prægnantem, non esse,* quia certa sunt indicia è rerum natura petita, quibus constare potest, vacuum esse vterum: *ignorans* tamen dicitur heres, quia etiamsi in rerum natura omnia certa sint, tamen cùm futurum illud vtique sit, in eo nostra versatur inscitia: Atque ita intelligenda sunt, cum hac ipsa conditione, *si in rerum natura certum sit, hanc, quæ se dicit prægnantem, non esse,* verba Pauli e L. XVII. ad Plautium: *Illud sciendum est, si mulier prægnans non sit, existimetur autem prægnans esse, interim filium hæredem esse ex asse, quanquam ignoret se ex asse hæredem esse.* L. V. D. *si pars hereditatis petatur.* Intelligenda quoque sunt hoc sensu Vlpiani verba è L. VIII. ad Sabinum. *Suum heredem. Certum est, ex asse heredem esse, etsi putat prægnãtem mulierem, quæ non est prægnans.* L. XXX. §. VI. *de adquirenda hæreditate.* Cùm igitur constat certis iudiciis è rerum natura petitis, mulierem, quæ se prægnantem dicit, non esse prægnantem, filius, quanquam ignorans quod futurum vbique fiet, etiam dum expectatur tempus, quo nasci oporteret postumum, si quem in vtero haberet mulier, ex asse heres est. At vero longe aliter pronuntiandum est, quando constat mulierem prægnantem esse: Nam si paterfamilias mortuus est, relicto vno filio, & vxore prægnante, filius ex parte *quarta* tantum heres erit, interim dum mulier pepererit, vt docet Paulus, L. XVII. ad Plautium. *Antiqui libero ventri ita prospexerunt, vt in tempus nascendi omnia ei iura integra reseruarent, sicut apparet*

Digitized by Google

in iure hereditatium : in quibus , qui poſt eum gradum ſunt agnationis , quo eſt id , quod in vtero eſt , non admittuntur , dum incertum eſt , an naſci poſſit : Vbi *autem eodem gradu ſunt ceteri , quo & venter , tunc quæ portio in ſuſpenſo eſſe debeat , quæſierunt : ideo , quia non poterant ſcire , quot naſci poſſunt : ideo , nam multa de huiuſmodi re tam varia , & incredibilia creduntur , vt fabulis adnumerentur : Nam traditum eſt, & quatuor pariter puellas à matrefamilias natas eſſe : Alioquin tradidere non leues auctores quinquies quaternos enixam Peloponneſi : multas Ægypti vno vtero ſeptenos. Sed & tergeminos Senatores cinctos vidimus Horatios. Sed & Lælius ſcribit , ſe vidiſſe in Palatio mulierem liberam , quæ ab Alexandria perducta eſt , vt Hadriano oſtenderetur , cum quinque liberis , ex quibus quatuor eodem tempore enixa (inquit) dicebatur : quintum poſt diem quadrageſimum. Quid eſt ergo ? Prudentiſſime Iuris auctores medietatem quandam ſecuti ſunt , vt quod fieri non rarum admodum poteſt , intuerentur , id eſt , quia fieri poterat , vt tergemini naſcerentur ,* quartam *partem ſuperſtiti filio adſignauerint :* τὸ γὰρ ἅπαξ , ἢ δὶς *(vt ait Theophraſtus)* παραβαίνουσιν οἱ Νομοθέται. *Ideoque & ſi vnum paritura ſit , non ex parte dimidia , ſed ex* quarta *interim heres erit.* L. III. D. *ſi pars hereditatis petatur.* Sed hic obiter , quod ad partum mulieris Ægyptiæ numeroſum attinet, obſeruabimus Iulium Capitolinum referre , An-

tonino Pio imperante, vno partu mulieris quinque pueros editos fuisse. Verba illius Scriptoris sunt hæc in Antonini Pij Vita: *Aduersa hæc eius temporibus præuenerunt: Fames de qua diximus: Circi ruina: terræ motus, quo Rhodiorum, & Asiæ oppida conciderunt, quæ omnia mirifice instaurauit: & Romæ incendium, quod trecentas quadraginta insulas vel domos absumpsit: & Narbonensis ciuitas, & Antiochense oppidum, & Charthaginense forum arsit: Fuit & inundatio Tiberis: Apparuit & stella crinita: Natus est & biceps puer,* & vno partu mulieris quinque pueri editi sunt: *Visus est in Arabia iubatus anguis maior solitis, qui se à cauda medium comedit: Lues etiam in Arabia fuit:* Suspicatur eruditissimus Casaubonus hic commissum esse anachronismum, & lapsum esse memoria Julium Capitolinum. Nam videtur hæc *Sarapias* intelligi, quæ vno fœtu quinque enixa liberos, missa est Alexandria ad Hadrianum, non autem ad Antoninum Pium, vt referunt nobiles Iurisperiti tres, Paulus, Gaïus, & Iulianus. Sed stupendus plane esset error à Capitolino hic admissus, siquidem de partu mulieris illius, quæ *Sarapias* nominabatur, esset intelligendus: Sed cum Capitolino paria facit R. Dauid Gaus, qui parte secunda Libri cui titulum fecit צמח דוד, hunc partum numerosum, & alia pleraque aduersa, quæ à Capitolino prouenisse dicuntur Antonini Pij temporibus, confert in annum ab orbe condito, vt Iudæi numerant, termillesimum nongentesimum quintum: בימיו גם נולד נער אחד בשני ראשים ואשה אחת ילדה חמשה בנים בכרס

בכרם אחד והיה רעב גדול בכל הארצות ואחריו דבר כבר
מאוד ורעשים גדולים ועצומי▭ ושריפות רבות ושטף מי▭▭
רבים והיה כל זה בשנת תת"קח ק"ה לנוצרים: קאעסיוס כ"ו י"ה
Etiam in diebus illius, Antonini Pij, *natus est biceps puer, vnoque mulieris partu quinque pueri editi sunt: Fuit & ingens toto terrarum orbe fames, quam lues horrenda excepit: Valide item terra mouit: Fuerunt praeterea multa incendia, & multa aquarum inundationes: Atque hæc omnia prouenerunt anno Iudaïco termillesimo nongentesimo quinto, qui est Æra Christianæ centesimus quadragesimus quintus.* Hanc historiam descripsit Iudæus Historicus è Dione, si DIs placet; nam laudat auctorem קאעסיוס is autem est, meo quidem iudicio, Dio *Cassius*, quem etiam in rebus Titi citat in testem: sed credat Iudæus Apella, non ego: nam vides pleráque ista pœne ad verbum è Iulio Capitolino fuisse descripta: adde quod diu est, cùm Dionis Cassij Libri, in quibus Antonini Pij res gestæ referebantur, desiderantur; neque enim Xiphilinus, Constantinus Porphyrogeneta, aut Zonaras, eos habuerunt. Sed hæc ὁδοῦ πάρεργον, ad Pauli verba redeundum est: quorum ratio est in eo posita, quod nostram inscientiam in his aspicere oportet, non quid in rerum natura certum sit, vt docet idem Paulus, eodem Libro. *Si paterfamilias mortuus esset, relicto vno filio, & vxore prægnante, non recte filius à debitoribus partem dimidiam crediti petere potest, quamuis postea vnus filius natus sit: quia poterant plures nasci: cùm per rerum naturam certum fuerit, vnum nasci. Sed Sabinus, Cassius, partem* quartam *peti debuisse: quia incer-*

tum esset, an tres nascerentur: Nec rerum naturam intuendam, in qua omnia certa essent, cùm futura vtique fierent, sed nostram inscientiam aspici debere. Leg. XXVIII. §. V. D. *de Iudicijs.* Quod si pauciores tribus, aut plures quam tres, postea nascerentur accrescebat pro rata, aut decrescebat de ea parte, ex qua heres factus erat, vt docet Vlpianus Lib. XV. ad Edictum: *Et, si pauciores fuerint nati, residuum ei pro rata adcrescere: si plures, quam tres, decrescere de ea parte, ex qua heres factus est.* Leg. IV. D. *si pars hereditatis petatur.* Sed in hanc sententiam non iuisse Vlpianum colligunt nonnulli, ex eius verbis, Lib. V. ad Edictum. *Interdum Prætor incertæ partis hereditatis petitionem indulget, idoneis causis interuenientibus, vt puta, est defuncti fratris filius, sunt & vxores defunctorum fratrum prægnantes, quam partem fratris filius hereditatis vindicet, incertum est: quia, quot edantur fratrum defuncti filij, incertum est. Æquissimum igitur est, incertæ partis vindicationem ei concedi. Non audenter itaque dicitur, vbicumque merito quis incertus est, quam partem vindicet, debere ei incertæ partis vindicationem concedi.* Leg. I. §. V. D. *eod.* Sed quis Vlpiano sit sensus è Lege IV. D. *eod.* videre est, & iam diximus: hic tamen *incertam partem* dixit, quanquam certum sit, esse *quartam*, quia incertum est, quot sint nascituri, & pro numero eorum, qui nati fuerint, vel adcrescit pro rata, vel decrescit de ea parte, ex qua heres factus fuerat. Neque huic sententiæ suæ idem Vlpianus Lib. XIV. ad Sabinum aduersatur, cuius verba Leg. III. §. X. D. *de suis & legitimis heredibus*, habentur: quippe cùm a-

Digitized by Google

liò plane referenda sint, vt iam ante à nobis obseruatum est. Gaïo tamen quid dicemus, qui totum ad superstitem, nondum nato postumo, pertinere ait. Leg. VII. D. *de rebus dubijs.* Siquidem certe id dicat Gaïus, à Paulo non stabit; sed vereor ne citatus testimonium defugiat, aut eiuret. Nam vt melius percipiatur mens Gaij, obseruandum est, agi à Gaïo de *fideicommissis* ex parte datis. Lex quippe hæc desumta est è Gaij Lib. I. *Fideicommissorum*, quod facile etiam intelliges, si connectas hanc Legem cum superioribus duabus præcedentibus.

Gaïus Lib. I. Fideicommissorum.

Si tibi & postumo suo vel alieno hereditatem restituere quis rogauerit.

Marcianus Lib. III. Fideicommissorum.

Vel ex parte te, & ex parte postumum heredem instituisset, legatumve similiter, vel fideicommissum dedisset.

Gaïus Lib. I. Fideicommissorum.

Vtrum ita postumus partem faciat, si natus sit: an & si natus non sit, quæritur? Ego commodius dici puto, siquidem natus non est, minime eum partem facere, sed totum ad te pertinere, quasi ab initio tibi solido relicto: sin autem natus fuerit, vtrosque accipere quantum cuique relictum est, vt vno nato, pars tibi dimidia debeatur: duobus natis, tertia tibi debeatur: tribus natis, quia trigemini quoque nascuntur, quarta debeatur: & nostra quidem ætate Serapias Alexandrina mulier ad Diuum Hadrianum perducta est cum quinque liberis, quos vno fœtu nixa est, sed tamen quod vltra tres nascitur, fere portentosum videtur.

Iam vero hæc est ratio *fideicommissorum*, atque

Digitized by Google

legatorum, vt *si Titio & postumis viriles partes dari voluisset, vel etiam id expressisset: totum legatum Titio debetur, non nato postumo.* At vero longe alia est ratio hereditatis, quam certum est, totam & ex asse non pertinere ad superstitem filium, nondum nato postumo, sed *quartam* tantum totius hereditatis partem à superstite filio peti debere definiuerunt Sabinus, & Cassius, in quorum sententiam eunt Paulus, & Vlpianus quoque, vt è Leg. IV. D. *si pars hereditatis petatur*, constat; ad eamque sunt referenda eius verba è Lib. VIII. ad Sabinum: *Suum heredem certum est, ex asse heredem esse, etsi putat prægnantem esse mulierem, quæ non est prægnans. Quid si vnum in vtero habeat? an ex parte dimidia sit heres? Siue institutum postumum proponas, siue intestatum patrem decessisse: Quod & Sextum Proponium opinatum, Tertyllianus Libro IV. Quæstionum refert: putasse enim, sicuti cùm vacuo vtero suus ex asse heres est, ita & cùm vnum gerit, nec per naturam humanæ conditionis alium partum formare potest, (quod quidem post certum tempus conceptionis eueniet.) ex parte dimidia & ignorantem fore heredem, non ex* quarta, *vt Julianus putat.* Leg. XXX. §. VI. D. *de adquirenda hereditate.* Videtur tamen prima specie atque visione Vlpianus dicere, *ex dimidia parte* heredem fore, non autem *ex quarta*, cùm nihilominus ipse Vlpianus, vt iam ante probauimus, doceat, *ex parte quarta* heredem tantum esse, dum mulier pepererit. Sola interpunctione atque distinctione adiuuandus est hic locus. Rescribo itaque: *Ex parte dimidia & ignorantem fore heredem? Non. Ex*

Digitized by Google

quarta, *vt Julianus putat.* Quærebatur, qua ex parte heres sit superstes filius, nondum nato postumo: An *ex parte dimidia* etiam ignorans? quemadmodum opinabatur Sextus Proponius, siue Pomponius, vt habent alij codd. referente Tertylliano Lib. IV. Quæstionum. Negat Vlpianus, qui secundum Iuliani sententiam pronunciat *ex parte quarta* tantum heredem esse. Neque enim ex eo, quod suus heres ex asse heres est, quanquam ignoret se ex asse heredem esse, si in rerum natura certum sit, hanc mulierem, quæ se prægnantem dicit, non esse prægnantem, licet colligere *ex parte dimidia* heredem fore, cùm vnum gerit: Par quippe non est ratio: Certis namque colligi potest indicijs è rerum natura petitis, vacuum esse vterum, & mulierem, quæ se dicit prægnantem, non esse: At vero nullis tam certis indicijs constare potest, vnum gerere. Quare, in re incerta medietatem quandam secuti, juris auctores prudentissime *quartam partem* superstiti filio adsignauere: Quæ est sententia Iuliani, vt hic habet: quanquam videatur ab ea abire Lib. I. ad Vrseium Ferocem: *Si pater meus prægnante vxore relicta decesserit, & ex causa hereditaria totum partu hoc, quod patri meo debitum fuisset, petissem, nihil me consumsisse quidam existimant: si nemo natus sit, recte me egisse: quia in rerum natura verum fuisset, me solum heredem fuisse. Iulianus notat. Verius est me eam partem perdidisse, pro qua heres fuissem, antequam certum fuisset, neminem nasci: aut* quartam *partem, quia tres nasci potuerunt: aut* sextam, *quia quinque: nam &*

Digitized by Google

Aristoteles scripsit quinque nasci posse: quia vulvæ mulierum totidem receptacula habere possunt, & esse mulierem Romæ Alexandriam ab Ægypto, quæ quinque simul peperit, & tum habebat incolumes: & hoc & in Ægypto adfirmatum est mihi. Leg. XXXVI. D. *de solutionibus.* Hinc colliguntur dubitanter pronunciasse Iulianum, pro qua parte superstes filius, dum postumus nascetur, heres esset. Ego vero non dubito existimasse Iulianum, *ex quarta parte* heredem esse, vt scribit Vlpianus: neque hic in alia it: sed cùm Lex ista ad *plus petitiones* pertineat, & *actor plus petendo, aliquid damni sentiat.* Leg. I. D. *de interrogationibus* existimauit Iulianus in hoc casu, quanquam & istud non adseueranter, *partem sextam* perdere: Verum dicit esse Iulianus, eam partem perdere, pro qua heres fuisset, antequam certum fuisset neminem nasci, id est, nondum nato postumo: Atque hæc quidem *quarta pars* est: sed tamen incertus est Iulianus, an in hoc negotio dicendum sit, *partem quartam* esse, an potius *sextam*, quia quinque nasci potuerunt, n[illegible] scilicet plus petendo, tantum damnum sentiat.

Digitized by Google

CAP. IV.

Antoninus filios habuit mares duos: Talmud emendatur. Coloniæ ius. Tributum soli, & capitis. Cæsarea Palæstinæ colonia iuris Italici, vt & Ælia Capitolina. Paulus JC. cum Vlpiano conciliatur: non eodem enim tempore scripserunt Libros suos de Censibus. Apud Iudæos infantem ex ante diem natum occidisse, capital: Tacitus emendatur.

REFERVNT Iudæi Antoninum Pium in animo habuisse, dare ius coloniæ Tiberiadi: ita scribunt Talmudistæ Cod. עבודה זרה, cap. 1. f. X. ed. Ven. quâ vtor: אמר ליה אנטונינוס לרבי בעינא דימלך אסוירוס ברי תחותי ותתעביד טבריא קלניא *Dixit Antoninus ad Rabbi Judam Sanctum: Cupio ego, vt in regno me excipiat Assuerus filius meus: fiatque Tiberias colonia.* Sed quis hic est *Assuerus* Antonini Filius? Quanquam admodum peregrini sint Iudæi atque hospites in historia exotica, neque facile sit diuinare quid velint, cùm dicunt Antonino Pio filium fuisse אסוירוס *Assuerum* dictum, suspicor tamen aliquid hic latere, quod è vero petitum sit. Ex hoc Talmudistarum loco Auctor צמח דוד parte secunda ad annum Iudaïcum termillesimum nongẽtesimum vicesimum primũ: ובדברי רבותינו ז"ל נמצא שהיה לו לאנטונינוס פיאו בן ושמו אסוירוס אשר היה רוצה להמליכו אחריו: אפשר שלא עלה בידו או אפשר שלסיבת קוצר ימיו או שלא עשה פעולה רשומה בכתבי זכרונות השמיטוהו

Hoc autem memoriæ proditum fuiſſe à Magiſtris noſtris τοῖς μαγκαείταις *reperi, quod Antonino Pio filius fuerit, cui nomen erat* Aſſuero, *quem in imperio ſibi ſuccedere volebat. Forte autem id in eius poteſtate non fuit, vel etiam is non diurnauit: vel etiam, quia poſterorum memoria nihil dignum fecit, hiſtorici eum prætermiſerunt.* Non ſum neſcius, Antonino Pio fuiſſe liberos virilis ſexus. Iulius Capitolinus in eius Vita: *Socer Annius Verus. Vxor Annia Fauſtina. filij mares duo.* Sed aut ego valde fallor, aut ij ante adoptatum ab Hadriano Antoninum extincti ſunt. Inter adoptiuos Antonini filios eſt *Annius Verus*: hic natus, puto, error; nam omnino in nomine אכוירוס & כוירים eſt *Verus*: & forte mutanda eſt litera ס in ם poſt א, cum abbreuiate ſcriptum eſſet à Latinis, *Ann. Verus*, id eſt, *Annus Verus*: Sed hæc ſatis de Antonini filio: Antoninus autem ipſe volebat, inquiunt, Tiberiadem *coloniam* facere: ius iſtud *coloniæ* explicat Scholiaſtes: קלניא בת חורין תיתן שלא מס לעולם *Colonia eſt ciuitas libera, quæ nunquam tributum pendit.* Tributum autem eſt ſoli, & capitis: Leg. VIII. §. VIII. D. *de Cenſibus.* Itaque tributum confertur, vel in capite, vel ex cenſu: Non omnis tamen *Colonia* immunitatem habet hanc: nam aliæ *Coloniæ* fiunt *ſaluis tributis*, Leg. VIII. §. V. D. *eod.* Alijs *remittitur tributum capitis*: Alijs etiam *ſolum immune eſt*, quod eſt *iuris Italici Coloniam eſſe*: Quanquam ex eo, quod *tributum capitis remittitur*, interpretari licet, *ſolum* quoque *immune factum eſſe*, exemplo Diui Titi apud Paulum Lib. II. de Cenſibus. *Diuus Veſ-*

paſianus

ſpaſianus Cæſarienſes colonos fecit, non adiecto, vt & iuris Italici eſſent: ſed tributum his remiſit capitis: ſed Diuus Titus etiam ſolum immune factum, interpretatus eſt. L. VIII. §. VII. *D. eod. Similes eis Capitulenſes eſſe videntur*, vt ſequitur ibidem. Fuit igitur, ex interpretatione Diui Titi, Cæſarea Palæſtinæ *colonia iuris Italici*, vt vt id non addiderit Diuus Veſpaſianus, quando Cæſarienſes colonos fecit. Atqui id negat Vlpianus L. de Cenſibus I. *In Palæſtina duæ fuerunt coloniæ, & Cæſarienſis, & Ælia Capitolina, ſed neutra ius Italicum habet.* L. I. §. VI. D. *eod.* Verum facilis poteſt, meo iudicio, iniri ratio Paulum conciliandi cum Vlpiano. Vlpianus quippe ſcripſit hunc de *Cenſibus* Librum, Antonino Caracalla Diui Seueri Filio imperante: probant id iſta Vlpiani verba de Tyro: *Huic enim Diuus Seuerus & Imperator noſter, ob egregiam in Rempublicam, Imperiumque Romanum inſignem fidem, ius Italicum dedit.* Is, quem *Imperatorem ſuum* dicit Vlpianus, & cum Diuo Seuero coniungit, Antoninus eſt Caracalla Diui Seueri F. Seuerus autem cum ſuo Antonino iam Auguſto, vt Palæſtinis plura iura fundauerat, ita etiam Iudæos grauiter afflixerat, volueratque Cæſaream, & Æliam Capitolinam, nihil præter nomen *coloniæ* habere, quanquam à Diuo Veſpaſiano Cæſarienſibus tributum capitis eſſet remiſſum, & Diuus Titus etiam ſolum immune factum interpretatus eſſet. At vero Paulus ſcribebat de *Cenſibus* poſt Seueri atque Antonini Caracallæ mortem, Antonino Heliogabalo imperante:

Prius illud, ſcilicet poſt mortem Seueri, Antoninique Caracallæ, Paulum hunc ſcripſiſſe Librũ probatur ex his Pauli ipſius. *In Africa, Carthago, Vticea, Leptis magna à Diuis Seuero & Antonino iuris Italici factæ ſunt.* Leg. VIII. §. XI. *D. eod.* Antonino vero Heliogabalo imperãte ſcripſiſſe hinc liquet. *Imperator noſter Antoninus ciuitatẽ Emiſenorũ coloniã, & iuris Italici fecit.* Leg. *ead.* §. VI. D.*eod.* Cùm Seuerus & Antoninus *Diui* à Paulo appellentur, vt qui morari in terris deſierant, hic Antoninus alius non eſt ab Heliogabalo, qui Cæſarienſes in antiquum ius Diui Titi interpretatione quæſitum reſtituit, atque Capitulenſes eis ſimiles eſſe videri voluit. Age vero, quia ab iudæis fuit huius capitis principium, in iis deſinat. Locus eſt Taciti Hiſtoria V. de iudæis, Cl. Lipſio merito de mendo ſuſpectus: Verba Taciti ſunt. *Augendæ tamen multitudini conſulitur: Nam & necare quemquam ex agnatis, nefas.* Vide notas Cl. illius Viri, qui reſcribendum putat, *ex gnatis.* Sed aliud dicendum eſt ex moribus iudæorum petitum. Si quis infantem vnum diem natum occidiſſet, eadem Lege tenebatur, qua is, qui virum interfeciſſet, dummodo poſt nonum menſem in lucem eſſet editus: nam ſi ante hoc tempus eſſet edidus in abortibus cenſebatur. Maimonides Tractatu רוצח, cap. II. אחד ההורג את הגדול או את הקטן בן יומו בין זכר בין נקבה הרי זה נהרג עליו אם הרג בזדון או גולה אם הרג בשגגה והוא שכלו לו חדשיו אבל אם נולד לפחות מט׳ חדשים הרי הוא כנפל עד שישהה ל׳ יום וההורגו בתוך שלשים יום אינו נהרג עליו *Quiſquis occi-*

Digitized by Google

dit aut grandem natu, aut infantem vnum iam diem natum, siue marem, siue feminam, capite luito, siquidem ἐκ προνοίας *cædem fecerit, sin imprudens, in exilium deportator: is autem infans intelligitur, qui post nonum mensem sit in lucem editus: nam si vel paullo ante nonum mensem peractum editus sit in lucem, tanquam abortus censetur ad triginta vsque dies: quod si quis intra illud triginta dierum interuallum, eum occiderit, capital ne esto.* Ex hac Iudæorum παραδόσει colligimus, ſcriptum fuiſſe olim apud Tacitum: *Nam & necare quenquam ex ad natis, nefas,* vnde factum vnica voce, *adnatis*, ac deinde, quod idem eſt, *agnatis*: Eſt autem, *ex ad natis*, ante diem natis, & certe non licebat, vt è Maimonide diximus, occidere את הקטן בן יומו *infantem vnum iam diem natum*, quod Tacito nouum videtur.

CAPVT V.

Ad exules, ad seruos, ad peregrinos, nulla Lex Romanorum pertinet, in iis scilicet, in quibus ius ciuile aliquid addit vel detrahit iuri communi. Quintilianus, & Vlpianus illustrantur. Fragmentum veteris Iurisconsulti emendatur.

IN Moſaïcarum Romanarumque Legum Collatione, Titulo *de Sicariis & Homicidis casu vel voluntate*, laudatur Vlpianus, eiuſque locus deſcribitur, relatis Legis Corneliæ de Sicariis ver-

Digitized by Google

bis: *Item eum qui hominem occidit, coërcit*: *nec adiecit cuius conditionis hominem, vt & ad seruum & ad peregrinum pertinere hæc Lex videatur.* In veteri, quo vsus est Vir summus Petrus Pithæus, codice, scribebatur, *pertinet ire hæc Lex videatur*; quæ scriptura proculdubio vera est: nam alludit Vlpianus ad verba Legis Corneliæ, *qui cum telo ambulauerit hominis necandi &c.* hocque vult, non minus ad seruum & peregrinum pertinere hanc Legem videri, quam ad eos pertinet *ire*, siue *ambulare*. Ad hæc autem Vlpiani verba, *Vt & ad seruum, & ad peregrinum*, ista Notauit Vir Clarissimus. Cicero pro Cluentio: *Vbi omnes mortales alligat Lex, ita loquitur, qui fecit, fecerit, omnes, viri, mulieres, liberi, serui, in iudicium vocantur.* Omnibus Legibus serui rei fiunt, quarum pœna in seruos cadere potest. Leg. XII. §. vlt. D. *de accusat.* In seruos etiam admissa delicta Legibus vindicantur, adeo vt & ipsi seruo, non ad suggillationem Domini, facta iniuria, Legibus inulta non relinquatur; Leg. *Item apud Labeonem* §. *si quis.* D. *de iniur.* L. VI. D. *ad L. Iul. de adult.* Et tamen illud etiam verum est, quod & Fabius L. VI. vsurpauit, *ad exules*, ad seruos, ad peregrinos, nullam Legem pertinere. Sed hæc ex mente verbisque Legum dijudicanda sunt, & potissimum quidem ex subiecta materia. Peregrinus manumittens seruum non potuit Latinum facere. Cur

Digitized by Google

ita ? Quia lex Iunia, quæ Latinorum genus induxit, ad peregrinos non pertinet: Prætor tamen non permittebat ita manumissos seruire, nisi aliter Lege peregrina cautum esset. Hoc scripserat Iureconsultus quidam, siue is Vlpianus fuit, siue Gaïus, seu quis alius, in Libro Regularum, cuius ego nuper fragmentum magno parte erui ex veteri Glossario CL. Puteani, viri selectissimæ eruditionis, & iudicij recti. Quod de peregrino diximus, fortasse & ad deportatum non male habetur, Leg. II. D. *de interdic. & relegat.* Hactenus Vir CL. cuius sententiam adprobare non possumus; itaque ista paullo accuratius à nobis, Deo dante, sunt expendenda. Quintiliani locus habetur L. VII. cap. I. extremo; sed argumentum præmittendum est, ex iis, quæ paullo ante præcedunt: *Qui reo proditionis patri non affuerit, exhæres sit. Proditionis damnatus, cum aduocato exulet. Reo proditionis patri disertus filius affuit, rusticus non affuit: damnatus abiit cum aduocato in exilium. Rusticus cùm fortiter fecisset, præmij nomine impetrauit restitutionem patris, & fratris. Pater reuersus intestatus decessit, petit Rusticus partem bonorum: Orator totum sibi vindicat.* Post multa in vtramque partem disputata, hæc subiicit M. Fabius. *In hoc, de quo loquimur, patre, quid apprehendi potest ?* Damnatus est. *Numquid igitur Lex ad absolutos tantum patres pertinet ? dura prima fronte quæstio. Ne desperemus; credibile est hoc voluisse Legumlatorem, ne auxilia liber-*

rorum innocentibus deessent. Sed hoc dicere Rustico verecundum est, quia innocentem fuisse patrem fatetur. Dat aliud argumentum controuersia. Damnatus proditionis cum aduocato exulet. *Vix videtur posse fieri, vt pœna filio eadem, patri; & si affuerit, & si non affuerit, constituta sit. Præterea,* Lex ad exules nulla pertinet. *Non ergo credibile est, de non aduocato damnati scriptum.* Vult probare Quintilianus, Legem hanc, *Qui reo proditionis patri non affuerit, exhæres sit,* ad absolutos tantum atque innocentes patres pertinere, non autem ad nocentes & damnatos: Argumentum igitur, cùm ita dicere Rustico, qui innocentem fuisse patrem volebat, verecundum esset, petit ex altera lege, *Damnatus proditionis cum aduocato exulet:* Nam fieri non potest, certe non debet, vt æque plectatur is è liberis, qui patri proditionis reo ac nocenti non affuerit, atque is, qui aduocatus affuerat, quique videbatur aduocatione hac sua in criminis illius partem venire; Atqui *aduocatus cum proditionis damnato exulabat*; ergo credibile non est, vt *de non aduocato damnati* scripta sit hæc Lex, *Qui reo proditionis patri non affuerit, exhæres sit.* Hic est sensus verborum Quintiliani, quem vix capies, propter vitiosam illorum interpunctionem, & leue mendum: Rescribo: *Vix videtur posse fieri, vt pœna filio, eadem patri, ei si affuerit, & si non affuerit, constituta sit.* Pœna filio eadem, quæ patri, si ei affuisset, constituta erat, *Damnatus proditionis*

Digitized by Google

cum aduocato exulet. Pœnam quoque conſtitutam fuiſſe filio, qui non affuiſſet aduocatus damnato patri, quanquam non eandem, quæ patri, volebat Orator filius, negabat Rusticus, neque ita intelligendam eſſe exiſtimabat hanc Legem, *Qui reo proditionis patri non affuerit, exhæres ſit.* Sequitur denique his verbis alterum argumentum; *Præterea, Lex ad exules* nulla *pertinet.* Quibus verbis id non ſignificabatur, quod volebat Vir ſummus, *nullam legem ad exules pertinere*: hoc enim falſum eſt, ſed Legem hanc, *Qui reo proditionis patri non affuerit, exhæres ſit*, de qua diſputatur, *non pertinere* ad non aduocatos patrum damnatorum, atque adeo *exulum*: Neque enim dicit Lex, *Qui reo proditionis patri, damnato, aut* exuli, *non affuerit, exhæres ſit*: Quare hæc Lex *ad exules non pertinet*; quod eodem ſenſu dixit. Fabius, *nulla pertinet*: Sciunt enim etiam ij, qui nondum ære lauantur, pronomen iſtud, *nullus, nulla*, ſæpius vſurpari pro aduerbio negandi, *non*: Quare hic Quintiliani locus nihil facit ad ea quæ docet Cl. Pithæus; qui addit de peregrino, qui manumittens ſeruum, non potuit Latinum facere, quia Lex Iunia, quæ Latinorum ius induxit, ad peregrinos non pertinet; quanquam, inquit, Prætor non permittebat ita manumiſſum ſeruire, niſi aliter Lege peregrina cautum: quod collegiſſe ſe fatetur è fragmento, ſiue Vlpiani, ſiue Gaij, ſiue alius in Libro Regularũ, quod eruit è Gloſſario Cl. Puteani, viri ſelectiſſimæ eruditionis, & iudicii recti-

Digitized by Google

Sed bene est, quod in fine harum Notarum edidit integrum illud Fragmentum, cuius pars ista sunt, quæ ad hanc rem faciunt. *Peregrinus manumittens seruum non potest Latinum facere, quoniã Lex Iunia, quæ Latinorum genus induxit; non pertinet ad peregrinos, sicut & Octauianus probat. Prætor non permittit manumissum seruire, nisi aliter Lege peregrina confirmatum fuerit.* Operæ autem pretium est hic legere, quæ præfatus est idem Vir summus ad hoc Fragmentum. *Visum est tandem Puteano nostro hic adiicere Fragmentum illud Latinum toties à me laudatum, quod Graculus Magister Omelijs suis & Græcæ linguæ exercitationibus inter alia quædam ex aliis auctoribus initia librorum inseruerat. Græcam etiam interpretationem, si quando vsui esset, certis tantum locis in margimine addere libuit, satis persuasis hæc potius ex Latinis Græca facta, quanquam sunt & quædam, quæ Græcismum magis referre videanturr* Ad marginem autem eorum, quæ descripsimus ex hoc Fragmento, addiderat, & quidem ad vocem, *Peregrinus*, ξεῖνος: legebat vero in sequentibus, *sicut & Octauenus probat: at Prætor* &c. denique vocis, *peregrina*, in hoc loco, *nisi aliter Lege* peregrina *confirmatum*, interpretatio Græca est Ἑλλήνων. Latina ista interpretatio vocis Græcæ Ἑλλήνων, non est seculi illius, quo vixerunt Vlpianus, & Gaïus; neque item Græci, nisi posterioris ætatis, redderent τὸ *peregrina*, τῶν Ἑλλήνων. Si igitur liceat, quod suspicor, dicere; existimo hæc è Latinis primo Græca facta fuisse, etiã additis quibusdã, quæ ex vsu illius seculi, quo

quo scribebat Græcus hic Interpres, obtinebant: postea pleraque è Græcis Latine reddita à studioso aliquo fuisse, vnde etiam quædam, quæ Græcismum magis referre videntur, cuius generis ista sunt, quæ interpretamur: Verumtamen hæc, *Prætor non permittit manumissum seruire, nisi aliter Lege peregrina* Ελλώων *confirmatum fuerit*, non putamus coniungenda esse cum præcedentibus, vt volebat vir magnus: Multo enim minus seruos à peregrinis manumissos, qui Latini fieri non possunt, quã quosuis alios, qui *vindicta*, aut *testamento*, manumittebantur, imo, meo quidem iudicio, ad eos tantum, qui *vindicta* manumittebantur, attinet: quod nobis iudicio fuit vox Ελλώων, quanquam corrupta: Nam seruus annorum triginta minor manumissus vindicta, sine consilij auctoritate, seruus manebat, Lege Ælia Sentia, vt habes apud Vlpianum Lib. Regularum Singulari, Tit. *de Libertis* I. *Lege Ælia Sentia cautum est, vt minor triginta annorum seruus vindicta manumissus, ciuis Romanus non fiat, nisi apud consilium causa probata fuerit: ideo sine consilio manumissum Cæsaris seruum manere putat.* Vir summus Cuiacius edidit, expuncto *Cæsaris* nomine, *ideo sine consilio manumissum, seruum manere putat*: & quidem longe alio sensu, nam si *Cæsaris* nomen adscribis, hoc velle putem Vlpianum, eum, qui minor annorum triginta vindicta manumissus sit sine consilio, *Cæsaris* fieri seruum, id est, fisci; neque enim amplius in bonis domini, qui manumisit quoquo modo, esse censetur; atque ita *nullius in bo-*

Digitized by Google

nis esse creditur, ac proinde *Cæsaris* seruus sit, vt qui iure, ac proinde reuera, manumissus non sit: nam ea quæ humani sunt iuris, si *nullius in bonis* sint, publica esse siue populi videntur: iura autem populi & Reipublicæ inuasit Cæsar. Quod si *Cæsaris* nomen expungas, sensus est, eum, qui minor annorum triginta à domino vindicta manumissus sit sine consilio, seruum tamen domini sui manere, vt qui non sit iure manumissus. Atque ista quidem Lex *Ælia Sentia* cauebat, secundum quam, in hoc casu, Prætor permittebat, imo iubebat manumissum seruire. Reuocabantur quoque in seruitutem Liberti ingrati, non quidem ex Lege *Ælia Sentia*, certis de caussis è Constitutionibus Diui Claudij & Commodi, quæ tamen ætate Vlpiani non obtinebant, vt in Commentariis nostris ad Leges Atticas docuimus, itaque Vlpiani ætate ingrati Liberti ad seruiendi necessitatem non redigebantur, sed id postea Legibus Diocletiani, & Constantini Magni sancitum est, Leg. XII. C. *de operis Libertorum*: Leg. II. C. *de Libertis & eorum liberis.* Leg. I. Cod. Theod. *eod.* itemque Nouella Iustiniani LXXVIII. cap. II. De his Legibus, quæ sua ætate obtinebant, vt & *Ælia Sentia*, quæ sola Vlpiani æuo manumissum reuocabat in seruitutem, intelligendus est Græcus auctor, qui ad veterum Iureconsultorum verba de suo addit è receptis tunc Legibus atque institutis; sed tamen corrupta est vox Ἑλλήνων, nam suspicor

Digitized by Google

primo olim ſcriptum fuiſſe à Græco iſto Magiſtro, τῦ νόμου Αἰλίου ἢ νέων, & compendioſe, αἰλ. ἢ νέων, id eſt, *niſi aliter Lege Ælia*, *aut nouis* ſcilicet Legibus Diocletiani, Conſtantini, Iuſtiniani, huiuſque potiſſimum, *comprobatum fuerit.* Compendioſa αἰλ. ἢ νέων ſcriptura facile mutauit in Ἐλλιώων, vnde nata Latina huius vocis interpretatio, *peregrina.* Hoc autem vult, Prætorem non permittere manumiſſum ſeruire, niſi aliter Lege Ælia, aut nouis Iuſtiniani Legibus cautum ſit: Lex *Ælia* ſeruum manere iubebat eum, qui minor annorum triginta ſine conſilio fuerat vindicta manumiſſus: Leges Diocletiani, Conſtantini Magni, Iuſtiniani, ingratum Libertum in ſeruitutem reuocabant. Sed de his ſatis, iam enim dicendum eſt, quare peregrinus, manumittens ſeruum, non poſſit Latinum facere, & cur Lex *Junia*, quæ Latinorum genus induxit, *ad peregrinos non pertineat.* Cauſſa in promptu eſt, & hæc quidem, meo iudicio. Ius collectum eſt ex *naturalibus* præceptis, aut *gentium*, aut *ciuilibus*: Ius *naturale* eſt, quod natura omnia animalia docuit: nam ius iſtud, non humani generis proprium, ſed omnium animalium, quæ in terra, quæ in mari naſcuntur, auium quoque commune eſt: Ius vero *gentium* eſt, quo humanæ gentes vtuntur, quod à *naturali* recedere facile intelligi poteſt; quia illud omnibus animalibus, hoc ſolis hominibus inter ſe commune ſit: Ius denique *ciuile* eſt, quod nec in totum à *naturali*,

Digitized by Google

vel *gentium* recedit, nec per omnia ei seruit: itaquē cùm aliquid addimus, vel detrahimus iuri communi, ius proprium, id est, *ciuile* efficimus. His positis, videamus, quare Lex *Iunia* non pertineat ad peregrinum, adeo vt manumittens seruum peregrinus Latinum non faciat; nempe *manumissiones* quidem *iuris gentium sit.* Leg. IV. D. *de iustitia & iure:* Sed additur huic juri è Lege *Junia*, vt manumittens seruum, Latinum faciat, quod ius cùm proprium sit atque *ciuile* Romanorum, non est *peregrinis* commune, sed ijs inter se, qui Reipublicæ Romanæ sunt ciues. Quod vero ad *deportatos* attinet, *manumittere deportatum non posse Diuus Pius rescripsit* Leg. II. D. *de interdictis, relegatis, & deportatis.* Ratio in prōptu est, quia *qui pœnæ serui efficiuntur, indubitate manumittere non possunt, quia & ipsi serui sunt.* Leg. VIII. D. *de manumissionibus.* Manumissio iuris *gentium* est, de manu missio, id est, libertatis datio, sed manumittit is tantum, qui manui & potestati suppositum habet: Quare ex hoc *gentium* iure seruus, qui manui alterius suppositus est, alterum manumittere non potest. Accedit ad hæc ius *ciuile* Romanorum, quo *deportati* & ipsi *serui* habentur: vnde fit, vt manumittere non possint.

Digitized by Google

CAP. VI.

Multum refert, in maioribus delictis consulto aliquid admittatur, an casu: voluntas enim iustitiam prouocat, casus vero temperamentum admittit. Rescriptum Hadriani emendatur sæpius. Gregorianus item Codex. Triboniani incogitantia.

MVltum refert, in maioribus delictis consulto aliquid admittatur, an casu; nam voluntas iustitiam prouocat, casus temperamentum admittit; fato namque, non noxæ imputandus est: itaque Leges homicidij pœnam remittunt, οὐ γὰρ τὸ συμβὰν νόμος ἐσκέψατο, ἀλλὰ τὴν τοῦ δεδρακότος διάνοιαν. Qua de re extat Rescriptum Hadriani Augusti apud Vlpianum Lib. VII. de Officio Proconsulis, sub titulo *de Sicarijs & Veneficis*. Eius verba referuntur in Collatione Legum Romanarum & Mosaïcarum, Tit. I. de Sicarijs & Homicidis casu vel voluntate. *Distinctionem casus & voluntatis seruari in homicidio Rescripto Hadriani confirmatur. Verba Rescripti. Et qui hominem occidit, absolui solet, scilicet si non occidendi animo id admisit: & qui non occidit, sed voluit occidere, pro homicida damnatur. E re itaque constituendum est, ex quo ferro percussit ipsa funditus. Nam si gladium instrinxit, aut telo percussit, quid dubium est, quin occidendi animo percusserit? Sic lapide percussit, aut cucuma, aut cum forte rixaretur, ferro percussit, sed non occidendi mente. Ergo hoc exquirite, & si voluntas occidendi*

fuit, vt homicidam ſeruum ſupplicio cum iure iubete affici. Non omnia huius Reſcripti verba ſana ſunt, quibus tamen medicinam non properabis è Leg. I. §. III. D. *ad L. Cornel. de ſicarijs & venefic.* quo loco Tribonianus deſcribit è Lib. XIV. Inſtitutionum Marciani hæc verba: *Diuus Hadrianus reſcripſit, eum, qui hominem occidit, ſi non occidendi animo hoc admiſit, abſolui poſſe: & qui hominem non occidit, ſed vulnerauit, vt occidat, pro homicida damnandum, & ex re conſtituendum hoc: nam ſi gladium ſtrixerit, & in eo percuſſerit, indubitate occidendi animo in eum admiſiſſe. Sed ſi claui percuſſit, aut cuccuma in rixa, quamuis ferro percuſſerit, tamen non occidendi animo, leniendam pœnam eius, qui in rixa cauſa magis, quàm voluntate homicidium admiſit.* Vides è comparatione huius Reſcripti, vt apud Vlpianum refertur, Marcianum, ſiue Tribonianum multa mutaſſe, ſed ea pleraque non in melius: Ex his tamen, *ſi claui percuſſit*, colligimus apud Vlpianum ſcribi debere, *ſi clabi depercuſſit.* Scriptum eſt *clapi*, pro *clabi*, ſiue *claui.* Verbum vero, *depercuſſit*, decompoſitum eſt, & præpoſitio, *de*, hic minuit ſignificationem. Rurſum iſta cum ſequentibus, *ſed ſi claui percuſſit, aut cuccuma in rixa*, oſtendunt apud Vlpianum mutilum eſſe locum: *Sic lapide percuſſit, aut cucuma, aut cùm forte rixaretur, ferro percuſſit.* Nam τὸ *claui*, aut *cucuma percuſſiſſe*, non opponitur τῷ, *cùm forte rixaretur*, ſiue rixæ: imo intelligitur, *claui*, aut *cucuma* inter rixandum percuſſiſſe: & bene Tribonianus: *Sed ſi claui percuſſit, aut cuccuma in rixa:* apul Vlpianum excidit vaſis ferrei,

Digitized by Google

ſi forte, culinarij nomen, aut inſtrumenti, quo percutere potuerat: itaque poſt, *aut*, adponendus eſt aſteriſcus, & locus ad hunc legendus modum: *Si clabi depercuſſit, aut cucuma, aut *, cùm forte rixaretur.* At vero longe abit Tribonianus, cùm dicit conſtituendum eſſe, an occidendi animo percuſſerit, necne, *ex re*, id eſt, *è ferro*, quo percuſſit: non enim inſtrumentum poteſt abſolute hic dici *res*: Sed veteri ſcriptura deceptus eſt Tribonianus, cùm animum non aduerteret ad eos, de quibus agebatur in hoc Diui Hadriani Reſcripto. Vltima apud Vlpianum verba, *vt homicidam ſeruum ſupplicio cum iure iubete affici*, inemendata cenſet CL. Pithœus, cuius frater eo digniſſimus, & vere gemellus, legebat, *vt homicidij reum ſupplicio maiore iubete* adfici. Addit Petrus, niſi quis ita malit, *vt homicidam ſeruum ſupplicio maiore*: Certum enim eſt ex perſona delinquétis vt crimen, ita pœnam augeri. Sed iam noſtræ ſunt, cum bono Deo, interpretandi partes. Reſcriptum iſtud Hadriani eſt ad Prouinciæ Rectorem: nam & eum, ad quem reſcribit, inquirere vult, & iubere homicidam, ſi criminis reus peragatur, ſupplicio affici. Quare ſingulari numero legendum eſt, *exquirito*, itémque, *iubeto*, non autem, quaſi pluribus reſcriberet, *exquirite, iubete*. Is autem, de quo agebatur, & homicidij poſtulabatur, *ſeruus* eſt: id enim manifeſto docent Reſcripti verba, *vt homicidam*, ſeruum *ſupplicio cum iure iubeto affici*. Eum autem homicidij poſtulabat, niſi valde fallor, *hera*, quod *ſe* percuſſiſſet, apud Prouinciæ Rectorem:
Digitized by Google

neque enim iam ab ipso Hadriani æuo, *licebat dominis supra modum & sine causa legibus cognita in seruos suos sæuire, & maior asperitas dominorum Diui Antonini Constitutione coërcetur*, vt est apud Gaïum Lib. I. Institutionum. Diuo Antonino præiuerat suo exemplo pater Hadrianus, referente Vlpiano, Lib. VIII. de Officio Proconsulis, sub titulo De dominorum sæuitia. *Diuus etiam Hadrianus Vmbriciam* (*Vmbram*, quod idem est, habes in Collatione Legum Romanarum & Mosaycarum.) *quandam matronam in quinquennium relegauit, quod ex leuissimis causis ancillas atrocissime tractasset*. Leg. II. D. *de his, qui sui, vel alieni iuris sunt*. Cùm igitur ex Imp. Hadriani Constitutione, dominorum in seruos vitæ necisque potestas esset coërcita, Prouinciæ Rectorem adit *hera* à *seruo* suo pulsata, eumque illo nomine homicidij accusat: consultus à Præside Hadrianus rescribit, voluntatem in his spectari, non exitum: nam & is, qui hominem occidit, si non occidendi animo hoc admisit, absolui potest, & qui hominem non occidit, sed vulnerauit, vt occidat, pro homicida damnatur: voluntatis autem argumentum firmissimum maxime petitur ex eo, quo percussit, instrumento: nam si gladio, si telo percussit, dubium non est, quin occidendi animo percusserit; at verò si, oborta rixa, eo, quod primum occurrit, & in manus venit, arrepto ferro, vt, exempli gratia, claui, aut cucuma, aut alio huiusmodi vase, alterum percusserit, occidendi mentem non fuisse palam est. Itaque in specie hac rescribit dominæ

minæ siue hære probandum esse, quo ipsam ferro percusserit seruus, cùm in eo positum sit maximum firmamentum accusationis huius. Quare diligenter hoc vult exquiri à Rectore Prouinciæ, vt si ex eo, quo illam percussit, ferro constiterit, voluntatem occidendi fuisse, seruum, tanquam homicidam supplicio iubeat affici *cum iure*, id est, causa Legibus cognita. Totum igitur locum ita legendum putamus. *Distinctionem casus & voluntatis in homicidio seruari Rescripto Hadriani confirmatur. Verba Rescripti. Et qui hominem occidit, absolui solet, scilicet si non occidendi animo id admisit: & qui non occidit, sed voluit occidere, pro homicida damnatur.* Eræ *itaque constituendum est, & quo percussit ipsam:* fundus id. *Nam si gladium instrinxit, aut telo percussit, quid dubium est, quin occidendi animo percusserit? Si* clabi *depercussit, aut cucuma, aut *, cùm forte rixaretur, ferro percussit, sed non occidendi mente. Ergo hoc exquirito, &, si voluntas occidendi fuit, vt homicidam, seruum supplicio cum iure iubeto affici.* Ex iis, quæ in superioribus diximus, emendationum nostrarum causæ aperiuntur. *Eræ* itaque, siue *heræ* rescripsimus, quia ea est, quæ seruum, ob se ferro violatam, homicidij apud Prouinciæ Rectorem accusabat: Huic *eræ* constituendum est, quo ferro percussa sit à seruo suo: quippe *fundus id*, maximúmque habet momentum ad probandum, eam fuisse à seruo suo percussam occidendi animo: è voce autem, *funditus*, quæ nullum hic habet locum, fecimus distinctis vocibus,

Digitized by Google

neque enim iam ab ipso Hadriani æuo, *licebat dominis supra modum & sine causa legibus cognita in seruos suos sæuire, & maior asperitas dominorum Diui Antonini Constitutione coërcetur*, vt est apud Gaïum Lib. I. Institutionum. Diuo Antonino præiuerat suo exemplo pater Hadrianus, referente Vlpiano, Lib. VIII. de Officio Proconsulis, sub titulo De dominorum sæuitia. *Diuus etiam Hadrianus Vmbriciam (Vmbram*, quod idem est, habes in Collatione Legum Romanarum & Mosaycarum.) *quandam matronam in quinquennium relegauit, quod ex leuissimis causis ancillas atrocissime tractasset*. Leg. II. D. *de his, qui sui, vel alieni iuris sunt*. Cùm igitur ex Imp. Hadriani Constitutione, dominorum in seruos vitæ necisque potestas esset coërcita, Prouinciæ Rectorem adit *hera* à *seruo* suo pulsata, cumque illo nomine homicidij accusat: consultus à Præside Hadrianus rescribit, voluntatem in his spectari, non exitum: nam & is, qui hominem occidit, si non occidendi animo hoc admisit, absolui potest, & qui hominem non occidit, sed vulnerauit, vt occidat, pro homicida damnatur: voluntatis autem argumentum firmissimum maxime petitur ex eo, quo percussit, instrumento: nam si gladio, si telo percussit, dubium non est, quin occidendi animo percusserit; at verò si, oborta rixa, eo, quod primum occurrit, & in manus venit, arrepto ferro, vt, exempli gratia, claui, aut cucuma, aut alio huiusmodi vase, alterum percusserit, occidendi mentem non fuisse palam est. Itaque in specie hac rescribit do-

minæ

Digitized by Google

minæ ſiue hære probandum eſſe, quo ipſam ferro percuſſerit ſeruus, cùm in eo poſitum ſit maximum firmamentum accuſationis huius. Quare diligenter hoc vult exquiri à Rectore Prouinciæ, vt ſi ex eo, quo illam percuſſit, ferro conſtiterit, voluntatem occidendi fuiſſe, ſeruum, tanquam homicidam ſupplicio iubeat affici *cum iure*, id eſt, cauſa Legibus cognita. Totum igitur locum ita legendum putamus. *Diſtinctionem caſus & voluntatis in homicidio ſeruari Reſcripto Hadriani confirmatur. Verba Reſcripti. Et qui hominem occidit, abſolui ſolet, ſcilicet ſi non occidendi animo id admiſit: & qui non occidit, ſed voluit occidere, pro homicida damnatur.* Eræ *itaque conſtituendum eſt, & quo percuſſit ipſam:* fundus id. *Nam ſi gladium inſtrinxit, aut telo percuſſit, quid dubium eſt, quin occidendi animo percuſſerit? Si* clabi *depercuſſit, aut cucuma, aut* *, *cùm forte rixaretur, ferro percuſſit, ſed non occidendi mente. Ergo hoc exquirito, &, ſi voluntas occidendi fuit, vt homicidam, ſeruum ſupplicio cum iure iubeto affici.* Ex iis, quæ in ſuperioribus diximus, emendationum noſtrarum cauſæ aperiuntur. *Eræ* itaque, ſiue *heræ* reſcripſimus, quia ea eſt, quæ ſeruum, ob ſe ferro violatam, homicidij apud Prouinciæ Rectorem accuſabat: Huic *eræ* conſtituendum eſt, quo ferro percuſſa ſit à ſeruo ſuo: quippe *fundus id*, maximúmque habet momentum ad probandum, eam fuiſſe à ſeruo ſuo percuſſam occidendi animo: è voce autem, *funditus*, quæ nullum hic habet locum, fecimus diſtinctis vocibus,

fundus it, siue id. Vult autem Imperator, vt Præses, vbi exquisiuerit, seruo voluntatem occidendi fuisse, eum, tanquam homicidam, *cum iure*, & causa Legibus cognita, supplicio iubeat adfici. Legitur in eadem Collatione eiusdem argumenti Rescriptum Imperatorum Diocletiani & Maximiani A A. descriptum è Gregoriano Codice. ITEM GREGORIANVS. *Libro IV. ad Legem Corneliam de sicarijs & veneficis, tale Rescriptum dedit, quod si dominum. Habe Agato K. NB. Qualitas precum Juli Antonini clementiam nostram facile commouit: quippe quod asseueret homicidium se non voluntate, sed casu fortuito fecisse: cùm calcis ictu mortis occasio prabita videatur. Quod si ita est, neque super hoc ambigi poterit, omni eum metu ac suspicione, quod ex admissi discrimine sustinet, secundum id quod adnotatione nostra comprehensum est, volumus liberari. Dat. prid. Kal. Dec. Diocletiano A. IV. & Maximiano coss.* Harum literarum exemplar habetur etiam Leg. V. C. *ad L. Cornel. de sicarijs.* vbi etiam nomen loci, in quo datæ sunt hæ literæ, adscriptum est, & numerus Consulatuum Maximiani A.

Exemplum Sacrarum Literarum Dioclet. & Max. A A. & CC. Agatho.

Eum, qui adseuerat homicidium se non voluntate, sed casu fortuito fecisse, cùm calcis ictu mortis occasio prabita videatur: si hoc ita est, neque super hoc ambigi poterit: omni metu ac suspicione, quam ex admissæ rei discrimine sustinet, secundum id, quod adnotatione nostra comprehensum

Digitized by Google

est, volumus liberari. Dat. 7. Decembr. Sirmij, ipsis A A. IV & III. Coss. Excidit ex hac temporis nota aliquid: nam non solent ita numerare, *septimo Decembris:* igitur *Kal.* reponendum. Sed maioris momenti videntur verba ista, quæ in *Gregoriano* Codice præscribuntur huic Rescripto, *quod si dominum.* Quo enim pertineant, non videt CL. Pithœus: Quanquam autem is ego non sim, qui cernam acutum, tamen suspicor me videre, quo sint referenda. Sed primo obseruandum est, ea ita esse legenda, *quod sid* (id est, sit) *omnium.* Nempe adnotabat auctor huius Codicis, Imperatores Diocletianum atque Maximianum A A. hoc rescripto non tantum Iulio Antonino, sed etiam *omnibus* ius fecisse; itaque, quanquam in eo Iulij Antonini nomen legatur, *omnium* tamen esse: Quare etiam Tribonianus expuncto Antonini nomine, *omnium esse* videri voluit: nam eo spectant ista, quæ, sine vllo discrimine, *de omnibus* non autem solo Iulio Antonino, intelligenda sunt, *Eum, qui adseuerat homicidium se, non voluntate, sed casu fortuito, fecisse.* At quod immediate sequitur, Iulium Antoninum spectat, *cùm calcis ictu mortis occasio præbita videatur:* Neque enim omnes, qui homicidium casu fortuito faciunt, calcis ictu mortis occasionem præbent; est & qui per lasciuiam sagatione, est qui teli casu, & alijs mille lethi vijs.

Digitized by Google

CAP. VI.

Spadones matrimonia possunt contrahere, liberos item adoptare, aut adrogare: non item castrati: Gaïus JC. emendatur. Quot annos nati spadones testamentum facere possent Eunomiani. Pseudomeni Syllogismi. Codex Theodosianus emaculatur.

IN causis matrimonialibus *frigidorum* ratio maior haberi non debet, aut potest, quam inuestis pueri: *Sicut puer, qui non potest reddere debitum, non est aptus coniugio: sic qui impotentes sunt, minime apti ad contrahenda matrimonia reputantur;* inquit Alexander PP. III. in Rescripto ad Ambianensem Episcopum, Decretalium Lib. IV. Tit. XV. *de Frigidis & maleficiatis*, capite, *Quod sedem*, II. Verum Romanorum Legibus matrimonium contrahebant *spadones*: Nam *si spadoni mulier nupserit, distinguendum arbitror*, inquit Lib. XXXIII. ad Edictum Vlpianus, *castratus fuerit, necne, vt in castrato dicas dotem non esse: in eo, qui castratus non est, quia est matrimonium, & dos, & dotis actio est.* Leg. *si serua* XXXIX. D. *de iure dotium.* Itaque etiam adoptare poterant, & adrogare liberos. *Sed & illud vtriusque adoptionis commune est, quod & ij, qui generare non possunt (quales sunt spadones) adoptare possunt.: castrati autem non possunt.* Inst. *de Adoptionib.* §. IX. Habet Imperator è Gaïo Lib. I. Institutionum, cuius verba sic legit & retulit Tribonianus: *Illud vtriusque adoptionis commune*

Digitized by Google

est, quod & hi, qui generare non possunt, quales sunt spadones, adoptare possunt. Leg. II. §. I. D. *de adoptionib.* Sed male Tribonianus: nam τὸ *generare non posse* differentiam non statuit inter *spadones*, & *castratos*: nam castrati *generare non possunt*, neque vnquam poterunt, cùm illis exsecuerint virum: at vero *spadones* spes est aliquando generaturos, si mòdo illud corporale vitium, quod impedimento est ad procreandam sobolem, tollatur, aut sanetur: Sunt enim *spadones* οἵ τινες διά τι πάθος ἢ φύσιν ἐνοχλήσασθαι τοῖς γονίμοις μορίοις, παιδοποιεῖν κωλύονται· τούτου δὲ ἀπαλλαγέντες παιδοποιοῦσι, vt optime adnotant Græci, qui hanc causam adferunt differitatis inter *spadones*, & *castratos*, cur illi adoptare possint, hi non possint: καὶ ὅτι ὁ μὲν κάστρατος καὶ ὁ θλιβίας, εἰς θέσιν τινὰ οὐ λαμβάνουσιν· ἐπειδὴ οὐδὲ παιδοποιεῖν δύνανται. ὁ δὲ σπάδων λαμβάνει· ἐπειδὴ τούτῳ ἐλπὶς εἰκὸς τοῦ πάθους ἀπαλλαγέντα δύνασθαι παιδοποιεῖν, vt legitur in Eclogis Basilic. vbi tamen malim εἴπως, quam εἰκός. Sunt igitur *castratis* ἀνέλπιστα τὰ τῆς παιδοποιΐας, at vero *spadonibus* ἐλπιστά. Putem igitur olim apud Gaïum, & in eo, quo vsus est Tribonianus, codice scriptum fuisse compendiose, *quod & hi, qui generare* nc n *possunt, quales sunt spadones.* Facili autem lapsus è litera *c* facta est litera *o*: at vero ista literarum compendia significant idem, quod exprimunt Græci, nempe, *qui generare* nunc non *possunt.* Nota Iuridicæ in veteribus membranis, N, *non*: N C, *nunc.* Itaque etiam *spadones* heredem postumum scribere possunt, *castrati* non item. *Sed*

est quæsitum, inquit Vlpianus Lib. III. ad Sabinum, *an is qui generare facile non possit, postumum heredem facere possit? Et scribit Cassius, & Iauolenus, posse; nam & vxorem ducere, & adoptare potest.* Spadonem *quoque posse postumum heredem scribere, & Labeo, & Cassius scribunt: quoniam nec ætas, nec sterilitas ei rei impedimento est. Sed si* castratus *sit, Iulianus Proculi opinionem secutus, non putat postumum posse heredem instituere: quo iure vtimur.* Leg. VI. D. *de liberis & postumis.* Testamenta igitur faciebant *spadones*, non tamen ante *decimum octauum* ætatis annum, vt est apud Paulum Lib. III. Sententiarum, Tit. *de Testamentis* IV. §. II. *Spadones eo tempore testamentum facere possunt, quo plerique pubescunt, id est, annorum decimo octauo.* Apud Cuiacium editur, *anno decimo octauo*, qui adnotat plenæ pubertati datum esse annum decimum octauum, §. *minorem.* Inst. *de Adoptionib.* quod est ex Iustiniani instituto, vt alibi diximus. Itaque suspicor verba ista, *id est, annorum decimo octauo*, siue, *anno decimo octauo*, non esse Pauli ipsius, sed ab aliquo addita, postquam ex instituto Iustiniani plena pubertas definita est anno decimo octauo: Quanquam longe falsus est, quisquis ille fuit, & præter mentem Pauli ista de suo addidit: Tempus quippe definit Paulus, *quo plerique pubescunt*: ergo non *anno decimo octauo*, quo *plena* quidem definitur *pubertas*, non autem *plerique pubescunt*: nam iam ante pubuerunt plerique: vnde Didymus apud Demosthenem ἐπιδιετὲς ἡβῆσαι interpretabatur,

ἀντὶ τοῦ, ἐὰν ἑκκαίδεκα ἐτῶν γινόμενοι. τὸ γὰρ ἡβῆσαι μέχρι πεντεκαίδεκά ἐστιν. Quanquam id male Didymus. Sed tamen hinc conſtat, perſuaſum fuiſſe veteribus, *pleroſque pubeſcere* anno ætatis *ſextodecimo*. Quod & manifeſto indicant iſta Cenſorini verba. *De tertia autem ætate adoleſcentulorum tres gradus eſſe factos in Græcia, priuſquam ad viros perueniatur, quod vocent annorum quatuordecim* παῖδα: *mellephebon autem quindecim, deinde ſedecim, ephebon, tunc ſeptemdecim* ἐξέφηβον. Ergo *plerique pubeſcunt* ante annum *decimum octauum*, eo tamen anno plene puberes eſſe definitum eſt à Iuſtiniano, cùm tamen etiam in imbecillioribus non erumpit ætatis neceſſitas ante decimumoctauum annum: Vnde noſtri Athenienſes ad annum ætatis *decimum octauum* vſque τὴν ἥβην definiebant, quia nemo erat, licet & plerique, adeoque maxima pars, ante annum decimum octauum pubeſcerent, ſed nemo erat, *frigidos* excipio, qui anno *decimo octauo* pubes non eſſet: vnde in Oratione Funebri à Pericle habita apud Thucydidem Hiſtoria II. τὰ δὲ, *αὐτῶν τοὺς παῖδας* τὸ ἀπὸ τοῦδε δημοσίᾳ ἡ πόλις *μέχρις* ἥβης θρέψει. Scholia interpretantur, *μέχρις* ἥβης, *μέχρι* ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν. Quanquam non tantum ad annum decimum octauum de publico exhibebantur liberi eorum, qui fortiter in bello occubuerant, ſed etiam ad annum vſque viceſimum, vt in Legibus Atticis à nobis dictum eſt; verum non hi ſoli ab anno decimo octauo ad viceſimum de

Digitized by Google

publico alebantur, sed etiam quotquot erant ceteri eiusdem ætatis adolescentuli περίπολοι, qui publice custodes erant in castellis Atticæ: eaque est ratio, quare dixerit Pericles, δημοσίᾳ ἡ πόλις μέχρις ἥβης θρέψει. Verum ad *spadones* redeamus, quos constat, ex his Pauli verbis, olim exemplo ceterorum, id est, annos quatuordecim tantum natos, testamentum facere non potuisse, donec tandem Constantius A. anno Christi Dionysiano tercentesimo tricesimo nono, id illis concessit.

Imp. Constantius A. ad Rufinum Præfectum Prætorio.

Eunuchis liceat facere testamentum, componere postremas exemplo omnium voluntates, conscribere codicillos, salua testamentorum obseruantia. Dat. V. Kalend. Mart. Sirmij, Constantio A. V, & Constante Cæs. Conss.

Vbi puto obseruandum, non temere Constantium, *Eunuchos* dixisse, non autem *Spadones*, quia *Eunuchus* non tantum *spadonem*, sed etiam *castratum* significat: ita Interpretes Græci in Eclogis Basilicon, & Theophilus. ΕΥνοῦχος ὄνομά ἐστι γενικὸν, τέμνεται δὲ εἰς τρία. τῶν γὰρ ΕΥνούχων, οἱ μὲν, εἰσι Σπάδονες, οἱ δὲ, Κάστρατι, οἱ δὲ, θλίβιαι. Nam *Eunuchis castratis* hoc concessit Constantius, cùm apud eum omnia possent, vt è Zosimo & Ammiano Marcellino constat: neque ante hac id datum puto *castratis*, vt testamentum facerent: *spadonibus* vero, vt scriberent annos tantum nati quatuordecim:

At

At vero Constantius, vt rem gratam aulicis suis *castratis* faceret, in genere *Eunuchis* concessit, vt testamenta facerent exemplo omnium post annum quartumdecimum: quo nomine non tantum *spadones*, sed & *castrati* intelliguntur; atque ita ius testamenta faciendi *castratis* concessum est per has aulicas artes, & nomen homonymum. Quod vero Vir magnus putat hanc Legem posse referri ad *Eunomianos spadones*, quibus Lex XVII. C. Th. *de Hæreticis* omnino adimit testamenti factionem, vt nec capere ex alieno testamento possint, nec ipsi sibi facere testamentum, hoc, inquàm, nobis non potest probari. Imperatores Valentinianus, Theodosius, & Arcadius aduersus *Eunomianos* Legem scripserunt in hæc verba: *Eunomiani spadones, nec faciendi, nec adipiscendi habeant licentiam testamenti.* In his verbis, *Eunomiani spadones*,, mendum latere in voce, *spadones*, quod viros eruditissimos hactenus fugerit, nullus dubito, quod nos, Deo dante, tollemus: Sed prius videndum est, an sit. Est profecto, nec quisquam ibit inficias, qui aduertet primo, hanc Legem esse scriptam *omnibus* in vniuersum *Eunomianis*, non quibusdam tantum ex illa hæresi. Id probat Lex XXIII. C. T. *eod. Eunomianis, ne caperent aliquid, vel relinquerent testamento, Legem dudum credidimus promulgandam, quam quidem nunc consilio pleniore reuocamus. Viuant iure communi: scribant pariter, ac scribantur hæredes.* Vides enim ex hac Lege, priorem illam, de cuius scriptura emendanda sumus solliciti, promulgatam fuisse *Eunomianis omnibus*,

Digitized by Google

ſine vllo diſcrimine, ne poſſent ſcribere, vel ſcribi heredes. Rurſum conſtat, non tantæ *Eunomianis* curæ fuiſſe caſtitatem, vt vellent, omnes non dico, ſed totidem forte, quot ſunt Thebarum portæ, & diuitis oſtia Nili, *ſpadones* fieri. B. Auguſtinus L. de Hæreſibus, cap. LIV. *Fertur etiam Eunomius vſque adeo fuiſſe bonis moribus inimicus, vt aſſeueraret, quod nihil cuiquam obeſſet quorumlibet perpetratio & perſeuerantia peccatorum, ſi huius, quæ ab illo docebatur, fidei particeps eſſet.* B. Epiphanius in illa Hæreſi. τὸ δὲ σφαλῆναι ἔν τινι πορνείᾳ, ἢ ἑτέρᾳ ἁμαρτίᾳ οὐδὲν εἶναι φασίν. οὐδὲν γὰρ ζητεῖ θεὸς, ἀλλὰ τὸ εἶναι ἐν ταύτῃ μόνῃ τῇ αὐτῶν νομιζομένῃ πίστει. Hinc vides *Eunomium* ſuis ſectatoribus Legem non præſcripſiſſe, vt *ſpadones* fierent: Quare non recte in Lege *Eunomiani* nominantur *ſpadones*, eſtque aliquid huius nominis vicem reponendum. Horrendas ſuas blaſphemias, quibus chartam hanc non inquinabimus, adſtruere conabatur ὁ παγκάκιστος *Eunomius*, ſyllogiſmis quibuſdam, atque ſophiſticis captiunculis, vt teſtantur BB. Epiphanius & Auguſtinus: *Eunomius quippe in Dialectica præualens, acutius & celebrius defendit hanc hæreſim.* Ac maxime vſus videtur fuiſſe ſyllogiſmo, quem etiam Latini *pſeudomenum* appellant, vt eſt apud B. Hieronymum Commẽtariis in caput 1. Amozi. *Oſtium vocatur, qui falſum dogma concepit, & peperit, vt Arius in Alexandria: vectes eius, & firmiſſimæ ſerræ eius Eutychius, &* Eunomius, *qui ſyllogiſmis & enthymematibus, imo ſophiſmatibus, &* pſeudomenis, *& ſoritis, quæ ab alijs male inuenta ſunt, roborare conantur.* Cùm igitur

Digitized by Google

hæresim suam assereret *Eunomius*, & ab eo *Eunomiani*, mentientibus, vt vertit Cicero *pseudomenos*, quibusdam syllogismis, & illis quoque *mendacium* adhæsit cognomen: neque dubito rescribendum esse in Legis verbis, *Eunomiani* pseudiones *nec faciendi* &c. ψευδιόνες *pseudiones* sunt *mendaces*, nempe qui *mentientibus* ad confirmandam suam hæresim syllogismis vtebantur.

Cap. VIII.

Sindon linea vestis, tum cubitoria, cùm diurna Ægyptiaca, vel Tyria: Erat item fascia, qua Medici obligabant male affecta corporis loca: Martialis illustratus: Fuit quoque linteum tonsorium. Menander illustratus & emendatus de dote filiæ Cratetis. Prægnans mulier non erat morbosa: Vitruuius illustratur.

INter *lineas* vestes erat *sindon*: itaque recenset Pollux Libro VII. cap. XVI. περὶ λινῶν ἐσθήτων. Est autem *Sindon* vel *nocturna* atque *cubitoria* vestis: R. Dauid Camius in Radicibus: סדין הוא כסות הלילה הסמוך לבשר עשוי מפשתים *Sindon tegumentum est nocturnum* ἐπὶ γυμνοῦ *è lino*. Nam huiusmodi vestes *è lino* fuisse iampridem obseruauit Incomparabilis Casaubonus ex Eusebio Hist. L. VI. cap. XL. κἀγὼ μὲν, οἶδεν ὁ θεός, ὡς λῃστάς εἶναι περιέπειν ἡγούμενος ἐπὶ σύλησιν καὶ ἁρπαγὴν ἀφικομένους, μένων ἐπὶ τῆς εὐνῆς ἧς ἤμην γυμνὸς ἐν τῷ λινῷ ἐσθήματι, τὴν λοιπὴν ἐσθῆτα παρακειμένην αὐτοῖς

ὤρεγον, vel est *Sindon* vestis *diurna*. Rabbi Dauid ibid. ויש מהם עשויים להתעטק בהם ביום *Sunt* & Sindones *vestes* diurnæ *è lino*. Estque vestis exterior *Sindon*, aut *Ægyptiaca* cum duplici fimbria, Pollux loco laudato. σινδὼν, ἔστιν Αἰγυπτία μὲν, περιβόλαιον δ' ἂν εἴη, ὃ νῦν δίκροσσον καλούμενον. aut *Tyria*, siue etiam *Palæstina*: nam in Iudæa fiebant Prouerb. XXXI. 24. Meminit *Tyriæ Sindonis* Martialis L. IV. Epigrammate XIX. vbi opponit villosam vestem endromidem *sindoni*.

Ridebis ventos hoc munere tectus, & imbres,
Nec sic in Tyria sindone *tutus eris*

Eodem etiam veniebat aliquando *fascia*, qua obligabant Medici male affecta corporis loca. Pollux ibidem. σινδὼν, ἔστιν Αἰγυπτία μὲν, περιβόλαιον δ' ἂν εἴη δίκροσσον καλούμενον. εἴρηται δέ που καὶ πλαγμὼν σινδονίτης docet idem Pollux L. IV. cap. XXV. περὶ ἰατρικῶν ἐργαλείων. εἴποις δ' ἂν καὶ δεσμὰ, καὶ κατάπλασμα ἐν Γιειπάδῃ καὶ ὀθόνιον, ὃ ἐπίδεσμον, καὶ πλαγμόνα σινδονίτην. Atque hinc intelligendus est Martialis L. II. Epigrammate XVI.

Zoilus ægrotat faciunt hanc stragula febrem:
Si fuerit sanus, coccina quid facient?
Quid torus à Nilo, quid sindone *tinctus olenti?*
Ostendit stultas quid nisi morbus opes?
Quid tibi cum Medicis? dimitte Machaonas omnes.
Vis fieri sanus? stragula sume mea.

Tertio versu legendum est:

Quid torus à Nilo? quid sindone cinctus *olenti?*

Digitized by Google

Nam volebat oſtentare opes ſuas, non tantum in ſtragulis purpureis, & toro Nilotico, ſed etiam in *faſciis*, quibus obligabatur è Medicorum imperio; eas appellat *ſindones*, & quidem *olentes*, è murifice ſcilicet: Intelligitur etiam *ſindonis* nomine linteum illud, quo inuoluebantur, qui tonſoribus operam dabant, vt etiamnum hodie fit, Diogenes Laërtius in Cratetis vita. ὑπὸ τῶν Ἀθήνησιν Ἀστυνόμων ἐπιτιμηθεὶς ὅτι σινδόνα ἠμφίεστο, ἔφη, καὶ Θεόφραστον ὑμῖν δείξω σινδόνα περιβεβλημένον. ἀπιστούντων δὲ, ἀπήγαγεν ἐπὶ κουρεῖον, καὶ ἔδειξε κειρόμενον. Ludebat Crates in varia ſignificatione *ſindonis:* nam cum illi vitio verteretur ab Aſtynomis, quod, poſito pallio, *ſindonem* veſtem geſtaret, ille de *ſindone tonſoria* reſpondit. Nam Crates, vt & ceteri Philoſophi, *pallium*, non autem *ſindonem*, geſtabat: quanquam & hic paululum abibat Crates à reliquorum more, vt qui villoſum æſtate pallium, hieme detritum geſtabat, vt Philemon Poëta Comicus ſcribit;

Καὶ τοῦ θέρους μὲν εἶχεν ἱμάτιον δασύ,
Ἵν' ἐγκρατὴς ᾖ, τοῦ δὲ χειμῶνος ῥάκος.

Conſortemque habuit non tantum thalami, ſed & eiuſdem vitæ, *Hipparchiam* vxorem, Menandro Comico teſte:

Συμπεριπατήσεις γὰρ τρίβων' ἔχουσ' ἐμοὶ,
Ὥσπερ Κράτητι τῷ Κυνικῷ ποθ' ἡ γυνή.

Filiamque, eadem dotatam pauperie, nuptum collocauit, vt eſt apud Diogenem Laërtium ex eodem Menandro in Cratetis vita: Nam ſubiicit his duobus, quos deſcripſimus, Menandri verſibus iſta:

καὶ θυγατέρ' ἐξέδωκε κείνοις, ὡς αὐτὸς ἔφη, ἐπὶ πεῖρα δοὺς τριάκονθ' ἡμέρας. Verba ista, ὡς αὐτὸς ἔφη, ad Menandrum referuntur, quem immediate ante testem laudauerat. Ceterum locus est corruptus, ex quo nullum elicies commodum sensum: Neque filiam, quanquam Cynicus, sic in concubinatum dedit dies triginta. Rescribo itaque Menandri versus ad hunc modum:

Καὶ θυγατέρ' ἐξέδωκε
Χοῖνιξ, ἐπὶ πῆρα δοὺς τριάκονθ' ἡμέρας.

Τωθασμὸς est, & iocus nō vulgaris elegantiæ: Dicit enim, non Cratetem, sed *Chœnicem* elocasse filiam Cratetis. Minima dos Athenis Atticis erat trium sesquiminarum, quarum fœnus annuũ erat drachmarum octodecim, quot drachmis vænibant quadraginta octo *Chœnices*, id est, vnus hordei medimnus. Atqui Crates dotem non dixit, non dedit, nisi *Chœnicem*, id est, σιτηρέσιον ἔμμηνον. Hesychius. χοίνικες αἱ ἀπὸ μηνὸς τροφαί. Sed viles istæ, nam cum *pera*, cuius lautitiam describit παρῳδῶν his verbis Crates ipse:

Πήρη τις πόλις ἐστὶ μέσῳ ἐνὶ οἴνοπι τύφῳ,
Καλὴ καὶ πίειρα, περίρρυπος, οὐδὲν ἔχουσα.
Εἰς ἣν οὔτε τις εἰσπλεῖ ἀνὴρ μωρὸς παράσιτος,
Οὔτε λίχνος πόρνης ἐπαγαλλόμενος πυγῇσιν,
Ἀλλὰ θύμον καὶ σκόρδα φέρει, καὶ σῦκα, καὶ ἄρτους,
Ἐξ ὧν οὐ πολεμοῦσι πρὸς ἀλλήλους, περὶ τούτων
Οὐχ ὅπλα κέκτηνται, περὶ κέρματος, οὐ περὶ δόξης.

Digitized by Google

Addamus huic capiti nonnulla alia: *Morbum* definit apud Sabinum Labeo, *habitum cuiusque corporis contra naturam, qui vsum eius ad id facit deteriorem, cuius causa natura nobis eius corporis sanitatem dedit.* Leg. I. §. VII. D. *de Ædilitio Edicto*. A. Gellius L. IV. cap. II. Græci ita reddunt in Eclog. Basilic. νόσος ἐστὶ σωματικὴ κατάστασις παρὰ τὴν φύσιν ἡμῖν περιγινομένη, χρήσεώς τινος ἀφαιρετικὴ, ἧς ἕνεκα φύσις ἡμῖν τὴν ὑγείαν δεδώρηται. Galenus περὶ θεραπευτικῆς μεθόδου L. II. τῶν συμβαινόντων τοῖς σώμασιν ἐν τῷ παρὰ φύσιν ἔχειν, Ἱέρων κράτιστε, τέτταρες ἐδείχθησαν αἱ πᾶσαι διαφοραί. μία μὲν, αὐτῆς τῆς βεβλαμμένης ἐνεργείας, ἑτέρα δὲ, τῆς ἐργαζομένης αὐτὴν διαθέσεως, ἄλλη τρίτη, τῶν ταύτης αἰτίων, καὶ τετάρτη, τῶν ἐξ ἀνάγκης ἑπομένων αὐτῇ συμπτωμάτων. Sed *morbus* est, vt ibidem ab eo definitur, non αὐτὴ ἡ βεβλαμμένη ἐνέργεια, sed ἡ ἐργαζομένη αὐτὴν διάθεσις. Verba eius sunt. ἡ μὲν δὴ τὴν ἐνέργειαν ἐμποδίζουσα διάθεσις, ὀνομαζέσθω νόσος. εἴτι δ' ἕπεται τῇδε, σύμπτωμα. τὸ δ' ἐργαζόμενον αὐτὴν, αἴτιον. Sunt autem obseruanda hæc verba, *contra naturam*, in definitione *morbi*: nam hinc liquet mulierem *prægnantem* non esse *morbosam*, etiamsi multa ei accidant, dum vterum fert, quæ morbi symptomata esse videantur: Nam *mulieres ad id natura progenuit, vt partus ederent, & maxima cupiditas eis in hoc constituta sit.* L. II. C. *de indicta viduitate tollenda.* Quare Vlpianus L. I, ad Edictum Ædilium Curulium, dicit inter omnes conuenire mulierem *prægnantem* sanam esse. *Si mulier* prægnans *venierit, inter omnes conuenit* sanam *eam esse : maximum enim ac præcipuum*

munus feminarum est, accipere, ac tueri conceptum. L. XIV. §. I. D. *de Ædilit. edict.* Ac id negare L. II. cap. IX. Vitruuius videtur; *Vti etiã corpora muliebria cùm conceperint, à fœtu ad partum non iudicantur integra, neque in venalibus, ea cum sint prægnantia, præstantur sana.* Ego vero non existimo à Vitruuio negari, mulieré *prægnantem sanam* esse: Sed venditor solebat, *prægnãtem mulierem sanam recte esse* stipulanti spondere: nam *mulierem prægnantem inter omnes conuenit sanam esse*, vt ait Vlpianus: At vero *sanam non præstabat*, vt docet Vitruuius, quod pluris erat; & multo magis valebat stipulatio, vt colligere est ex Vlpiano L. XLII. ad Sabinum *Si ita quis stipulanti spondeat,* sanum esse, furem non esse, vispellionem non esse, *& cetera, inutilis stipulatio quibusdam videtur: quia si quid est in hac causa, impossibile est quod promittitur: si non est, frustra est: Sed ego puto verius, hanc stipulationem,* furem non esse, vispellionem non esse, sanum esse, *vtilem esse: hoc enim continere, quod interest, horum quid esse, vel horum quid non esse: sed & si cui horum adiectum fuerit,* præstari, *multo magis valere stipulationem: alioquin stipulatio, quæ ab Ædilibus proponitur, inutilis erit, quod vtique nemo sanus probabit.* L. XXXI. D. *de euictionibus.* Non igitur ista contraria sunt: sed is, qui spondebat tantùm, *recte sanam esse* mulierem, etiamsi *prægnans* sit, sponsio hæc continebat, quod intererat, neque enim *morbosa* erat, quia *inter omnes conuenit sanam eam esse:* at si idem spondeat, se *præstare eam sanam esse,* multo magis valet ea sponsio.

CAP.

Digitized by Google

CAP. IX.

Duæ causæ ex Platonis sententia. Dij mundo attributi ob incolatum. Diogenes Laërtius corrigitur. Quando Librum τῶν ἠθικῶν χαρακτήρων scripserit Theophrastus, qui ibidem emendatur.

LEguntur ista apud Diogenem Laërtium in Platone: ἐπεὶ δ' αἰτίαι εἰσὶ δύο, τὰ μὲν διὰ μονὴν εἶναι, τὰ δ' ἐξ ἀναγκαίας αἰτίας (φησὶ) λεκτέον. ταῦτα δ' ἐστὶν, ἀήρ, πῦρ, γῆ, ὕδωρ. Vide quæ notauit Incomparabilis Casaubonus. Duæ caussæ, sunt, inquit, θεός, siue νοῦς, & ἀνάγκη. Vocem διαμονὴν esse corruptam facile videbit, qui animum attendet. Sed videamus, an mendum tollere possimus. Dixerat Laërtius in præcedentibus, ἵνα ὁ κόσμος τελειωθῇ, θεοὺς μὲν οὖν ἔχειν τὸ πολὺ πυρίνους. Ad hos Deos ista refero quæ corrupta sunt, & emendo. τὰ μὲν διὰ νομὴν εἶναι. Dij enim isti mundo adtributi sunt ob incolatum. Optimus nostræ emendationis assertor Alcinous, Isagoge in Platonis doctrinam, cap. X. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι Δαίμονες, οὓς καὶ καλοῖεν ἄν τις γεννητοὺς θεοὺς καθ' ἕκαστον τῶν στοιχείων. οἱ μὲν ὁρατοὶ, οἱ δὲ, ἀόρατοι ἔν τε αἰθέρι, καὶ πυρὶ, ἀέρι τε, καὶ ὕδατι ὡς μηδὲν κόσμου μέρος ψυχῆς ἄμοιρον εἶναι; μηδὲ ζώου κρείττονος θνητῆς φύσεως. Dij igitur sunt ob incolatum; non ex materiæ necessitate. Cetera vero omnia, vt sunt elementa esse ait Plato apud Diogenem, ἐξ ἀναγκαίας αἰτίας nempe τὴν ὕλην αἴτιον

τούτων ἐξ ἀνάγκης εἶναι, δεχόμενον γάρ πως τὰς ἰδέας ἡμι-ρᾶν τὰς οὐσίας. Non ita bene conuenit inter eruditos viros de Theophrasti ætate, & quando scripserit aureolum Libellum τῶν ἠθικῶν χαρακτήρων, qui hodie extat & superest è tanta Librorum huius Philosophi iactura. Putat Vir Incomparabilis tempus, quo scripsit Theophrastus hunc Librum, posse deprehēdi ex his verbis Theophrasti: ὡς Πολυσπέρχων καὶ ὁ βασιλεὺς μάχῃ νενίκηκε, καὶ Κάσανδρος ἐζώγρηται. Annum enim ista indicant, si penitius attendamus, quanquam vir ille magnus existimat ea, quæ hic dicuntur, & referenda sunt ad Polysperchontem & Aridæum Alexandri Magni fratrem, sparsa fuisse per Athenas sub finem Olympiadis centesimæ quintædecimæ. Sed huic sententiæ aduersatur, quod annos natum se prodit Theophrastus nonaginta nouem, vt vulgò editur, quando hunc Libellum in vulgus dedit: καὶ βεβιωκὼς ἔτη ἐννενήκοντα ἐννέα, ἔτι δὲ ὡμιληκὼς πολλαῖς τε καὶ παντοδαπαῖς φύσεσι. Atqui anno vltimo Olympiadis centesimæ vicesimę secundæ, vel anno primo Olymp. centesimæ vicesimæ tertiæ fatis cōcessit Theophrastus, eique in docēdi munere successit Strato. Apollodorus in Chronicis apud Diogenē in Stratonis vita: σχολαρχεῖν δὲ (καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς.) ἤρξατο τῇ πέμπτῃ καὶ εἰκοστῇ καὶ ἑκατοστῇ Ὀλυμπιάδι. Ex quo Anonymus in Descriptione Olympiadum ad annum primum Olympiadis centesimæ vicesimæ tertiæ: Θεοφράστου τοῦ φιλοσόφου τελευτήσαντος, τὴν σχολὴν διαδέχεται Στράτων Λαμψακηνός. Longam nactus est

vitam Theophrastus, quāquam inter Philosophos longæuos, neque à Luciano, neque à Censorino, nominetur; testis is ipse est, qui hic scripsit καὶ βεβιωκὼς ἔτη ἐνενήκοντα ἐννέα. Annos explesse *centum & septem* scribit vir omni exceptione maior B. Hieronymus Epistola ad Nepotianum. *Vnde & sapiens vir Græciæ Theophrastus, cùm expletis* centum & septem annis *se mori cerneret, dixisse fertur, se dolere, quod tum egrederetur è vita, quando sapere cepisset.* Eandem pœne querelam, certe eodem refertur, habes apud M. Tullium Tusculanarum Quæstionum L. III. *Theophrastus moriens accusasse naturam dicitur, quod ceruis, & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset: hominibus, quorum maxime interfuisset, tam exiguam vitam dedisset: quorum si ætas potuisset esse longinquior, futurum fuisse, vt, omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. querebatur igitur se tum, cum illa videre cepisset, extingui.* Et apud Diogenem Laërtium, cùm animam ageret Theophrastus, dicebat discipulis & sectatoribus suis, ἡμεῖς γὰρ ὁπότ' ἀρχόμεθα ζῆν, τότ' ἀποθνήσκομεν. Quod vero negat vitam suam diuturnam fuisse Theophrastus apud Ciceronem, id ab eo fit, quia comparabat cum vita ceruorum aut cornicum, præ qua admodum exigua est hominis vita, etiam illius, qui annos centum expleuerit. Ex his colligimus mendosum esse numerum annorum vitæ Theophrasti in Libello hoc Characterum proditum, καὶ βεβιωκὼς ἔτη ἐνενήκοντα ἐννέα. nam vixit ad annum primum Olympiadis centesimæ vicesimæ tertiæ vsque, nec

Digitized by Google

nisi annos *centum & septem* expleuit: Libellum autem Characterum edidit, circa annum Olympiadis centesimæ quintædecimæ quartum; nam quos sermones gestabat famigerator ille, capite περὶ λογοποιΐας, ὡς Πολυσπέρχων καὶ ὁ βασιλεὺς μάχῃ νενίκηκε, καὶ Κάσσανδρος ἐζώγρηται. referendi ij sunt ad ea, quæ accidisse memorat Diodorus Siculus L. XVIII. anno tertio Olympiadis centesimæ quintædecimæ, Archippo Magistratu: Salaminam obsidebat Cassander, sed Polysperchon, qui cum Rege erat, Cassandrum aggredi statuit, κινδυνευούσης δὲ τῆς πόλεως ἁλῶναι κατὰ κράτος, ὁ Πολυσπέρχων ἐξέπεμψε δύναμιν ἀξιόλογον πεζικήν τε καὶ ναυτικὴν, τὴν ἐπιθησομένην τοῖς πολιορκοῦσι. διόπερ ὁ Κάσσανδρος καταπλαγεὶς, καὶ λύσας τὴν πολιορκίαν, ἀπέπλευσεν εἰς τὸν Πειραιᾶ. Quare annos erat natus Theophrastus, cùm Libellum hunc scriberet, *septuaginta nouem*, & facile mutarunt numerales notæ OΘ, in has GΘ. itaque reponendum est, καὶ βεβιωκὼς ἔτη ἑβδομήκοντα ἐννέα.

Digitized by Google

CAP. X.

Fonensia metalla Gregorianus Codex, Athanasius, Epiphanius, Theodoritus, & Hieronymus emendati. Plutarchus lares fixi in Thessalia. Apuleius illustratus. Seplasionum fraudes, Iulianus correctus.

APud Pariatorem Legum Romanarum & Mosaycarum Tit. *de Mathematicis* XV. refertur è Gregoriano Codice L. VII. *de maleficis & Mathematicis* Constitutio Diocletiani & Maximiani AA. ad Iulianum Proconsulem Africæ aduersus Manichæos, in qua ista leguntur, *ipsos quoque Forensibus vel Proconensibus metallis dari.* Legendum putat CL. Pithœus, *Elafonensibus, vel Proconensibus,* nam de *Forensibus* nihil legit. *Elafonesus insula in Propontide ante Cyzicum,* teste Plinio L. V. *unde Cyzicum marmor, eadem Neuris, & Proconnesus* dicta. Sane τοῖς φεννησίοις καὶ προικοννησίοις παρεδίδοντο μετάλλοις· apud Theodoretum scriptum reperio. Apud Athanasium aliter: εἰς μέταλλον ἀποσταλῶναι, καὶ μέταλλον οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ εἰς τὸ τῆς Φαινοῦ, ἔνθα καὶ φόνοις καταδικαζόμενος ὀλίγας ἡμέρας μόγις δύναται ζῆσαι. At in Epiphanio, ἐν τοῖς φοινησίοις μετάλλοις legitur. Hactenus V. CL. quem non audio: Puto esse scribendum, *ipsos quoque Fonensibus, vel Proconensibus metallis dari:* nam in Libris R & N crebro mutantur. B. Hieronymus de Locis Hebraicis: FENON, *castra filiorum Israël in deserto: Fuit autem quondam ciuitas Princi-*

Digitized by Google

pum Edom, nunc viculus in deserto, vbi æris metalla damnatorum supplicijs effodiuntur, inter ciuitatem Petram & Zoaram, de quo & supra diximus; nempe ista, *Dedan in regione Idumæa: est autem in quarto milliario à* metallo Feno *contra Aquilonem:* atque ita etiam rescribendum est apud Hieronymum FONON, nam Hebræi scribunt פונן, quomodo quoque apud Athanasium, Epiphanium, & Theodoritum, nam de his metalli fodinis procul dubio sunt intelligendi: Quomodo Plutarchus, quomodo Sextus, Σέξτος Χαιρωνεὺς ἀδελφιδοῦς Πλουτάρχου, inquit Suidas, ambo *Charonenses* è *Bœotia*, potuerint genus maternum Lucij, vt est apud Apuleïum in *Thessalia Hypata* fundare quærunt eruditi, dicam vt eorum studia excitem, quod coniicio: Facem nobis præluxit Suidas, cuius hæc sunt verba de Plutarcho: Πλούταρχος Χαιρωνεὺς τῆς Βοιωτίας, γεγονὼς ἐπὶ τῶν Τραϊανοῦ τοῦ Καίσαρος χρόνων καὶ ἔτι πρόσθεν. μεταδοὺς δὲ αὐτῷ Τραϊανὸς τῆς τῶν ὑπάτων ἀξίας, προσέταξε μηδένα τῶν κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα ἀρχόντων παρὲξ τῆς αὐτοῦ γνώμης τι διαπράττεσθαι. Beauit nos Suidas hac sua obseruatione; nam inde colligere est, Plutarchum in *Thessalia* lares suos fixisse, idque *Hypatæ*, quæ Epirum inter Macedoniamque sita erat: præcipit enim Traianus Rectoribus Illyrici, vt nihil serij, inconsulto Plutarcho aggrediantur: Ergo fuit necesse, vt Plutarchus in vicinia saltem habitaret, non igitur *Charoneæ* in Bœotia, quæ ab *Illyrico* longissime abesset. *Hypata* vero erat *Thessalia* satis proxima, nam, vti diximus, erat proxima Epiro: ad *Epirum*

Digitized by Google

autem vſque pertingebat *Illyricum* populi Romani prouincia Prætoria ex diſtributione Diui Auguſti, vt eſt apud Strabonem extremo opere : Ergo lares habuit Plutarchus *Hypatæ* in Theſſalia, quem, tanquam in vicinia poſitum, conſulebant Rectores Illyrici Prouinciæ populi Romani in omni negotio. Seplaſia omnia corrumpit fraudibus, cum tamen ſpecimen ſuarum mercium ſincerum exhiberent atque proponerent in linteolo ſeplaſij καὶ ῥωποπώλαι, qua de re elegans eſt Iuliani locus Orat. II. ſed leuiter corruptus : ὅστις δὲ ἐθέλει μηδὲν ὑπὸ τοῦ κάλλους ἐξαπατᾶσθαι τῶν ῥημάτων καὶ τῶν ἔξωθεν ἐπιφερομένων πλασμάτων ὥσπερ ἐν ἀρχῇ περὶ ἀρωμάτων τινῶν, καὶ χρωμάτων, Αρεοπαγίτης ἔστω κριτής. Nihil hic vidit Interpres, ſed emendandum eſt ex hoc ſeplaſiorum more ; ὥσπερ ἐν ῥάκει περὶ ἀρωμάτων τινῶν, καὶ χρωμάτων, quomodo, inquit, fucus fit in *linteolo* (id ſignificat apud Medicos ῥάκος) circa aromata nonnulla atque pigmenta, quorum ſpecimen proponebatur in his linteolis minime fucatum, ſed ſincerum, atque circumferebant.

CAP. XI.

De varijs panum generibus. Ardinienſis panis Codex Theodoſianus illuſtratus.

INter infirmiſſima panis genera, *cibarium* recenſet Celſus. L. II. cap. XVII. *Firmius eſt* (id valentiſſimum vocat, in quo plurimum eſt alimenti)

Digitized by Google

triticum, quàm millium, id ipſum, quam hordeum; & ex tritico firmiſſima ſiligo, deinde ſimila, deinde cui nihil ademtum eſt, quod αὐτόπυρον *Græci vocant: infirmior eſt ex polline infirmiſſimus* cibarius *panis.* Panem hunc *cibarium* etiam *ſordidum* vocant Medicorum Græcorum filij: Galenus L. I. περὶ τροφῶν δυνάμεως, 707. ὁ μὲν καθαρώτατος ἄρτος ὀνομάζεται σιλιγνίτης, ὁ δὲ ἐφεξῆς αὐτῶν σεμιδαλίτης· τροφιμώτατος μὲν οὖν ὁ σιλιγνίτης αὐτῶν, ἐφεξῆς δὲ ὁ σεμιδαλίτης. καὶ τρίτος ὁ μέσος τε καὶ συγκομιστικός, ὁ καὶ αὐτοπυρίτης· (ἔστι δέ τι, καὶ μέσον ἀκριβῶς αὐτῶν εἶδος ἄρτων, οἱ αὐτόπυροι προσαγορευόμενοι. συγκομιστοὺς δὲ αὐτοὺς ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν. ὅτι μὲν οὖν ἐξ ἀδιακρίτων ἀλεύρων οὗτοι γίνονται, μὴ διαχωριζομένου τοῦ πιτυρώδους ἀπὸ τοῦ καθαροῦ, πρόδηλον, ἐντεῦθεν γοῦν αὐτοῖς ἔθεντο καὶ τὰς προσηγορίας. αὐτοπύρους μὲν, ἐπειδήπερ ὅλος αὐτὸς ὁ πυρὸς ἀδιακρίτως ἀρτοποιεῖται. συγκομιστοὺς δὲ, ὅτι συγκομίζεται σκευαζομένων αὐτῶν, ἅπαν ἀδιάκριτον τὸ ἄλευρον.) ἐφ' ᾧ τέταρτος ἐστὶν, ὁ τῶν ῥυπαρῶν εἶδος ὢν ἔσχατος ὁ πιτυρίας, ὅς δὴ καὶ ἀτροφώτατος ἐστίν. Paulus Ægineta L. I. ca. LXXVIII. τροφικώτερος δὲ τῶν ἄρτων ἐστὶν ὁ σιλιγνίτης, ἐφεξῆς δὲ ὁ σεμιδαλίτης· καὶ τρίτος ὁ συγκομιστός. ὁ δὲ ῥυπαρὸς ἄρτος ὀλίγον μὲν τρέφει, μᾶλλον δὲ κατὰ γαστέρα ὑπέρχεται. ὁ δὲ ἄμυλος ὀλιγότροφός ἐστιν: quæ poſtrema verba ſunt interpretanda è paratura τοῦ ἀμύλου, quam habes apud Dioſcoridem L. II. cap. CXXIII. & apud M. Catonem L. de R. R. cap. LXXXVII. Panis hic ῥυπαρὸς, id eſt, *ſordidus*, שאינו יפה, inquit Raſi in Gloſſa Talmudica, id eſt, quem *cibarium* dixit Celſus, quem & *ſecundarium* appellat Plinius, opponiturque

opponiturque *mundo*, vt apud Ælium Lampridium in Alexandri Seueri vita: *Panis* mundi *pondo* XXX. *panis* sequentis *ad donandum pondo* L. Vbi optimè vir magnus panem *sequentem* eundem esse cum pane *secundo*, siue *secundario* probat, qui panis erat tenuiorum: Horatius L. II. Epist. Epist. I quæ est ad Augustum,

Viuit siliquis & pane secundo.

Vetus Interpres: *Pane secundo; non siligineo, non primo, non postremo, sed dispensatorio.* Vbi habes quatuor panum genera, *siligineum*, deinde *primum* quem appellat, id est, è *Simila*, tertium, qui medius est inter hunc *primum* siue σεμιδαλίτην, & postremum, atque hunc medium alterum à *primo* hoc est, *secundum*, vocat *dispensatorium*, & denique *postremum*, qui πιτυρίας panis est. Panem hunc *secundum* dicit Persius esse populi cribro discussum, Satyra III.

Populi cribro decussa farina.

Vetus Interpres: Farinam, panem non deliciosius cribro discussum, sed plebeium, de populi annona, id est, fiscalem dicit. Vnde colligas, panem hunc *secundarium* datum fuisse à *fisco* ætate huius Scoliastæ, quin & docemur auctoritate veteris Interpretis Iuuenalis, panem è *simila* aliquando distributum fuisse populo à *fisco*. Versus Iuuenalis sunt è Satyra VII.

Summula ne pereat, qua vilis tessera venit
Frumenti.

ad quos cum hæc notat Interpres, egregie nugatur: *Ne annonam perdat. Sumula medium significat gradilis panis. summula* apud Iuuenalem non est *simula*, quam

Digitized by Google

eius Interpres appellat *simulam.* Hinc tamen dicissimus σιμιδαλίτην panem populo olim fuisse distributum : Et quidem medium esse dicit inter gradiles panes, qui populo distribuebantur. Quippe primo ex instituto Diui Aureliani, vt optime obseruauit vir summus, panis *siligineus* distributus est secundo panis σιμιδαλίτης: tertio denique *secundarius* panis, quem *sordidum* appellant, & is quidem ætate Interpretis Horatiani, quisquis ille est, vt prædiximus, & ex eius verbis constat, vt & ad annum Christi Dionysianum trecentesimum sexagesimum nonum, vt liquet è Constitutione Valentiniani Augusti, quæ legitur Cod. Theod. *de annonis ciuicis & pane gradili,* L. V.

Valentinianus & Valens A A. ad Populum.

Ciues Romanos, qui in viginti panibus sordidis, qui nunc dicuntur Ardiniensis, quinquaginta vncias comparabat, triginta & sex vncias in bucellis sex mundis sine pretio consequatur &c. PP. Romæ, Kal. Aug. Valentin. N B. P. & Victore Coss. Emendat vir doctissimus, *Ciuis Romanus, qui in viginti panibus sordidis, qui nunc dicuntur Sardinienses.* Sed quare dicti sunt *Sardinienses* nō explicat. Scio equidem adtestatione M. Varronis L. de R R. II aduectum fuisse Romam frumentum è Sardinia, quæ pleraque erat εὐδαίμων τοῖς πᾶσι, σίτῳ δὲ καὶ διαφερόντως inquit Strabo L. V. & inter benignissimas Vrbis Romæ nutrices cum Sicilia numeratur, & fiscalia horrea: Vide V. C. Jureti Notas ad Symmachū. Sed nihil ad rem; an enim omnes hi *sordidi* panes conficebant ex hoc frumen-

to Sardoo? Nugæ. Adtigimus hunc locum, sed frustra, commentario ad Leges Atticas. Aliud igitur quæramus cum bono Deo. Vt vt videatur octo posteriores huius Codicis Libri longe prioribus integriores peruenisse ad manus nostras, eos tamen manus Alarici Gothorum Regis, siue potius Aniani, cuius opera vsus est Alaricus, non effugisse, saltem qua interpretando facile mihi persuadeo: Huius generis est ista interpretatio, *qui nunc dicuntur Ardinienses*: interpretatur enim Anianus, quomodo suo dicerentur æuo à suis Gothis panes, quos appellabat hac Constitutione Valentinianus *sordidos*, nempe *ardinienses*, voce, qua pretium illorum significatur; Nam quod nos Francocelta *quadr.num* dicimus, κόδραντα, id est, quartam partem assis nostratis, (quomodo etiam apud Romanos *quadrans* minimus fuit æreorum nummorum, qui in vsu erant apud Romanos. Plutarchus: ὃ λεπτότατον τοῦ χαλκοῦ νόμισμα κουαδράντην καλοῦσι Ῥωμαῖοι.) Tolosates dicunt ARDI. Erat autem Tolosæ Rex Alaricus, vt habes in exemplari Auctoritatis, siue Commonitorio Timotheo V. S, Comiti. *Anianus Vir Spectabilis ex præceptione D. N. Gloriosiss. Alarici Regis hunc Codicem de Theodosiani legibus atque sententiis iuris, vel diuersis libris electum Aduris, anno XXII. eo regnante edidi atque subscripsi. Recognouimus. Datum sub die IV. Non Feb. anno XXII. Alarici Regis Tolosæ.* Appellat igitur Anianus ex voce Gothica, quæ apud Tolosates etiam hodie in vsu remansit, panes hos *ardinienses*, quia singuli vænibant singulis *ardinis*

Digitized by Google

ſiue quadrantibus, quod certe iuſtum admodum erat pretium horum panum, quorum ſinguli (nam in *viginti* panibus comparabant vncias *quinquaginta*) erant quinque ſemunciarum.

I   1.0
50 X 2   ——
25   20

CAP. XII.

Præſes Prouinciæ non poteſt pecuniam fœnebrem ſumere. Lex Codicis emaculata & expoſita. Galeptæ Sicilienſes etiam dicti Megarenſes: Ariſtoteles correctus. Lex Solonis emendata & expoſita.

QVanquam Romani merito damnarent nũmarium iudicem, tamen exceperunt eſculentum poculentumue, quod intra dies proximos prodigatur vt è Modeſtino habetur L. XVIII. D. *de officio Præſidis.* Sed Principali Conſtitutione ſancitur, ne quis iudex in Prouincia, quam adminiſtrat, pecuniam fœnebrem ſumat.

Imp. Honorius & Theodoſius A A. Theodoro Præfecto Prætorio.

Quiſquis iudici fœnebrem pecuniam mutuauerit, ſi in Prouincia fuerit verſatus, quaſi emptor Legum atque Prouinciæ, vel ſi quis collectarius honoris pretium dederit ambienti, exilij pœna vna cum ipſo iudice plectetur. Dat. XVII. Kal. Nouemb. Baſſo & Philippo Conſſ. L. XVI. C. *ſi certum*

Digitized by Google

petatur. Sed huic Legi aduersatur, quod scripsit Paulus L. II. Sententiarum. *Præses Prouinciæ mutuam pecuniam fœnebrem sumere non prohibetur.* L. XXXIV. §. I. D. *eod.* Hoc ἐναντιοφανὲς excussit non ita pridem doctissimus amicus noster, sed ei emendanti atque interpretanti hanc Legem adsensum præbere non possumus; non enim verba ista, quæ emendat, *si in Prouincia fuerit versatus*, ad iudicem debent aut possunt referri, sed ad eum, qui pecuniam iudici fœnebrem mutuauerit; nam id αὐτόθεν Lex ipsa: *Quisquis iudici pecuniam fœnebrem mutuauerit, si in Prouincia fuerit versatus*: estque sensus, quem adfingunt, admodum ineptus. Quid enim? Demus de iudice agi. Annon etiamsi in Prouincia non fuerit conseruatus retentusque, nonne minus commisit in Leges ambitus, quam is qui impetrauit atque consecutus est quod ambiebat? Minime gentium sane, non enim ab euentu facta notanda sunt, De eo igitur agitur, qui iudici pecuniam fœnebrem mutuauit, sed verba quæ sequuntur, emendanda sunt ad hūc modum: *Quisquis iudici pecuniam fœnebrem mutuauerit, si in Prouincia fuerit vecsatus*; atque postea C in R mutauit, quod solenne est; ita autem olim scripptum fuit, pro, *vexatus*, atque hic sensus est, eum qui in Prouincia vexatur litibus, aut aliqua alia molestia, si iudici Præsidíue, qui in ea ipsa Prouincia ius dicit, pecuniam fœnebrem mutuauerit, plectēdum esse tanquam emptorem Legum atque Prouinciæ; hac enim ratione, mutuando scilicet fœnebrem pecuniam iudici Præsidique Prouinciæ, eum

Digitized by Google

obnoxium ſibi reddit, atque conciliat. Quicquid in ſolum venit, nullo rerum ordine obſeruato, cum in hos Obſeruationum Libros coniiciamus, miſcellum erit hoc caput. Ariſtoteles verba ſunt è Libello de Poëtica: ὀνόματος δὲ εἴδη, τὸ μὲν ἁπλοῦν. ἁπλοῦν δὲ λέγω, ὃ μὴ ἐκ σημαινόντων σύγκειται. τὸ δὲ διπλοῦν· τούτου δὲ τὸ μὲν ἐκ σημαίνοντος καὶ ἀσήμου· τὸ δὲ ἐκ σημαινόντων σύγκειται· εἴη δὲ ἂν καὶ τριπλοῦν καὶ τετραπλοῦν ὄνομα. οἷον τὰ πολλὰ τῶν μεγαλιωτῶν· ἑρμοκαϊκόξανθος. Quid ſit ſignificetque vox μεγαλιωτῶν quæritur. Dicam quid coniiciam. *Galeotarum* gens fuit in Sicilia, habuit quoque & cognominem gentem Attica. Stephanus: Γαλεῶται, ἔθνος ἐν Σικελίᾳ. καὶ ἐν τῇ Ἀττικῇ. *Galeotæ* Sicilienſes Hyblam incolebant, quæ exinde *Galeotis* dicta eſt, Ὕβλα ἡ Γαλεᾶτις Thucydidi Hiſtoria VI. eadémque dicta eſt à conditionis Μεγαρεῖς: vt ex eodẽ Thucydide cõſtat & Strabone L. VI. vt ceteros mittã, atq; incolæ *Megarenſes*. Stephanus: Ὕβλαι, τρεῖς πόλεις Σικελίας, ἡ μείζων, ἧς οἱ πολῖται Ὑβλαῖοι· ἡ μικρά, ἧς οἱ πολῖται Γαλεῶται Μεγαρεῖς. Atq; hinc illuſtrã lus eſt Ariſtoteles, qui *Galeotarum* hic meminit procul dubio, ſed ne quis de gente Attica *Galeotarum* loqui putaret, ad differitatem indicandam adſcripſerat *Megarenſium* ab vrbe Siciliæ cognomentum, οἷον τὰ πολλὰ τῶν Μεγαρέων γαλεωτῶν: Sed librarij primo ſcripſere compendioſe, με. γαλεωτῶν, quia illis eruditis quippe, notum ſatis fuit legendum eſſe Μεγαρέων Γαλεωτῶν, poſterior vero ætas, diſcriminis ignara, ſcripſit vnica voce μεγαλεωτῶν, vnde tandem natum eſt atque

conflatum τῶν μεγαλιωτῶν portentosum & inauditum nomen. In nostris ad Leges Atticas Commentariis veram emendationem Legis Solonis, H. ΕΠΙ. ΛΙΑΝ. ΟΙΧΟΜΕΝΟΙ. H ΕΙϹ. ΕΜΠΟΡΙΑΝ, vel ΕΠΙ ΛΕΙΑΝ, vt legi obseruatum est in Basilicis, cum rescriberemus, H ΕΠΙ. ΛΕΙΟΝ, non quidem quod ΛΕΙΟΝ non significet *frumentum*, nam id multis veterum Scriptorum locis probari potest, sed quia omnis *negotiatio*, quæcumque ea sit, intelligitur in hac Lege his verbis, H. ΕΙϹ. ΕΜΠΟΡΙΑΝ: Vnde etiam argumentum petitur aduersus viri eruditissimi emendationem rescribentis, H. ΕΙϹ. ΚΑΠΗΛΕΙΑΝ: Nam quod ipse non negat καπηλεία negotiationis species est, vt & καπηλεῖον τοῦ ἐμπορίου pars est; τοῦ δὲ ἐμπορίου μέρη, καπηλεῖα &c. inquit Pollux L. IX. cap. V. Legendum iam puto: H. ΕΠΙ. ΑΕΙ. ΑΝ. ΟΙΧΟΜΕΝΟΙ. H. ΕΙϹ. ΕΜΠΟΡΙΑΝ. Societates contrahuntur, vel ad tempus aliquod, vt εἰς ἐμπορίαν negotiationis alicuius caussa, vel in tantum, quantum vitæ supererit, tempus, id εὐφημίας, ergo, sed non sine ἐπανορθώσει, dixit eleganter admodum & verecunde Solon, ΕΠΙ. ΑΕΙ. ΑΝ: id est, in sempiternum tempus, si quid sempiternum esse possit, atque ita expressit, quod volebat, *quamdiu vita suppetet.*

Digitized by Google

CAP. XIII.

De die incendij Vrbis sub Nerone, Tacitus emendatus. Atlantica Insula: Homo bulla: Psenophis Ægyptiaci interpretatur cœlitus acceptus. Tertullianus semel atque iterum correctus.

NArrat Tacitus Annali XV. principium incendii Vrbis incidisse in diem quartumdecimum Kalendas Sextileis, & addit. *Fuere qui adnotarent XIV. Kal. Sextileis principium huius incendij ortum, quo & Senones captam Vrbem inflammauerant. Alij eo vsque cura progressi sunt, vt totidem annos, mensesque, & dies, inter vtraque incendia numerarent.* Tricas has curiosorum hominum non extricauit Lipsius V.C. Emendationi autem atque interpretationi Ill. Scaligeri non possumus accedere, cùm μίμησις illa, de qua vir summus, omnino esset scribenti inepta Cornelio; cuius digitos, per quos iuisset rationes temporum putans, nemo, qui eius Annales leget, videre queat: Neque hic vlla habetur ratio veteris anni Romani: Nam etiamsi haberetur aliqua, nulli reliqui essent mẽses appendices, nulli dies, cum vtrumq. incendiũ contigerit die quartodecimo Kal. Sextileis, eoque anno quo Roma à Senonibus incensa est, eodem tramite currebat vetus annus Romanus cũ Iuliano mẽsis Quintilis ab Eidibus illius: Eidus quippe Quintileis huius anni veteris anni Romani tũc inciderũt in Eidus Quintileis anni Iuliani, qui semper fuisse fingitur,

fingitur, vt in *Eclogis* nostris Chronologicis demonstrauimus. Quare rescribendum puto. *Alij eo vsque cura progressi sunt, vt Thoth ijdem annos, mensesques, & dies, inter vtraque incendia nuneraret.* Obseruat Tacitus nonnullos curiosos adeo fuisse, vt numerarent ipsi, quot anni *Thoth* alicuius, vt puta *Nabonazaru*, (nam longe ante *Thoth Philippi* Roma à Senonibus incensa fuit.) menses item, & dies, inter vtraque incendia intercessissent. Insulæ ingentis magnitudinis in alto Oceani pelago contra Africam in occasum versus iacentis meminere apud Platonem Ægyptij Sacerdotes cum Solone verba commutantes, de quibus, vt puto, Tertullianus Lib. de Pallio, cap. II. *Mutat & nunc localiter habitus, cum situs læditur, cum inter Insulas nulla iam Delos, harenæ Samos: & si ille non mendax, Æon in Atlantico Libyam aut Asiam adæquans quæritur nunc.* Reponit doctissimus amicus noster è veteris sui Libri scriptura, & veterum editionum fide, *cum inter insulas nulla iam Delos, harenæ Samos, & Sibylla non mendax: cum in Atlantico Libyam aut Asiam adæquans quæritur:* Notatque respexisse Tertullianum cum hæc scriberet de Delo, & Samo, Insulis ad hæc Sibyllæ verba:

καὶ δῆλος ἄδηλος,
καὶ ψάμμαθος σάμος ἔσι.

Sed omnes adsensum non præbebunt; nam primum quod de *Samo* dicit, Tertulliani æuo non fuisse *Samon*, nullo auctore nititur, & præterea cultoribus incolisque vacuam non fuisse, colligi

eius Interpres appellat *sumulam.* Hinc tamen dicissmus σεμιδαλίτην panem populo olim fuisse distributum: Et quidem medium esse dicit inter gradiles panes, qui populo distribuebantur. Quippe primo ex instituto Diui Aureliani, vt optime obseruauit vir summus, panis *siligineus* distributus est secundo panis σεμιδαλίτης: tertio denique *secundarius* panis, quem *sordidum* appellant, & is quidem ætate Interpretis Horatiani, quisquis ille est, vt prædiximus, & ex eius verbis constat, vt & ad annum Christi Dionysianum tercentesimum sexagesimum nonum, vt liquet è Constitutione Valentiniani Augusti, quæ legitur Cod. Theod. *de annonis ciuicis & pane gradili*, L. V.

Valentinianus & Valens AA. ad Populum.

Ciues Romanos, qui in viginti panibus sordidis, qui nunc dicuntur Ardiniensis, quinquaginta vncias comparabat, triginta & sex vncias in bucellis sex mundis sine pretio consequatur &c. PP. Romæ, Kal. Aug. Valentin. N B. P. & Victore Coss. Emendat vir doctissimus, *Ciuis Romanus, qui in viginti panibus sordidis, qui nunc dicuntur Sardinienses.* Sed quare dicti sunt *Sardinienses* nõ explicat. Scio equidem adtestatione M. Varronis L. de RR. II. aduectum fuisse Romam frumentum è Sardinia, quæ pleraque erat εὐδαίμων τοῖς πᾶσι, σίτῳ δὲ καὶ διαφερόντως inquit Strabo L. V. & inter benignissimas Vrbis Romæ nutrices cum Sicilia numeratur, & fiscalia horrea: Vide V. C. Iureti Notas ad Symmachũ. Sed nihil ad rem; an enim omnes hi *sordidi* panes conficebant ex hoc frumen-

Digitized by Google

to Sardoo? Nugæ. Adtigimus hunc locum, sed frustra, commentario ad Leges Atticas. Aliud igitur quæramus cum bono Deo. Vt vt videatur octo posteriores huius Codicis Libri longe prioribus integriores peruenisse ad manus nostras, eos tamen manus Alarici Gothorum Regis, siue potius Aniani, cuius opera vsus est Alaricus, non effugisse, saltem qua interpretandō facile mihi persuadeo: Huius generis est ista interpretatio, *qui nunc dicuntur Ardinienses*: interpretatur enim Anianus, quomodo suo dicerentur æuo à suis Gothis panes, quos appellabat hac Constitutione Valentinianus *sordidos*, nempe *ardinienses*, voce, qua pretium illorum significatur; Nam quod nos Francoceltæ *quadr num* dicimus, *κόδραντα*, id est, quartam partem assis nostratis, (quomodo etiam apud Romanos *quadrans* minimus fuit æreorum nummorum, qui in vsu erant apud Romanos. Plutarchus: *τὸ λεπτότατον τοῦ χαλκοῦ νόμισμα κουαδράντην καλοῦσι Ῥωμαῖοι.*) Tolosates dicunt ARDI. Erat autem Tolosæ Rex Alaricus, vt habes in exemplari Auctoritatis, siue Commonitorio Timotheo V. S, Comiti. *Anianus Vir Spectabilis ex præceptione D. N. Gloriosiss. Alarici Regis hunc Codicem de Theodosiani legibus atque sententiis iuris, vel diuersis libris electum Aduris, anno XXII. eo regnante edidi atque subscripsi. Recognouimus. Datum sub die IV. Non Feb. anno XXII. Alarici Regis Tolosæ.* Appellat igitur Anianus ex voce Gothica, quæ apud Tolosates etiam hodie in vsu remansit, panes hos *ardinienses*, quia singuli vænibant singulis *ardinis*

Digitized by Google

ſiue quadrantibus, quod certe iuſtum admodum erat pretium horum panum, quorum ſinguli (nam in *viginti* panibus comparabant vncias *quinquaginta*) erant quinque ſemunciarum.

1   1.0
50 x 2   20
2 ϕ

CAP. XII.

Præſes Prouinciæ non poteſt pecuniam fœnebrem ſumere. Lex Codicis emaculata & expoſita. Galeptæ Sicilienſes etiam dicti Megarenſes: Ariſtoteles correctus. Lex Solonis emendata & expoſita.

QVanquam Romani merito damnarent nũmarium iudicem, tamen exceperunt eſculentum poculentumue, quod intra dies proximos prodigatur vt è Modeſtino habetur L. XVIII. D. *de officio Præſidis.* Sed Principali Conſtitutione ſancitur, ne quis iudex in Prouincia, quam adminiſtrat, pecuniam fœnebrem ſumat.

Imp. Honorius & Theodoſius AA. Theodoro Præfecto Prætorio.

Quiſquis iudici fœnebrem pecuniam mutuauerit, ſi in Prouincia fuerit verſatus, quaſi emptor Legum atque Prouinciæ, vel ſi quis collectarius honoris pretium dederit ambienti, exilij pœna vna cum ipſo iudice plectetur. Dat. XVII. Kal. Nouemb. Baſſo & Philippo Conſſ. L. XVI. C. *ſi certum*

Digitized by Google

petatur. Sed huic Legi aduerſatur, quod ſcripſit Paulus L. II. Sententiarum. *Præſes Prouinciæ mutuam pecuniam fœnebrem ſumere non prohibetur.* L. XXXIV. §. I. D. *eod.* Hoc ἐναντιοφανὲς excuſſit non ita pridem doctiſſimus amicus noſter, ſed ei emendanti atque interpretanti hanc Legem adſenſum præbere non poſſumus; non enim verba iſta, quæ emendat, *ſi in Prouincia fuerit verſatus*, ad iudicem debent aut poſſunt referri, ſed ad eum, qui pecuniam iudici fœnebrem mutuauerit; nam id αὐτὸ βοᾷ Lex ipſa: *Quiſquis iudici pecuniam fœnebrem mutuauerit, ſi in Prouincia fuerit verſatus* : eſtque ſenſus, quem adfingunt, admodum ineptus. Quid enim? Demus de iudice agi: Annon etiamſi in Prouincia non fuerit conſeruatus retentuſque, eone minus commiſit in Leges ambitus, quam is qui impetrauit atque conſecutus eſt quod ambiebat? Minime gentium ſanè, non enim ab euentu facta notanda ſunt. De eo igitur agitur, qui iudici pecuniam fœnebrem mutuauit, ſed verba quæ ſequuntur, emendanda ſunt ad hũc modum: *Quiſquis iudici pecuniam fœnebrem mutuauerit, ſi in Prouincia fuerit vecſatus*; atque poſtea C in R mutauit, quod ſolenne eſt; ita autem olim ſcripptum fuit, pro, *vexatus*, atque hic ſenſus eſt, eum qui in Prouincia vexatur litibus, aut aliqua alia moleſtia, ſi iudici Præſidíue, qui in ea ipſa Prouincia ius dicit, pecuniam fœnebrem mutuauerit, plectẽdum eſſe tanquam emptorem Legum atque Prouinciæ; hac enim ratione, mutuando ſcilicet fœnebrem pecuniam iudici Præſidique Prouinciæ, eum

Digitized by Google

obnoxium sibi reddit, atque conciliat. Quicquid in solum venit, nullo rerum ordine obseruato, cum in hos Obseruationum Libros coniiciamus, miscellanum erit hoc caput. Aristoteles verba sunt è Libello de Poëtica: ὀνόματος δὲ εἴδη, τὸ μὲν ἁπλοῦν. ἁπλοῦν δὲ λέγω, ὃ μὴ ἐκ σημαινόντων σύγκειται. τὸ δὲ διπλοῦν· τούτου δὲ τὸ μὲν ἐκ σημαίνοντος καὶ ἀσήμου· τὸ δὲ ἐκ σημαινόντων σύγκειται· εἴη δ' ἂν καὶ τριπλοῦν καὶ τετραπλοῦν ὄνομα. οἷον τὰ πολλὰ τῶν μεγαλιωτῶν· ἑρμοκαϊκόξανθος. Quid sit significetque vox μεγαλιωτῶν quæritur. Dicam quid coniiciam. *Galeotarum* gens fuit in Sicilia, habuit quoque & cognominem gentem Attica. Stephanus: Γαλεῶται, ἔθνος ἐν Σικελίᾳ. καὶ ἐν τῇ Ἀττικῇ. *Galeotæ* Sicilienses Hyblam incolebant, quæ exinde *Galeotis* dicta est, Ὕβλα ἡ Γαλεᾶτις Thucydidi Historia VI eadéque dicta est à conditionis Μεγαρεῦσι: vt ex code Thucydide cõstat & Strabone L.VI. vt ceteros mittã, atq; incolæ *Megarenses*. Stephanus: Ὕβλαι, τρεῖς πόλεις Σικελίας, ἡ μείζων, ἧς οἱ πολῖται Ὑβλαῖοι· ἡ μικρά, ἧς οἱ πολῖται Γαλεῶται Μεγαρεῖς. Atq; hinc illustrandus est Aristoteles, qui *Galeotarum* hic meminit procul dubio, sed ne quis de gente Attica *Galeotarum* loqui putaret, ad differitatem indicandam adscripserat *Megarensium* ab vrbe Siciliæ cognomentum, οἷον τὰ πολλὰ τῶν Μεγαρέων γαλεωτῶν: Sed librarij primo scripsere compendiose, με. γαλεωτῶν, quia illis eruditis quippe, notum satis fuit legendum esse Μεγαρέων Γαλεωτῶν, posterior vero ætas, discriminis ignara, scripsit vnica voce μεγαλεωτῶν, vnde tandem natum est atque

conflatum τῶν μεγαλιωτῶν portentosum & inauditum nomen. In nostris ad Leges Atticas Commentariis veram emendationem Legis Solonis, H. EΠI. ΛΙΑΝ. ΟΙΧΟΜΕΝΟΙ. H ΕΙC. ΕΜΠΟΡΙΑΝ, vel EΠI ΛΕΙΑΝ, vt legi obseruatum est in Basilicis, cum rescriberemus, H ΕΠΙ. ΛΕΙΟΝ, non quidem quod ΛΕΙΟΝ non significet *frumentum*, nam id multis veterum Scriptorum locis probari potest, sed quia omnis *negotiatio*, quæcumque ea sit, intelligitur in hac Lege his verbis, H. ΕΙC. ΕΜΠΟΡΙΑΝ: Vnde etiam argumentum petitur aduersus viri eruditissimi emendationem rescribentis, H. ΕΙC. ΚΑΠΗΛΕΙΑΝ: Nam quod ipse non negat καπηλεία negotiationis species est, vt & καπηλεῖον τοῦ ἐμπορείου pars est; τοῦ δ' ἐμπορείου μέρη, καπηλεῖα &c. inquit Pollux L. IX. cap. V. Legendum iam puto: H. EΠI. ΑΕΙ. ΑΝ. ΟΙΧΟΜΕΝΟΙ. H. ΕΙC. ΕΜΠΟΡΙΑΝ. Societates contrahuntur, vel ad tempus aliquod, vt εἰς ἐμπορείαν negotiationis alicuius caussa, vel in tantum, quantum vitæ supererit, tempus, id δυσφημίας, ergo, sed non sine ἐπανορθώσει, dixit eleganter admodum & verecunde Solon, EΠI. ΑΕΙ. ΑΝ: id est, in sempiternum tempus, si quid sempiternum esse possit, atque ita expressit, quod volebat, *quamdiu vita suppetet.*

Digitized by Google

fingitur, vt in *Eclogis* noſtris Chronologicis demonſtrauimus. Quare reſcribendum puto. *Alij eo vſque cura progreſſi ſunt, vt Thoth ijdem annos, menſeſque, & dies, inter vtraque incendia nuneraret.* Obſeruat Tacitus nonnullos curioſos adeo fuiſſe, vt numerarent ipſi, quot anni *Thoth* alicuius, vt puta *Nabonazaru*, (nam longe ante *Thoth Philippi* Roma à Senonibus incenſa fuit.) menſes item, & dies, inter vtraque incendia interceſſiſſent. Inſulæ ingentis magnitudinis in alto Oceani pelago contra Africam in occaſum verſus iacentis meminere apud Platonem Ægyptij Sacerdotes cum Solone verba commutantes, de quibus, vt puto, Tertullianus Lib. de Pallio, cap. II. *Mutat & nunc localiter habitus, cum ſitus læditur, cum inter Inſulas nulla iam Delos, harena Samos: & ſi ille non mendax, Æon in Atlantico Libyam aut Aſiam adæquans quæritur nunc.* Reponit doctiſſimus amicus noſter è veteris ſui Libri ſcriptura, & veterum editionum fide, *cum inter inſulas nulla iam Delos, harenæ Samos, & Sibylla non mendax: cum in Atlantico Libyam aut Aſiam adæquans quæritur:* Notatque reſpexiſſe Tertullianum cum hæc ſcriberet de Delo, & Samo, Inſulis ad hæc Sibyllæ verba:

καὶ Δῆλος ἄδηλος,
καὶ ψάμμαθος σάμος ἔστι.

Sed omnes adſenſum non præbebunt; nam primum quod de *Samo* dicit, Tertulliani æuo non fuiſſe *Samon*, nullo auctore nititur, & præterea cultoribus incoliſque vacuam non fuiſſe, colligi

Digitized by Google

poteſt ex Achaïcis Pauſaniæ, qui Tertulliano non eſt longe maior; quod & de *Delo* quoque dictum velim, quanquam enim veteribus ſuis colonis & indigenis Deliis eſſet vacua, non tamen omnino incolis. Pauſanias Arcadicis: ἡ Δῆλος δὲ τὸ κοινὸν Ἑλλήνων ἐμπόριον, ἀφελόντι τὴν ἀφικνουμένους παρὰ Ἀθηναίων εἰς τοῦ ἱεροῦ τὴν φρουρὰν, Δηλίων γε εἵνεκα ἔρημος ἐστιν ἀνθρώπων. Ceterum totus hic locus nobis videbatur ita conſtituendus. *Mutat & nunc localiter habitus, nunc ſitus læditur: cum inter Inſulas nulla iam-Delos, harenæ Samos, &, ſi* bulla *non mendax, æuum in Atlantico Libyam, aut, Aſiam, adæquans quæritur: cum Italiæ, &c.* Dicit Tertullianus mutare mundum, modo in *habitu locali,* modo in *ſitu,* & quidem in *habitu locali* mutare, tribus probat exemplis ab Inſulis aliquot petitis. Primum eſt de *Delo*, cum enata eſt *Delos,* & in mari emerſit, eo in loco, in quo nuſquam prius fuerat: Male autem diſiunctæ fuerant hæ duæ voces, *iam Delos,* quæ coniungendæ ſunt per hyphen, atque hoc ſenſu dixit, *cum inter Inſulas nulla iam-Delos,* id eſt, quando nondum in mari emerſerat, & enata erat Inſula iſta *Delos,* quæ nunc eſt. Alterum exemplum eſt de *Samo,* quia fuit olim *Samos* inculta, καὶ τῶν ἀνθρώπων ἔρημος, itaque dicit, *harenas* fuiſſe *Samon*, id eſt, deſertam & cultoribus vacuam: Atque in his probandis nulla *Sibyllæ* auctoritate fidéque opus eſt; nam iſta prius fuere, & ſunt in confeſſo: Tertium exemplum eſt de Inſula *Atlantica* memorata Platoni in Timæo, atque in Critia ſiue Atlantico, qua de re cum poſ-

Digitized by Google

ſet nonnemo Tertulliano facere controuerſiam, auctorem laudat, penes quem ſit fides, ſed cum ſale Satyrico, vt eſt totius libelli genius, neque enim Platonem, neque Solonem, neque Sacerdotes Ægyptios nominatim laudat; ſed cum *homo* audiat veteri prouerbio *bulla*, vt vanitatem illius, qui hæc ſomniauit, irrideat, dixit τωθαστικῶς, *ſi bulla non mendax*, certe mendacem eſſe & *bullam*, id eſt, vanum, probat, quod *æuum* quæritur *Atlantica* illa Inſula; nam *Pſenophis* referebat Soloni iam tum ἐστὶν ἐννάκις ἔτη χίλια, ἀφ' οὗ γεγονὼς ἐμηνύθη πόλεμος τοῖς τ' Ἀθηναίοις καὶ τοῖς κατοικοῦσι τὴν Ἀτλαντίδα νῆσον. ὑστέρῳ δὲ χρόνῳ σεισμῶν ἐξαισίων καὶ κατακλυσμῶν γενομένων, μιᾶς ἡμέρας καὶ νυκτὸς χαλεπῆς ἐλθούσης, τό, τε παρ' Ἀθηναίων μάχιμον πᾶν, ἀθρόον ἔδυ κατὰ γῆς, ἥ τε Ἀτλαντὶς νῆσος ὡσαύτως κατὰ τῆς θαλάσσης δῦσα ἠφανίσθη, vt docet Plato in Timæo, & in Critia ex illo tempore nuſquam apparuit Atlantica, & etiam nunc quæritur, ſi *bulla* homo non eſt mendax. Is, qui Soloni fabulam iſtam referebat, *Pſenophis* Ψενῶφις eſt, auctore Plutarcho in Solone: eſt autem Ægyptiacè Π σε-ΝΟΥΦΗ, ex articulo Π, nomine σε, & ΝΟΥΦΗ, quod ſignificat τὸ οὐρανοῦ λῆμμα, σε, ſiue σε *accepit*, apud Ægyptios interpretatur: ΦΗ eſt *cælum*: ΝΟΥΦΗ genitiui caſus, *cæli*; eſſet elegantiſſimus τωθασμὸς ſi alluderetur ad hoc nomen Ægyptium, & qui dici volebat τὸ οὐρανοῦ λῆμμα, atque ita nominabatur, *bulla* diceretur.

Digitized by Google

SAMVELIS PETITI OBSERVATIONVM LIBER III.

CAP. I.

De itinere, quod die Sabbati emetiri licebat. Creditum olim fuisse duodecim milliarium. Postea definitum est bis mille octingentis cubitis, itaque obtinuit ætate Christi. Bethania in cælo euectus est Christus. Bethaniæ duæ. Betphage agri Hierosolymitani portio: Talmud emendatur. Denique Sabbati iter bis mille cubitis definitum à R. Akiba. Paraphrastæ Syri ætas. Fauum S. Ægidij suburbanus ager Nemausi: Itinerarium Beniamini emendatur.

NOn eodem ſemper interuallo definita eſt apud Iudæos ἡ σαββάτου ὁδὸς. Nam olim videtur ex Lege terminus fuiſſe duodecim milliarium. Maimonides Hal. שבת, cap. XXVII. §. I. היוצא חוץ לתחום המדינה בשבת לוקה שנאמר אל יצא איש ממקומו ביום השביע ימקום זה הוא תחום העיר ולא נתנה תורה שיעור לתחום זה אבל חכמים העתיקו שתחום זה הוא חוץ לשנים עשר מיל כנגד

מחנה ישראל וכן אמר להן משה רבינו לא תצאו חוץ למחנה *Qui transit terminum vrbis die Sabbati, cæditur: Scriptum quippe est; Nemo egrediatur de loco suo die Sabbati. Loci autem nomine intelligitur terminus vrbis: neque definiuit Lex modum huius termini: sed Sapientes fines rexerunt, & scripserunt, terminum hunc definiri duodecim milliaribus, pro ratione castrorum Israëlis: & sic dixit illis Moyses Magister noster: Non egrediemini è castris.* Scholiastes Maimonidis ad hunc locum: שיער התחומין שהם אלפים אמה מדבריהם ושנים עשר מיל דבר תורה הוא מבואר בהלכות סוף פרק קמא דעירובין ולמדו שיעור זה דשנים עשר מיל מן הירושלמי *Modus terminorum in bis mille cubitis est è Magistrorum sententia; at vero in duodecim milliaribus è Lege, quod planum fit cap. I. Tractatus* עירובים *extremo; itémque discimus modum hunc duodecim milliarium ex Hierosolymitano Talmudis Codice.* Si quis vltra hos duodecim mille passus die Sabbati ambulasset, animaduertebatur ex Lege. Maimonides loco laudato §. II extremo. אבל אם יצא והרחיק מן העיר יותר על שנים עשר מיל אפילו אמה אחת לוקה מן התורה *Sed si vltra duodecim milliaria vel vnum cubitum ab Vrbe progressus sit, ex Lege cæditur.* Postea definita est hæc Σαββάτου ὁδὸς cubitis *bis mille octingentis*, id est, *stadijs septem*; nam cubitus est sesquipes; itaque quadringenti cubiti vni imputantur stadio, ac proinde *bis mille octingenti cubiti* faciũt *stadia septem.* Meminit huius interualli Scholiastes Maimonidis ad hoc Tract. שבת cap. I לעולם רשאי לילך אלפים ושמנה מאות אמה כמרת האלכסון אפילו חולך אל עבר פניו או לעבר פני העיר ויש מי שאמר והורה שאין לו אלפים ושמנה מאות אמה אלא כשהלך באלכסון תחומי

Digitized by Google

מקומו אכל במהלך אל עבר פניו או אל עבר פני תחומי העיר אין לו אלא אלפים אמה בלבד כן נראה מרברי ורבנו *Semper licitum fuit emetiri Sabbato* bis mille octingentos cubitos *quoquouersum, siue vrbe exeat, siue ad eam tendat: Alij docent, licitum non fuisse emetiri* bis mille octingentos cubitos, *non tantum quoquouersum, sed etiam siue vrbe exeas, sine ad eam tendas, sed* bis mille cubitos *tantum; quod etiam visum est Magistro nostro*, Maimonidi scilicet. Beauit nos hic Scholiastes, cùm obseruauit . לעולם רשאי לילך אלפים ושמנה מאות אמה , *semper licitum fuisse Sabbato emetiri bis mille octingentos cubitos*: Nam certe verum est, ætate Domini nostri Iesu Christi, & Apostolorum, id iuris fuisse, iterque, quod Sabbato emetiri liceat, definiri *bis mille octingentis cubitis,* hoc est, *stadijs septem.* Christus cœlo illatus est è monte Oliueti, loco qui distabat itinere Sabbati. Lucas Πραξαποστόλου cap. I. 12. τότε ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἀπὸ ὄρους τοῦ καλουμένου ἐλαιῶνος, ὅ ἐστιν ἐγγὺς Ἱερουσαλήμ, Σαββάτου ἔχον ὁδόν. Paraphrastes Syrus postrema ista ita vertit: ופריק מנה איך שבעא אסטדון *& distat ab ea fere septem stadijs.* Igitur Christi, & Apostolorum ætate, ἡ ὁδὸς Σαββάτου fuit *septem stadia*, teste Paraphraste Syro: nam totidem stadijs ab vrbe aberat hic locus, qui abfuisse dicitur à Luca Σαββάτου ὁδόν. Hoc tamen potest obijci, montem Oliueti abfuisse ab vrbe stadijs quinque tantum, teste Iosepho Lib. XX. ἀφικνεῖται δέ τις ἐξ Αἰγύπτου κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα, προφήτης εἶναι λέγων, καὶ συμβουλεύων τῷ δημοτικῷ πλήθει σὺν αὐτῷ πρὸς ὄρος τὸ προσαγορευό-

Digitized by Google

μένον ἐλαιῶν ἔρχεσθαι, ὃ καὶ τῆς πόλεως ἀντικρὺς κείμενον ἀπέχει στάδια πέντε. Atqui *stadia quinque* faciunt *bis mille cubitos* tantum. Verum idem Lucas Euangelij XXIV. 50. non ἁπλῶς è monte Oliueti, sed *Bethania* euectum fuisse in cœlos Christum docet: ἐξήγαγε δὲ αὐτοὺς ἔξω ἕως εἰς Βηθανίαν. *Bethania* hæc in monte Oliueti sita erat. Marci XI. 1. καὶ ὅτε ἐγγίζουσιν εἰς Ἱεροσόλυμα, εἰς Βηθφαγῆ καὶ Βηθανίαν πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. itémque Lucæ XIX. 29. Atque hinc conciliandus Iosephus cum Paraphraste Syro: nam mons Oliueti distabat ab Vrbe stadia quinque, si interuallum metiaris, quod à radice montis ad Vrbem interiacebat: ac vero *Bethania* erat πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν, ad cliuum montis, non ad radices eius; itaque plus quam quinque stadiis distabat, nempe septem circiter, vt habet Paraphrastes Syrus. Sed Ioh. XI. 18. *Bethania* abest ¡ Hierosolymis quindecim: ἦν δὲ ἡ Βηθανία ἐγγὺς τῶν Ἱεροσολύμων ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε. Sunt igitur duæ *Bethaniæ*, quarum vna, Mariæ Marthæ atque Lazari patria, distabat ab Vrbe quindecim stadiis; altera vero ad montem Oliueti sita, aberat stadia septem. Vide narrationem Euangelistarum. Pridie τῆς βαϊοφορίας erat *Bethaniæ* Lazari Ioh. XII. 1. 12. Hoc ipso vero τῆς βαϊοφορίας die accessit ad *Bethphage* & *Bethaniam*, ad mõtem Oliueti: Marci XI. 1. Luc. XIX. 29. Ex ijs quæ eod. Lucæ cap. commat. 36. 37. leguntur: πορευομένου δὲ αὐτοῦ, ὑπεστρώννυον τὰ ἱμάτια αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ. ἐγγίζοντος δὲ αὐτοῦ ἤδη πρὸς τῇ καταβάσει τοῦ ὄρους τῶν ἐλαιῶν, docemur, cum Iesus *Bethania* profectus aliquid viæ

Digitized by Google

confecerit, antequam ad cliuum, qui versus Ierusalem erat, deuenisset; docemur, inquam, *Bethaniam* hanc in illo cliuo non fuisse sitam, itaque non esse mirum, si abfuerit à radice montis duo stadia. Sed quænam hæc est *Bethphage*, ad quam venisse dicitur Dominus, cùm ad *Bethaniam* accessit? B. Hieronymus in Locis Hebraïcis. *Bethphage Villula in monte Oliueti, ad quam venit Dominus Iesus.* In mappa Amsterodami à Iudæis edita, habes hunc locum בית פניא iuxta הר הזיתים *montẽ oliuarũ.* Meminit *Bethphage* Gemara Talmudica non semel Codice סוטה cap. IX. אמר רב יוסף תא שמע מצאו זקן ממרא אבית פני ותיסרה עליהן *Dixit Rab Josephus: Veni & audi. Inuenerunt senem rebellem* Bethphage, *qui aduersus eos rebellauit*, &c. Quid facerent ad hunc *Bethphage* locum, docet paullo post eadem Gemara, sed verba paululũ sunt corrupta; ita enim editur; תניא כוותיה דרב יוסף מצאן אבית פני והימרה עליהן כגון שיצאו למדידה ענלה Sed puto rescribendum è præcedenti Gemara ו מצא est enim ו, quod mutauit in *Nun* finale, ןכו *Traditio similis est huic Rab Josephi. Inuenit senem in* Bethphage, *qui aduersus eos rebellauit: Exiuerant autem, exempli gratia, ad metiendum, è loco cadaueris singularum per circuitum spatia ciuitatum, vitulæ decollandæ causa.* Atque hinc constat, *Bethphage* nomen esse agri Hierosolymitani. R. Nathan in suo Lexico ita interpretatur: חומות בית פאגי ש״ם מקום חוץ.לירושלם *Murus* Bethphage: *nomen loci extra Hierosolymorum vrbem*: Agrũ Hierosolymitanum, qui intra fines & terminos illius vrbis erat, intelligit R. Salomo Iarhius in Glossa

Digitized by Google

ſa ad hanc Gemaram: אבית פני כל הוא בתוך היקף החיצון של ירושלים קרי בית פאגי *In Bethphage. Quicquid ex intra exteriorem circuitum vrbis Hieroſolymorum*, Bethphage *appellatur*. Quanquam non omnis, qui circa Hieroſolymorum vrbem erat, ager dictus eſt, meo iudicio, *Bethphage*, ſed qui erat ad orientem illius vrbis, nempe *mons Oliueti*, & totus ille tractus: Atque hinc lux præferenda hiſtoriæ Euangelicæ, Matth. XXI 1. καὶ ὅτε ἤγγισαν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἦλθον εἰς πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. Marc. XI. 1. καὶ ὅτε ἐγγίζουσιν εἰς Ἱερουσαλὴμ, εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. Luc. XIX. 29. καὶ ἐγένετο ὡς ἤγγισεν εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν πρὸς τὸ ὄρος τὸ καλούμενον τῶν ἐλαιῶν. Vides Chriſtum acceſſiſſe ad *Bethphage*, cum venit *Bethaniam*; non igitur *villula* hic eſt *Bethphage*, ſed ager ille Hieroſolymitanus, in quo ſita erat *Bethania*, quæ ita diſtinguitur ab altera, Lazari patria, quæ ab vrbe remotior erat; iſta namque erat intra terminos agri Hieroſolymitani, in ea ſcilicet illius agri parte, quæ *Bethphage* dicebatur, in quem agrum veniſſe dicuntur Seniores Hieroſolymitani apud auctores Gemaræ, למדידה עגלה, *ad metiendum à loco cadaueris ſingularum per circuitum ſpatia ciuitatum, vitulæ decollandæ cauſa.* Sed iſta ὡς ἐν παρόδῳ, nam ineunda eſt ἡ Σαββάτου ὁδὸς. Iter igitur *bis mille octingentorum cubitorum* Sabbato emetiri licebat, ad ætatem Chriſti, eiuſque Apoſtolorum, non autem Paraphraſtæ Syri æuo: nam longe alia erat tunc temporis ratio; itaque non vertit apud Lucam ὁδὸν Σαββάτου, ſed inter-

Digitized by Google

uallum apponit, nempe, שבעא אסטרון *ſeptem ſtadia*; quia tunc *ſtadia ſeptem* non erant תחום שבת ὁδὸς Σαϐϐάτου, ſed *quinque ſtadia* tantum, ſiue *bis mille cubiti*: Vixit enim Syrus Paraphraſtes σύγχρονος B. Iuſtini Martyris, certe poſt R. Akibæ mortem, coactóſque ab Hadriano in ordinem Iudæos, cùm iam paſſim Græca Biblia legerentur publice, interdicto vſu Bibliorum Hebraïcorum, quod ab Hadriano cautum fuiſſe, Iudæorum odio, alibi diximus. Atqui R. Akiba primus cauit, ne quis die Sabbati maius iter *duobus mille cubitis* emetiretur. B. Hieronymus Epiſtola ad Aglaſiam; Quæſtione X. *Præterea quia iuſſum eſt, vt diebus Sabbatorum ſedeat vnuſquiſque in domo ſua, & non egrediatur, neque ambulet de loco, in quo habitat: ſi quando eas iuxta literam ceperimus artare, vt non iaceant, non ambulent, non ſtent, ſed tantum ſedeant, ſi velint præcepta ſeruare: ſolent reſpondere, & dicere* Rab Akiba; & Simeon; & Hillel, Magiſtri noſtri, tradiderunt nobis, vt bis mille pedes ambulemus in Sabbato: *& cetera iſtiuſmodi, doctrinas hominum præferentes doctrinæ Dei.* Vbi obſerua *pedes* dici ab Hieronymo, qui *cubiti* ſunt; quemadmodum apud Talmudiſtas in verbis R. Nachman Cod. עירובים cap. IV. fol. XLII. מהלך אלפים פסיעות בנוניות וזו היא תחום שבת *Bis mille paſſus mediocres ſunt ὁδὸς Σαϐϐάτου. Paſſus mediocres* ſunt *cubiti*, vt ibid. interpretantur Scholia: פסיעות בנוניות דרך הליכתו של ארם אמה & paſſim in ſequentibus αὐτὸ ע״ד אלפים פסיעות בינוניות vſurpatur אלפים אמה *bis mille cubiti.* Verum ex eo, quod apud B. Hieronymum

non tantum *Rab Akiba* huius δευτερώσεως auctor perhibetur, sed etiam *Simeon*, & *Hillel*, existimamus vbi à *Rab Akiba* primum imperata est, nonnullos reclamasse, itaque opus fuisse, vt à *Simeone* Gamalielis Iafuensis Filio denuo sanciretur, cumque iterum desciretur à δευτερώσει *Rab Akibæ*, quam suo *Simeon* confirmauerat decreto, eam de nouo tulit *Hillel* Patriarcha: Atque ab hinc passim obtinuit apud Iudæos, ne quis iter *bis mille cubitis* maius emetiretur die Sabbati: Origenes Lib. V. Floridorum apud OEcumenium ad cap. 1. Πραξαποστόλου. μίλιον ἕν, ἡ τοῦ Σαββάτου ὁδὸς, ὥς φησιν Ωριγένης ἐν τῷ πέμπτῳ Στρωματεῖ, δισχιλίων πηχῶν ὑπῆρχε. Maimonides Tractatu שבת, cap. XXVII. §. 1. מדברי סופרים שלא יצא אדם חוץ לעיר אלא עד אלפים אמה אסור שאלפים אמה הוא מגרש העיר *Secundum Sapientum δευτερώσεις, extra vrbem ambulare licet* bis mille cubitos, *non tamen vrbe exire licet* bis mille cubitos *vltra; nam* bis mille cubiti *sunt vrbis suburbium.* Quanquam etiam suburbia longius, puto, distabant: itaque ea in voce obiter emendabimus Itinerarium Benjamini, in cuius elegantissima editione Hebræolatina, quam maximo Reipublicæ literariæ bono adornauit Vir Clarissimus atq; eruditissimus Constantinus L'Empereur, ita leges: משם ג' פרסאות לנ'וגרש הנקרא בורק דש'ל גיל *Hinc tribus parasangis abest oppidum* Nogres, *quod dicitur Burgus Ægidij.* Ignoscet mihi Vir præstantissimus, si dixero, nunquam S. Ægidij fanum appellatum fuisse *Nogres*, quod vernaculè dicimus *Saint Gilles.* Qua-

Digitized by Google

re reponendum est למגרש, (facile namque est & procliue è litera ם facere istas duas נו) *in suburbium:* Est namque S. Ægydij fanum in hac nostra vicinia, reuera clarissimæ huius Romanorum coloniæ Nemansi *suburbium:* Emendationem nostram firmat quod sequitur; addit enim, quodnam sit nomen proprium huius *suburbij* siue loci, quod dicit esse בורק דשל גיל *Bourg de Sainct Gilles.* Verum ista satis, ne plus quam *bis mille cubitos* ambulemus, eoque nomine pœnas demus; quemadmodum apud Iudæos cædebatur, qui egressus esset hos *bis mille cubitos*, cùm intra vrbem, etiam Niniue minorem, liceret huc illuc cursitare, neque vllus positus esset modus, & extra vrbem intra hos *bis mille cubitos* liceret quoquouersum ad omnem cæli plagam ambulare: qui itaque in hanc διάπτρωσιν commiserat, vapulabat; at vero si progressus esset ad duodecimum vsque milliarium (quod tamen licitum fuisse è Lege olim sibi persuaserant) vapulabat verbere rebellionis: ita boni isti viri definiunt apud Maimonidem loco laudato, §. 11. נמצאת למד שמותר לאדם בשבת להלך את כל העיר כולה אפילו היתה כנינוה בין שהיתה מוקפת חומה בין שלא היתה מוקפת חומה וכן מותר לו להלך חוץ לעיר אלפים אמה לכל רוח מרובעות כטבלה מרבעות כדי שיהיה נשכר את הזויות ואם יצא חוץ לאלפים אמה מכין אותו מכת מרדות עד שנים עשר מיל *Traditum inuenimus, licere cuiuis Sabbato discursare per vrbem, etiam non minorem Niniue, siue ea sit mœnibus munita, siue ἀτείχιστος. Licet quoque extra vrbem, ad omnem cæli plagam quoquouersum ambulare, in-*

Digitized by Google

tra bis mille cubitos, *quem terminum ſi egreditur, vapulat verbere rebellionis, ſi ad duodecimum milliarium progreſſus ſit.* Itaque paſſim legas in Rabbinorum Commentarijs ex hac deuteroſi, תחום שבת הוא אלפים אמה מהלך id eſt, τῦ Σαββάτου ὁδὸς *bis mille cubiti.* Atque hinc Paraphraſtes Chaldæus Ruth. 1. למסר שביא ויומי טבא בדיל להלכא כר מתרין אלפין אמין Nam ſiue is ſit R. Ioſephus cæcus, ſiue *Aquila*, vt nonnulli volunt, omnino poſterior eſt traditione *Rab Akibæ*: nam, vt ex Auctore צמח דוד conſtat, *Aquila*, imperante Hadriano, in Eccleſiam Iudaïcam cooptatus eſt: Rabbi vero Ioſephus longe poſterior eſt.

CAP. II.

Docentes apud Iudæos ſedebant, diſcipuli ſtabant: Paullo ante excidium Vrbis conſtitutum eſt, vt etiam diſcipuli adſiderent. Verbis Pauli apud Lucam lux prælata. Poſtea diſcipuli in ſolo ſuper mattas erant proiecti. Verba Ioſæ Filij Ioëzeri exponuntur: eius ætas. Codex Talmudicus emendatur.

OLim apud Iudæos docentes ſedebant, vt conſtat è multis Euangelij locis, vnde mentio cathedræ Moyſis, Matth. XXIII. 2. ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ Γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι. Diſcipuli vero ſtabant: idque obtinuit ad tempora vſque Simonis Filij Gamalielis: nam Ga-

maliéle mortuo paullo ante excidium Hierosolymitanum constitutum est, vt discipuli etiam adsiderent: ita interpretanda sunt Talmudis verba, Codice מגילה · cap. ווו הקורא העומד fol. XXI. תנו רבנן מימות משה ועד רבן גמליאל לא היו למידין תורה אלא מעומד משמת רבן גמליאל ירד חולי לעולם והיו למידין תורה מיושב *Tradiderunt Magistri nostri: A diebus Moysis ad Rabban Gamaliel non didicerunt Legem nisi stantes: ex quo mortuus est Rabban Gamaliel, venit in seculum infirmitas, & didicerunt Legem sedentes.* Ita vt interpretemur facit, quod מעומד omnino non possit referri ad docentem: nam ætate Domini nostri Iesu Christi, vti diximus, Doctores sedebant: Ad discentes igitur refertur, vt & opposita vox מיושב, quæ ita punctuanda sunt מְעוֹמֵד & מְיוֹשָׁב Habemus quoque summum virum Maimonidem nobis in hanc sententiam præeuntem, Tractat. תלמוד תורה cap. IV. הרב יושב כראש והתלמידים מוקפין לפניו בעטרה כדי שיהו כולם רואים הרב ושומעים דבריו ולא ישב הרב על הכסא ותלמידיו על הקרקע אלא או הכל על הארץ או על הכסאות ובראשונה היה הרב יושב והתלמידים עומדים ומקודם חורבן בית שני נהגו הכל ללמד לתלמידים והם יושבים *Doctor sedet in capite, discipuli adsident in circuitu, tanquam corona, ita vt omnes possint videre Doctorem, & audire verba eius: neque sedet Doctor in cathedra, & discipuli in pauimento: sed aut omnes in pauimento sedent, aut in cathedris: In principio sedebat tantum Doctor, discipuli vero stabant: sed ante excidium Templi secundi obtinuit, vt discipuli sedentes docerentur.* Magnam à nobis iniuit gratiam Maimonides, qui & Talmudi-

ſtarum verba illuſtrauit, & mutaſſe oſtendit mores huius gentis: Igitur בראשונה היה הרב יושב ותלמידים עומדים *In principio ſedebat tantum Doctor, diſcipuli vero ſtabant.* Nempe à Moyſis temporibus ad Gamalielem vſque, vt eſt in laudatis Talmudiſtarum verbis, quæ ita repræſentat Scholiaſtes in Animaduerſionibus ad Maimonidem, תנו רבנן מימות משה עד ר"ג היו לומדין תורה מעומד *Tradiderunt Magiſtri noſtri: A diebus Moyſis ad Rabban Gamalielem vſque, didicerunt Legem ſtantes.* Vbi vero ſuum obiit diem bonus iſte Gamaliel, conſtitum eſt, vt etiam diſcipuli adſiderent; habes apud Talmudiſtas verbis iam ante laudatis, quæ Animaduerſor in Maimonidem ita repræſentat משמת ר"ג היו לומדין תו"ה מיושב *Ex quo mortuus eſt Rabban Gamaliel, didicerunt Legem ſedentes.* Tempus iſtud deſcribit Maimonides, dicitque fuiſſe ante excidium Templi ſecundi: ומקודם חורבן בית שני נהגו הכל ללמד תלמידים והם יושבים *Sed ante ſecundi excidium Templi obtinuit, vt diſcipuli adſidentes docerentur.* Optime, quod Talmudiſtæ dixerunt, משמת רבן גמליאל *ex quo mortuus eſt Rabban Gamaliel*, expreſſit Maimonides his verbis, מקודם חורבן בית שני *ante excidium Templi ſecundi:* Nam hic Rabban Gamaliel, Hillelis è Simeone filio Nepos, fato ſuo functus eſt, decimo octauo ante excidium Templi anno: Auctor צמח דוד ex Abrahamo Zacutho. היה ר"ג הזקן לדברי היוחסין דף נ"ד עד שנת י"ח קודם החורבן שהיא שנת תתי"ח *Superfuit Rabban Gamaliel Senex, vt ſcribit Auctor Libri Juchaſin folio LIV. ad annum*

Digitized by Google

vsque decimum octauum ante Excidium Templi, qui fuit annus Judaïcus termillesimus octingentesimus decimus. Tempore igitur Rabban Simeonis, id est, intra interuallum istud annorum octodecim, qui numerantur à morte Gamalielis ad excidium Templi, constitutum est, vt etiam discipuli adsiderent, cùm antea starent: Qua ex obseruatione intelligenda putamus B. Pauli verba Πράξα ποστόλου XXII. 3. quæ secus interpretantur Viri summi: ἐγὼ μέν εἰμι ἀνὴρ Ἰουδαῖος, γεγεννημένος ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας, ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ, πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου. Vir illustris in Elencho Trihæresij probat ex hoc loco, discipulos proiectos in solo dedisse operam præceptoribus, ad eorum pedes: Verum ætate B. Pauli stabant discipuli, non vero proiecti erant in solo ad suorum pedes præceptorum: B. enim Paulus ἐμαθήτευσε Gamalieli illi, à cuius morte desierunt discipuli stantes discere: adde quod, τὸ ἀνατεθραμμένος παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ, non significat animi cultum, de quo verbis sequentibus, πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου, sed potius Paulum fuisse educatum Hierosolymis in contubernio Gamalielis, quo cum quotidie cibum caperet, eodem cum Gamaliele accumbens in lecto; nam id significant ista, meo iudicio, ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ. Ergo Paulus apud Gamalielem educatus, in eodem lectulo accumbebat, & eius pedes assidebat, aut, si admodum puer domum Gamalielis

deductus

deductus est, ad lecti tricliniaris, in quo accumbebat Gamaliel, fulcra, id est, ad pedes adsidebat, vt tunc temporis moris erat: (vnde videre est, quam charus Gamalieli fuerit, vt qui ab eo domi tãquam filius educaretur.) non autem inter discendum proiectus in solo ad Gamalielis pedes operam ei dabat, quippe cùm tunc temporis discipuli stantes à præceptoribus erudirentur: Post Gamalielis demum obitum, paullo ante Templi secundi excidium, cœperunt discipuli præceptoribus suis adsidere inter discendum: ולא ישב הרב על הכסא ותלמידיו על הקרקע אלא או הכל על הארץ או על הכסאות *Neque Doctor sedebat in cathedra, & discipuli in solo erant proiecti: sed aut omnes in solo erant proiecti, aut omnes in cathedris sedebant.* Postea istud mutauit, & discipuli, cùm primum discere incipiebant, in solo super mattas erant proiecti. B. Ambrosius Commentariis in caput XIV. Epistolæ I. ad Corinthios: *Hæc traditio Synagogæ est, vt sedentes disputent, seniores dignitate in cathedris, sequentes in subselliis, nouissimi in pauimento super mattas.* Neque ad hunc morem trahenda sunt verba Iose Filij Ioëzeri, quæ habentur apud Talmudistas, Cod. פרקי אבות cap. I. fol V. יוסי בן יועזר איש צרידה ויוסי בן יוחנן איש ירושלם קבלו מהם יוסי בן יועזר' אומר יהי ביתך בית ועד לחכמים והוי מתאבק בעפר רגליהם והוי שותה בצמא את דבריהם *Iose Ioëzeri Filius Tzaridensis, & Iose Iohannis Filius Hierosolymitanus, τὰς παραδόσεις acceperunt ab illis. Iose Ioëzeri Filius dicebat: Esto domus tua, domus in quam conueniant Sapientes; & luctator in puluere pedum eorum, & bibito*

Digitized by Google

vsque decimum octauum ante Excidium Templi, qui fuit annus Judaïcus termillesimus octingentesimus decimus. Tempore igitur Rabban Simeonis, id est, intra interuallum istud annorum octodecim, qui numerantur à morte Gamalielis ad excidium Templi, constitutum est, vt etiam discipuli adsiderent, cùm antea starent: Qua ex obseruatione intelligenda putamus B. Pauli verba Πραξαποστόλου XXII. 3. quæ secus interpretantur Viri summi: ἐγὼ μέν εἰμι ἀνὴρ Ἰουδαῖος, γεγεννημένος ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας, ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ, πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου. Vir illustris in Elencho Trihæresij probat ex hoc loco, discipulos proiectos in solo dedisse operam præceptoribus, ad eorum pedes: Verum ætate B. Pauli stabant discipuli, non vero proiecti erant in solo ad suorum pedes præceptorum: B. enim Paulus ἐμαθήτευεν Gamalieli illi, à cuius morte desierunt discipuli stantes discere: adde quod, τὸ ἀνατεθραμμένος παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ, non significat animi cultum, de quo verbis sequentibus, πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου, sed potius Paulum fuisse educatum Hierosolymis in contubernio Gamalielis, quo cum quotidie cibum caperet, eodem cum Gamaliele accumbens in lecto; nam id significant ista, meo iudicio, ἀνατεθραμμένος δὲ ἐν τῇ πόλει ταύτῃ παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιήλ. Ergo Paulus apud Gamalielem educatus, in eodem lectulo accumbebat, & eius pedes assidebat, aut, si admodum puer domum Gamalielis

deductus

deductus eſt, ad lecti tricliniaris, in quo accumbebat Gamaliel, fulcra, id eſt, ad pedes adſidebat, vt tunc temporis moris erat: (vnde videre eſt, quam charus Gamalieli fuerit, vt qui ab eo domi tāquam filius educaretur.) non autem inter diſcendum proiectus in ſolo ad Gamalielis pedes operam ei dabat, quippe cùm tunc temporis diſcipuli ſtantes à præceptoribus erudirentur: Poſt Gamalielis demum obitum, paullo ante Templi ſecundi excidium, ceperunt diſcipuli præceptoribus ſuis adſidere inter diſcendum: ולא ישב הרב על הכסא ותלמידיו על הקרקע אלא או הכל על הארץ או על הכסאות *Neque Doctor ſedebat in cathedra, & diſcipuli in ſolo erant proiecti: ſed aut omnes in ſolo erant proiecti, aut omnes in cathedris ſedebant.* Poſtea iſtud mutauit, & diſcipuli, cùm primum diſcere incipiebant, in ſolo ſuper mattas erant proiecti. B. Ambroſius Commentariis in caput XIV. Epiſtolæ I. ad Corinthios: *Hæc traditio Synagogæ eſt, vt ſedentes diſputent, ſeniores dignitate in cathedris, ſequentes in ſubſelliis, nouiſſimi in pauimento ſuper mattas.* Neque ad hunc morem trahenda ſunt verba Ioſe Filij Ioëzeri, quæ habentur apud Talmudiſtas, Cod. פרקי אבות cap. I. fol V. יוסי בן יועזר איש צרידה ויוסי בן יוחנן איש ירושלם קבלו מהם יוסי בן יועזר אומר יהי ביתך בית ועד לחכמים והוי מתאבק בעפר רגליהם והוי שותה בצמא את דבריהם *Joſe Joëzeri Filius Tzaridenſis, & Joſe Johannis Filius Hieroſolymitanus, τὰς παραδόσεις acceperunt ab illis. Ioſe Joëzeri Filius dicebat: Eſto domus tua, domus in quam conueniant Sapientes; & luctator in puluere pedum eorum, & bibito*

cum siti verba eorum. Referunt viri summi ista verba, חוי מתאבק בעפר רגליהם *luctator in puluere pedum eorum*, ad hunc morem, quo discipuli in solo proiecti ad pedes Doctorum suorum, iis dabant operam; itaque vertunt, *& pulueriza te puluere pedum eorum.* Sed vox התאבק *luctatorum* est, & *luctari* significat: est autem *luctatorum* τὸ κονίζεσθαι, καὶ τὸ κονίζειν ἀντίπαλον. Id autem fieri volebat Iose Ioëzeri Filius puluere pedum Sapientum: metaphora igitur petita est à *luctatoribus*, quæ significabat, etiam in remissionibus & ludis, (quemadmodum in compotationibus & conuiuiis, quod indicant sequentia, והוי שותה בצמא את דבריהם & bibito cum siti verba eorum) non esse remittendum quicquam de sapientia & doctrina, quam sibi compararunt ex assiduo Sapientũ vsu: vult enim eum vti Sapientibus adeo familiariter, vt frequentes domũ eius conueniant: יהי ביתך בית ועד לחכמים *Esto domus tua, domus, in quam conueniant Sapientes,* quod ita explicat Maimonides, בירת ועד כירת מועד רל שתשים ביתך מוכן להתקבץ חכמים תמיד בבתי כסניות ובבתי מדרשות בית ועד *Vox ista* עד שכשיאמר ארם לחברו אנה אתחבר עמך אנה אועד עמך יאמר לו בבית פלוני *significat domum conuentus: Vult dicere: Adornato domum tuam ad recipiendum Sapientes, vt in eam conueniant: semper in ædibus tuis sit Synagoga, itemque* Schola, *vsque dum, si quis dixerit socio suo, Vbinam locorum socius tuus fieri potero? quo in loco tecum conueniam? hoc responsum ferat: In ædibus* τοῦ δεῖνα. Certe non poterat Iose hic Ioëzeri Filius quicquam dicere de discipulis proiectis, cùm docerentur, in solo

ad pedes Doctorum suorum, cùm Iosæ huius ætate discipuli starent: Fuit quippe hic Iose longe ante tempora Gamalielis: atqui à Gamalielis morte ceperunt discipuli suis adsidere præceptoribus: Nam Iose Ioëzeri Filius fuisse dicitur, & præesse cepisse anno Iudaïco termillesimo quingentesimo: Auctor צמח דוד ad hunc annum: יוסי בן יועזר ויוסי בן יוחנן קבלו מאנטיגנס והיה זה לדברי היוחסין דף טו בשנת תק והיא הקבלה הכט מסיני והם תחילת הזוגות ונמשכו בתי הזוגות חמשה דורות עד הלל הזקן וכתב ביוחסין דף יו שכל אלו הזוגות המוזכרים היה אחד מהם נשיא והשני אב בד וראש ישיבה *Iose Ioëzeri Filius, atque alter Iose Johannis Filius* τὴν παράδοσιν *acceperunt ab Antigono, idque accidit, vt refertur in Libro Iuchasin, folio* XV. *anno termillesimo quingentesimo; fuitque hæc successio vicesima nona à monte Sinaï: Atque ab his ceperunt paria Sapientum, quæ durarunt quinque generationes, ad Hillelem vsque seniorem. Scribitur autem in Libro Juchasin, folio* XVI. *quod horum omnium, quæ memorauimus, parium vnus fuit Princeps,* siue *Patriarcha; alter vero Pater domus iudicij, & Scholæ præfuit.* Atque ex his verbis, vt hoc obiter addam, manifesti arguitur vitij hæc scriptura è Codice Talmudico פרקי אבות; ita namque legitur: יוסי בן יועזר איש צרידה ויוסי בן יוחנן איש ירושלם קבלו מהם *Jose Ioëzeri Filius domo Tzaridensis, atque alter Iose Johannis Filius domo Hierosolymitanus, acceperunt ab illis* τὴν παράδοσιν. Sed quinam sunt illi, à quibus acceperunt vterque Iose? In hoc ipso Libro פרקי אבות ita traditur Sapientum, qui Scholis præfuerunt, successio:

משה קבל תורה מסיני ומסרה ליהושע ויהושע לזקנים וזקנים לנביאים ונביאים מסרוה לאנשי כנסת הגדולה שמעון הצדיק היה משירי כנסת הגדולה ואנטיגנוס איש סוכו קבל משמעון הצדיק יוסי בן יועזר איש צרידה ויוסי בן יוחנן איש ירושלם קבלו מהם *Moyses τὰς παραδόσεις accepit in monte Sinaï, & tradidit eas Iosuæ: Josuas autem tradidit Senioribus; Seniores vero tradiderunt Prophetis: Prophetæ vero tradiderunt Viris Synagogæ Magnæ: Fuit autem Simeon iustus è Viris Magnæ Synagogæ: A* Simeone *vero iusto accepit Antigonus* Sochæus: *Iose autem Joëzeri Filius domo Tzaridensis, atque alter Jose Iohannis Filius Hierosolymitanus acceperunt ab illis.* Ex his vides neminem esse, à quo accipere potuerint, præter *Antigonum* Sochæum, qui immediate præcedit, & à quo non est dubium accepisse. Verum is *vnus* est, à quo acceperunt, ac proinde τὸ מהם in *plurali* numero non est huius loci, קבלו מהם *acceperunt ab illis.* Non ignoro *Antigoni* æqualem & coæuum fuisse *Eliezerum* Charsomi Filium, cuius meminit Maimonides Præfatione ad סדר זרעים, cap. IV. והחבורה השנייה אנטיגנוס איש סוכו ור׳ אלעזר בן חרסום Se*cunda æqualium successio, Antigonus* Sochæus, & *Rabbi Eliezer Charsomi Filius*. Quibus in verbis castiganda est ἀπροσεξία præstantissimi Scriptoris, qui *Eliezerum* Charsomi Filium *Rabbi* titulo ornat, contra quam obseruatum fuisse, hac ipsa Præfatione testatur: nam ad mortem Hillelis vsque; לא נקראו לא בשם רבן ולא בשם רבי רק נקראו בשמם וזה לגודל מעלתם שאי אפשר למצא כנוי ראוי להם כמו שאין כנוי לנביאים *non dicebantur* Rabban, *aut* Rabbini, *sed suo tantum*

quique nomine: idque propter magnitudinem excellentiæ eorum, quod fieri nequiret, vt reperirent cognomina illis digna, quemadmodum nullis titulis Prophetæ honestabantur, vt ex hac Maimonidis Præfatione scribit Auctor צמח דוד. Sed ista missa faciamus πάρεργα, vt de re ipsa dicamus. Quanquam igitur *Antigoni* Sochæi æqualis esset *Eliezerus* Charsomi Filius, non tamen vna cum eo Scholæ præerat, in tradendis τὰς παραδόσεις occupatus, sed summo fungebatur Sacerdotio, vt è cap. I. Codicis Talmudici יומא docet Auctor צמח דוד ad annum Iudaïcum termillesimum quadringentesimum sexagesimum, quo item anno, in Scholastico docendi munere Antigonũ successisse Simeoni iusto tradit: רבי אלעזר בן חרסום היה בדורו של אנטיגנס והיו לו אלף עירות ביבשה ואלף ספינות בים ושמש בכהונה גדולה יא שנים *Rabbi Eliezerus Charsomi Filius vixit ætate Antigoni: erant illi mille vrbes* ἐν τῇ ἠπείρῳ, *totidemque in mari naues: & summo Sacerdotio fructus est annos vndecim.* Adde his, ante Iosem vtrumque, Ioëzeri scilicet & Iohannis Filios, duos non fuisse, qui simul præessent in Scholastico docendi munere, vt optime obseruatum in צמח דוד legimus: יוסי בן יועזר ויוסי בן יוחנן והם תחילה הזוגות *Iose Joëzeri Filius, & alter Jose Johannis Filius; Fuerunt hi duo primum par Sapientum*, qui scilicet simul in Schola docebant; ante eos vero bini non fuerunt, qui simul docerent. Quare etiã à solo *Antigono* τὰς παραδόσεις accepisse dicuntur vterque Iose: Auctor צמח דוד loco iam ante laudato: יוסי בן יועזר ויוסי בן יוחנן קבלו מאנט גנוס *Jose Ioëzeri Filius, atque alter Io-*

se Iohannis Filius, τὰς παραδόσεις *acceperunt ab Antigono.* Nec aliud, puto, voluit Auctor, cui hanc Apophthegmatum συναγωγὴν debemus veterum Sapientum Hebræorum, sed corruptus est locus in hac voce מהם, ei corrumpendo fuit scriptura illa, quam currentem vocant, in qua facilis lapsus fuit è litera א in literam ה, vt & literæ ס in literam ם finalem: Nam existimamus scriptum olim fuisse compendiose, מאס, id est, מאנטיגנוס סוכו *ab Antigono Sochæo*, pro quo pessime, מהם, *ab illis*, legerunt.

Digitized by Google

CAP. III.

De Patriarchis *Iudæorum : Eorum syllabus ab Herodis Magni temporibus ad annum Christi Dionysianum* CCCCXXIX. *quo non amplius fuerunt. Quo anno* Hillel , *qui primus eorum fuit , constitutus est, non idem cum* Pollione. *De alterius* Hillelis *ætate accurate inuestigatum. Vixit temporibus Constantini Magni : quo anno Christi suum ediderit Computum. Epiphanius huius* Hillelis *meminit, vt & Origenes. Obiter Hadriani Epistola apud Vopiscum illustratur. De* Gamaliele *item Patriarcha multa. Vnus tantum erat Patriarcha. De successione Sapientum apud Hieronymum, cuius codices emaculantur. Auctores δευτερώσεων apud Epiphanium, qui aut illustratur , aut emendatur.*

QVæ superioribus capitibus occurrunt passim veterum Patriarcharum, נשיאים eos vocant Iudæi, id est, *Principes*, nomina, nos admonent, vt hoc capite, si Deus dederit, eorum historiam, eademque opera Sapientum successionem illustremus: En tibi autem primo in Tabella Patriarcharum nomina, quorum tres vltimi comitati nostræ debebunt, quòd eorum nomina hic legentur, neque enim Iudæi eorum, quod sciam, meminerunt.

Digitized by Google

IVDÆORVM PATRIARCHÆ. AB. HERODIS. MAGNI. TEMPORIBVS. AD. annum Christi Dionysianum CCCCXXIX.

Hillel Babylonius	חלל חוקן הבבלי
Simeon Hillelis F.	רבן שמעון בנו
Gamaliel Simeonis F.	רבן גמליאל הזקן
Simeon Gamalielis F. Martyr.	ר׳ שמעון בן גמליאל הנהנג
Gamaliel Iabnensis Simeonis *F.*	ר׳ גמליאל דיבנה
Simeon Gamalielis Iabnensis F.	ד׳ שמעון חשלישי
Iuda Simeonis *F. Patriarcha.*	ר׳ יהודה הנשיא
Gamaliel Iudæ F.	ר׳ גמליאל בנו
Juda Gamalielis F.	ר׳ יהודה נשיאת
Hillel Iudæ F. Patriarcha.	ר׳ הלל הנשיא בנו
Iuda Hillelis F.	ר׳ יהודה בנו
Hillel Iudæ F.	ר׳ הלל בנו
Gamaliel Hillelis F.	ר׳ גמליאל בנו

Sed de singulis nonnulla, quæ ad institutum nostrum faciant, cum bono Deo, videamus: *HILLEL BABYLONIVS* familiæ auctor *Patriarcha* siue נשיא factus est propter peritiam: Historiam habes apud Talmudistas, Codice פסחים, cap. אלו דברים VI. §. I. in Gemara, fol. LXVI. Cùm enim quæstio agitaretur inter Consistorianos illos Senatores, אם פסח דוחה את שבת אם לאו *An Pascha impellat* Sabbatum, *necne,* quo se verterent autem plane nescirent, illisque aqua hic hæreret, succurrit nescio

nescio quis, qui Hillelis meminit cum laude: אדם אחד יש שעלה מבבל הילל הבבלי שמו ששימש שני דולי הדור שמעיה ואבטליון ויודע אם פסח דוחה את שבת אם לאו *Homo quidam est, qui Babylone ascendit, ei nomen est* Hilleli *Babyloniensi: duo illa maxima seculi ornamenta Semaiam & Abtalionem sectatus est; nouit ille, an Pascha impellat Sabbatum, necne.* Accersitur igitur, cúmque de ea re peritè respondisset, & cum auditorum plausu, מיד הושיבוהו בראש ומינוהו נשיא עליהם *statim in principe sede constituerunt, sibique in Principem præfecerunt.* Est autem constitutus *Patriarcha* siue *Princeps* centum ante excidium Templi annis; præfuitque ipsos quadraginta annos. Auctor צמח דוד ad annum Iudaïcum termillesimum septingentesimum uicesimum octauum: הלל הנזכר הוא תנקרא הלל הזקן הנשיא הוא עלה מבבל לירושלם ומצא שם בני בתירא שנתמנו אחרי מות שמעיה ואבטליון והם נתנו הנשיאות להלל ותחילת נשיאתו היתה מאה שנים קודם החרבן היה מאה ועשרים שנה כמרע״ה בן ארבעים שנה מבבל ארבעים שנה לימד תורה מעוני וארבעים שנה פירנס את ישראל *Hillel hic, cuius meminimus, dictus est Hillel Senior, Princeps hic fuit, ascenditque Babylone in Vrbem Hierosolymorum, inuenitque illic Principes,* (Glossa R. Salomonis ad Gemaram, quam modo laudauimus, בני בתירא נשיאים היו) *qui eum sibi præfecerunt post obitum Semaiæ atque Abtalionis, dederuntque Principatum Hilleli: cepitque eius Principatus annis centum ante excidium Templi. Vixit autem annos centum atque uiginti, quemadmodum Moyses Magister noster ὁ ἐν ἁγίοις. Annos natus quadraginta ascendit Babylone: Quadraginta annis*

Ll

dedit operam studio Legis: Demum annis quadraginta Princeps præfuit in Israële. Ab eoque posteri eadem dignitate successionis iure ornati sunt, patrémque in ea filius excepit, vt ex Auctore hoc aliisque constat. *Hillelem* hunc Babylonienſem eundem esse putat Vir Incomparabilis, in Exercitationibus ad Annales Cardinalis Baronij, cum *Pollione*, de quo Iosephus non semel, vt Lib. XV. cap. I. ἐτιμῶντο δὲ μάλιστα παρ' αὐτῷ Πολλίων Φαρισαῖος καὶ Σαμέας ὁ τούτου μαθητής. πολιορκουμένων γὰρ τῶν Ἱεροσολύμων οὗτοι συνεβούλευον δέξασθαι τοῖς πολίταις τὸν Ἡρώδην, ἀνθ' ὧν καὶ τὰς ἀμοιβὰς ἀπελάμβανον. Rurſum eodem Lib. XV. cap. XIII. συνεπείσθη [illegible] καὶ τοὺς περὶ Πολλίωνα τὸν Φαρισαῖον, καὶ τὸν Σαμέαν καὶ τῶν ἐκείνοις συνδιατριβόντων τοὺς πλείστους ὀμνύειν. οἱ δ' οὔτε συνεχώρησαν, οὔθ' ὁμοίως τοῖς ἀρνησαμένοις ἐκολάσθησαν, ἐντροπῆς διὰ τὸν Πολλίωνα τυχόντες. *Sameæ* mentio fecit, vt *Pollionem* eundem esse cum *Hillele* sibi persuaderet Vir summus, cum *Hillel* & *Sammai* coniungantur perpetuo in Iudæorum Commentarijs: atque etiam impostor Gorionides vbique ἀντὶ τοῦ *Pollionis* הלל *Hillelem* substituit, & ex eo ceteri Iudæi. Sed vt sibi persuaserit Vir maximus, cras, si forte, credam, hodie nihil: Nam *Sammaï* inter τοὺς μαθητὰς *Hillelis* non fuit, sed cum *Hillele* in disciplinam se tradidit Semaiæ atque Abtalioni: Germen Dauidis: הלל ושמאי קבלו משמעיה ואבטליון בשנת תשכח *Hillel & Sammaï instituti sunt à Semaia atque Abtalione, anno termillesimo septingentesimo vicesimo octauo.* Sameas vero apud Iosephum est è discipulis *Pollionis:*

Digitized by Google

Πολλίων ὁ Φαρισαῖος καὶ Σαμέας ὁ τούτου μαθητής. Præterea *Pollio* apud Iosephum sedet inter iudices Synedrij, cùm Herodes homicidij reus causam diceret, Hyrcano regnante: ὁ δὲ Πολλίων οὗτος καὶ κρινομένου ποτὲ Ἡρώδου, τὴν ἐπὶ θανάτῳ προεῖπεν ὀνειδίζων Ὑρκανῷ καὶ τοῖς δικάζουσιν, ὡς περισωθεὶς Ἡρώδης ἅπαντας αὐτοὺς ἐπελεύσεται. Quod tamen *Sameæ* tribuit idem Lib. præcedenti, sed est μνημονικὸν ἁμάρτημα præstantissimi Scriptoris, qui ibidem docet Herodem tunc vix sedecim annorum fuisse. At vero *Hillel* cùm primùm Hierosolymitanis Senatoribus innotuit, eorum *Princeps* renunciatus est, vt è Gemara modo laudata constat. *Pollio* autem, de quo Iosephus, non Princeps Senatus, sed Senatorum vnus esse dicitur. Deinde Hillelis Principatus cepit centum ante Excidium Templi annis, durauit quadraginta. Excidium Templi contigit anno Christi Dionysiano septuagesimo: Ergo Principatus Hillelis cepit anno tricesimo ante primum Christi Dionysianum, & desiit anno Dionysiano decimo. Erat ergo Herodes Rex, quando Principatum adijt *Hillel*; itaque optime צמח דוד, id est, Germen Dauidis initia regni Herodis scribit antecedere annis quatuor Principatum Hillelis: nam initia regni Herodis adscribit anno Iudaïco termillesimo septingentesimo vicesimo quarto: Principatum vero Hillelis anno termillesimo septingentesimo vicesimo octauo. *Sameæ* tamen idem Scriptor tribuit, quod *Pollioni* Iosephus, cùm cædis accusaretur Herodes adhuc puer: הורדוס והכבר

היה עבדו של המלך הורקנוס הוא אשר המלך הורקנוס כבר הצילו ממיתת בד״ של שמאי לבלתי הרגו בשביל דמי הזקיה *Hic Herodes modo in ministerio fuerat Regis Hyrcani, qui eũ eripuit à morte, ad quã damnabatur in Synedrio è sententia Sameæ, ne occiderent eum propter cædem Ezechiæ.* Hab t à plano illo Gorionide, cuius hæc sunt verba de Samea : אז ענה שמאי תלמיד אשר להלל הזקן *Tunc respondit Sameas discipulus Hillelis Senioris.* Sed Sammaï non fuit discipulus Hillelis, verum eius συμφοιτητὴς atque æmulus. Itaque inscitia est & stupor impostoris, qui *Sameam* discipulum facit *Hillelis*, cùm esset *Pollionis*, vt è Iosepho palam est: Quem *Pollionem* facile mihi persuaderi sinerem eundem esse cum *Abtalione*, nisi intercederet Iosephi auctoritas, qui ad decimum septimum Herodis annum superfuisse Pollionem cum Samea testatur: Atqui Abtalion & Semaia rebus humanis exempti sunt anno Herodis tertio circiter, ante Nisan anni Iudaïci termillesimi septingentesimi vicesimi octaui. Germen Dauidis ad annum termillesimum septingentesimum vicesimum secundum שמעיה ואבטליון קבלו מיהודה בן טובאי ומשעון בן שטח בשנת תשכב ולא האריכו ימים על ממלכתם רק שש שנים עד שנת תשכח *Semaia & Abtalion* παρέλαβον *à Iuda Tobæi Filio, & à Simeone Satachi Filio, anno termillesimo septingentesimo vicesimo secundo : attamen diu non præfuerunt, sed tantum sex annos, scilicet ad annum vsque termillesimum septingentesimum vicesimum octauum.* Certe post eorum fata *Hillel* Princeps renunciatus est, circa Paschatis solenne anni termillesi-

Digitized by Google

mi ſeptingenteſimi viceſimi octaui: Annum indicant Iudæorum Chronologi, Auctor צמח דוד, alij. Anni tempeſtatem docent Talmudiſtæ loco iam ante à nobis laudato, & characterem apponunt, quo facile deueniſſemus ad annum Iudaïcum termilleſimum ſeptingenteſimum viceſimum octauum, quamuis Iudæi non monuiſſent: Nam eo anno, quo *Hillel* factus eſt Princeps, dies quartusdecimus mẽſis Niſan in Sabbatum incidit. Talmudiſtæ loco laudato. פעם אחת חל ארבעה עשר להיות בשבת שכחו ולא ידעו אם פסח דוחה את השבת אם לאו *Accidit quadam vice*, hoc ipſo ſcilicet anno, *vt dies quartus decimus menſis Niſan incideret in Sabbatũ: non autem meminerant, neq; nouerant, an Paſcha impellat Sabbatũ, necne.* Cùm autem perite ea de re reſpondiſſet tunc *Hillel*, in Principem creatus eſt illico. Annus Iudaïcus termilleſimus ſeptingenteſimus viceſimus octauus, eſt termilleſimus nongenteſimus viceſimus ab Orbe condito, Cyclo Solis octauo, litera Dominicali E, in Cyclo emendato. Fuit igitur annus quartus prioris noſtræ Octaëteridis Iudaïcæ, (nondum enim quicquam mutatum puto ab Herode tunc temporis, quanquam ante Natalem Domini obtinuit altera noſtra Octaëteris Iudaïca.) cuius Niſan cepit die triceſimo Martij, feria prima. Fuit igitur dies quartus decimus Niſan pridie Eidus Aprileis, feria ſeptima, vt optime obſeruarunt Talmudiſtæ. Quæ certe mirifice confirmant ea, quæ à nobis in *Eclogis* noſtris *Chronologicis* ſunt diſputata de Iudæorum Octaëteride ac

Digitized by Google

Cyclo Paſchali, & adeo nos delectarunt, cùm primum à nobis deprehenſa ſunt, vt nondum nos noſtræ pœnitere debeat operæ ἐν ταύτῃ τῇ μεταλλείᾳ collocatæ. Atque hæc quidem in præſentiarum ſatis de *Hillele*, cuius poſteri ad *Hillelem* alterum vſque ſatis noti è Iudæorum ſcriptis, itaque pauca nos de ijs, niſi vltro ſeſe alia de cauſa offerant: *Simeonis*, qui *Hillelis* fuit pronepos, meminit cum inuidendo elogio Ioſephus Lib. de Vita ſua: ὁ δὲ Σίμων τοῦ Γαμαλιήλου ἦν πόλεως μὲν Ἱεροσολύμων, γένους δὲ σφόδρα λαμπροῦ, τῆς δὲ Φαρισαίων αἱρέσεως, οἳ περὶ τὰ πάτρια νόμιμα δοκοῦσι τῶν ἄλλων ἀκριβείᾳ διαφέρειν. ἦν δ' οὗτος ἀνὴρ πλήρης συνέσεώς τε καὶ λογισμοῦ, δυνάμενός τε πράγματα κακῶς κείμενα φρονήσει τῇ ἑαυτοῦ διορθώσασθαι. *Hillelis* Principis tempus male, meo quidem iudicio, à recutitis Iudæis adſignatur, illud nos accurate inueſtigabimus, cum bono Deo. *Iuda* Princeps, Magiſter noſter ſanctus dictus, ad tempora Imperatoris Commodi produxiſſe ætatem narratur in צמח דוד ad annum Iudaïcum termilleſimum nongenteſimum decimum: רבי יהודה הנשיא הנקרא רבינו הקדוש והוא שביעי להלל מזרע המלוכה משפטיה בן אביטל אשת דוד המלך עליו השלום והיה לנשיא ולראש הישיבה עם שבעים סנהדרין באי וזמן תחילת נשיאתו לא נודע לנו ושלשה קסרים היו בימיו קיסר אנטונינוס ואחריו מרקוס אנטונינוס ואחריו קמאדוס *Rabbi Iuda Princeps, qui dictus eſt Magiſter noſter Sanctus. Hic ſeptimus eſt ab Hillele, Regibus oriundus, vt qui genus ducat ſuum à Schephatia Filio Dauidis Regis* τοῦ ἐν ἁγίοις, *ex Abitale vxore. Fuit caput Scholæ, & Princeps*

Digitized by Google

summi Senatorum Synedrij in terra Canaanitide: Notum autem nobis non est tempus, quo Princeps esse cepit. Trium Imperatorum temporibus vixit, nempe Imperatoris Antonini Pij, & Marci Aurelij Antonini, & Commodi. Demus Iudæis quod volunt, hunc Rabbi Iudam superfuisse Marco Aurelio, ad mortem vsque Commodi: Ergo ad annum vsque Christi Dionysianum centesimum nonagesimum secundum vixit. Sequitur eius Filius Rabbi Gamaliel, de quo in צמח דוד ad annum Iudaïcum termillesimum nōgentesimum septuagesimum nonum: רבן גמליאל השלישי ורבי שמעון הרביעי הם בניו של ר׳ יהודה הנשיא היו ר׳ גמליאל קבל נשיאתו בחיי אביו *Rabban Gamaliel huius nominis tertius, & Rabbi Simeon, eius nominis quartus, Filij fuerunt Rabbi Iudæ principis. Rabban Gamaliel Principatum superstite patre adijt.* Habet hic Auctor è Talmudistis, qui Codice כתובות cap. הנושא את האשה XIII folio CIII. ex Rabbi Iudæ principis nuncupatiuo testamento ista referunt: רבי אמר להן הכמי ישראל אני צריך נכנסו אצלו הכמי ישראל אמר להן אל תספדוני בעיירות והושיבו ישיבה לאהר שלשים יום שמעון בני הכם גמליאל בני נשיא חנינא בר חמא ישב בראש *Dixit Rabbi* Iuda Magister noster sanctus *Sapientibus Israëlis, Ego egenus. Congregati sunt ad eum Sapientes Israëlis, dixit eis: Ne lugete me in vrbibus: & conuenite in Synagogis vestris post dies triginta. Filius meus Simeon* Sapiens (dignitatis id nomen apud Iudæos) *esto: Filius meus* Gamaliel Princeps *esto: Chanina Filius Chama præsideto.* De hoc *Gamaliele* intelligenda sunt B. Epiphanij verba ex Hæresi XXX. ὁ δὲ Πατριαρ-

χης κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ Ἐλλὴλ τοὔνομα ἦν· νομίζω γὰρ ὅτι οὕτως τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰώσηππος ἔλεγεν, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ χρόνου σφάλλομαι. ἐκ γένους δὲ Γαμαλιὴλ ἐτύγχανε, τοῦ παρ᾽ αὐτοῖς γενομένου Πατριάρχου. Non fuit autem admodum longæuus *Gamaliel* hic, de quo agimus: nam ad annum termillesimum nongentesimum septuagesimum nonum, id est, annum Christi Dionysianum ducentesimum decimum octauum, obseruant, רבן גמליאל קבל נשיאתו בחיי אביו *Rabban Gamalielem successisse patri suo in Patriarchatu, cùm adhuc pater superesset.* At vero Rabban Gamalielis Filius Iuda Princeps fuit æqualis R. Iochanan: והאריך ימים הרבה והיה בזמן ר׳ יוחנן *Ætatem produxit R. Iuda Princeps, fuitque temporibus R. Iochanan.* Floruit autem hic R. Iochanan circa annum Christi Dionysianum ducentesimum vicesimumnonum: nam ita leges in צמח דוד de Iochanã: רבי יוחנן נעשה לראש הישיבה באי אחרי מות חנינא סביב לשנת תתקץ *Rabbi Iochanan factus est præses Synagogæ in terra Cananitide, post mortem R. Chaninæ, circa annum termillesimum nongentesimum nonagesimum.* qui annus est Christi Dionysianus ducentesimus vicesimus nonus: Vnde etiam constat, Chaninan Chamæ Filium, qui à Rabban Gamaliele præesse iussus est Synagogæ, vt ex eius nuncupatiuo testamento vidimus, paucos annos in eo munere fuisse. Addit Auctor צמח דוד de R. Iuda Principe Gamalielis Filii: והיה בזמן רב אמי ורב אסי: *Fuit quoque temporibus Rab Amæi, & Rab Asæi*, quorum ætatem confert in annum Iudaïcum quatermillésimum sexagesimum,

mum, id est, Christi Dionysianum ducentesimum nonagesimum nonum: רב אמי ורב אסי כנהני חשיבי דארץ ישראל היו לראשי הישיבות בא״י אחר מות רבי יוחנן הנ״ל · שניה היו בטבריה בשנת ששים לאלף החמישי *Rab Amæus, & Rab Asæus Sacerdotes magni nominis è terra Cananitide, fuerunt Præsidentes Synagogarum in terra Cananitide post mortem Rabbi Iochanan, cuius in superioribus meminimus: Fuerunt autem ambo Tiberiade anno quatermillesimo sexagesimo.* Floruit igitur Rabbi Iuda Princeps Filius Rabban Gamalielis ab anno Christi ducentesimo vicesimo nono ad annum ducentesimum nonagesimum nonum, id est, annis septuaginta, si Iudæis credim us, sed sequentia docebunt, Deo dante, non esse illis credendum: Iudæ huius Filius fuit Hillel Princeps, qui Kalendarium Iudaïcum, quo Iudæi vtuntur, ordinauit: Auctor צמח דוד ad annum Iudaïcum quatermillesimum sexagesimum: רבי יהודה נשיאה אמוראי גם הוא היה סביב לזמן הזה והוא בן רבן גמליאל בן ר׳ יהודה הנשיא ורבי יהודה זה הוא אביו של ר׳ הלל הנשיא שתקן העבור *Rabbi Iuda Princeps Amoræorum vnus: etiam hic fuit circa hæc tempora: Filius hic fuit Rabban Gamalielis, Nepos Rabbi Iudæ Principis. Hic autem Rabbi Juda pater fuit Rabbi Hillelis Principis, qui Computum composuit.* Floruisse autem scribit idem auctor hūc *Hillelem* Principem anno Iudaico quatermillesimo centesimo decimo octauo: ita enim ad hunc annum habet: הלל הנשיא בנו של ר׳ יהודה נשיאה שהוא בן בנו של ר׳ יהודה הנשיא הנקרא רבינו הקדוש והוא הלל דור עשירי מהלל הזקן: הלל הנשיא תקן סדר העיבור על דרך תקופת רב אדא

Princeps Hillel. Fuit hic Filius Rabbi Iudæ Principis, Nepotis Rabbi Iudæ Principis, qui dictus est Magister noster Sanctus. Fuit hic Hillel decimus à seniore Hillele. Ordinauit autem hic Hillel seriem Computi super Tekupha Rab Adda. Sed non possumus ire in Iudæorum sententiam: nam *Hillel* hic Princeps non floruit anno Iudaico quatermillesimo centesimo decimo octauo, siue Christi Dionysiano tercentesimo quinquagesimo septimo. Senex iam quippe Hillel vixit temporibus Constantini Magni. Rationes nostræ hæ sunt: Eusebius Vercellensis Episcopus ab Imperatore Constantio in exilium pulsus est anno Christi Dionysiano tercentesimo quinquagesimo quinto. Pulsus igitur venit Scythopolim, vbi à Iosepho Apostolo quondam *Iudæ* Patriarchæ Tiberiadensis, sed tunc Christiano, excipitur hospitio, quò eum inuisit Epiphanius, vt ipse testatur in Hæresi XXX. ὁ δὲ Ἰώσηπος ἐμοὶ αὐτῷ διηλέχθη. ἐκ στόματος γὰρ αὐτοῦ ἀκήκοα πάντα ταῦτα, καὶ οὐκ ἀπὸ ἄλλου τινὸς, ἐν τῇ γηραλέᾳ αὐτοῦ ἡλικίᾳ, ὡς ἀεί που ἐτῶν ἑβδομήκοντα γεγονότος αὐτοῦ, ἢ καὶ πλειόνων. παρ' αὐτῷ γὰρ κατήχθην ἐν Σκυθοπόλει. μεταστὰς γὰρ τῆς Τιβεριάδος, κτήσεις ἐκεῖ ἐν Σκυθοπόλει διαφόρους ἐκτήσατο. ἐν γὰρ τῇ οἰκίᾳ αὐτοῦ μακαρείτης ΕΥσέβιος ὁ τῆς Ἰταλίας Ἐπίσκοπος Βεργέλλας πόλεως, ἐξορισθεὶς ὑπὸ Κωνσταντίου, διὰ τὴν πίστιν τῆς ὀρθοδοξίας ἐξενίζετο. καὶ ἐπὶ τὴν ἐπίσκεψιν τούτου ἐγώ τε καὶ οἱ ἄλλοι ἀδελφοὶ ἐκεῖσε γενόμενοι, καὶ αὐτοὶ παρ' αὐτῷ κατήχθημεν. Epiphanius igitur venit domum Iosephi ad inuisendum Vercellensem Episcopum Eusebium, qui recens Italia

Digitized by Google

erat pulsus ab Imperatore Constantio: Fuit ergo annus Christi Dionysianus tercentesimus quinquagesimus sextus, quo anno natus erat Iosephus annos septuaginta circiter, quos si retro numeres, Iosephi natalis incidit in annum Christi Dionysianum ducentesimum octagesimum sextum. Eius ætate fuit Tiberiade Patriarcha *Hillel* è Gamalielis posteris. Epiphanius ibidem ὁ δὲ Πατριάρχης κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Ἐλλὴλ τοὔνομα ἦν. νομίζω γὰρ ὅτι οὕτως τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰώσηππος ἔλεγεν, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ χρόνου σφάλλομαι ἐκ γένους δὲ Γαμαλιὴλ ἐτύγχανε, τοῦ πρὸ αὐτοῦ γενομένου Πατριάρχου. ἔστι δὲ διαγνῶναι. ὡς καὶ ἄλλοι οὕτως ὑπέθεντο, τοῦτο εἶναι γένος ἐκείνου τοῦ προτέρου Γαμαλιὴλ, τοῦ ἐπὶ τοῦ σωτῆρος τοῦ κατὰ Θεὸν συμβουλεύσαντος, ἀπέχεσθαι τῆς κατὰ τῶν Ἀποστόλων ἐπιβουλῆς, τελευτῶν δὲ ὁ Ἐλλὴλ ἠξίωσε τὸν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Ἐπίσκοπον πλησιοχώρων τῆς Τιβερίων ὄντα. Moriens Patriarcha *Hillel* filium suum adhuc infantem credidit fidei huius Iosephi, atque alterius amici, quos tutores dedit filio suo. Epiphanius ibidem ἐκοιμήθη ὁ Πατριάρχης μετὰ καλῆς ἀποθέσεως, παραδοὺς τὸν ἴδιον υἱὸν κομιδῆ νέον ὄντα Ἰωσήππῳ τε καὶ ἄλλῳ τινὶ ἐπιεικεστάτῳ. τὰ πάντα ἴδια ἐπετρέπετο διὰ τῶν δύο τούτων, διὰ τὸ ἔτι τὸν Πατριάρχην παῖδα ὄντα νηπιάζειν, καὶ ἐν χερσὶν αὐτῶν ἀνατρέφεσθαι. Duplex est apud Iudæos pubertas *plena*, atque *ciuilis*: hæc definitur anno tertiodecimo; illa anno vicesimo. *Ciuilem* pubertatem vbi essent assecuti, id est, annos nati tredecim, ad sua mitti poterant negotia habebantque testamenti factionem, & dicuntur בני מצוה *filij præ*-

cepti: At vero publica non obibant munia ante *ple-nam* pubertatem, id est, annum ætatis vicesimum, aut etiam ante annum vicesimum, si modo habitum puberum iam præferrent, vt constat exemplo Aristobuli, qui ad Pontificatum admissus est anno ætatis decimo septimo: nam etiam plena pubertas est ante annum vicesimum, nempe quãdo יקיף השער כל הגיד *pubes totum vestiuit pudendum*: Ad annum tamen vicesimum vsque definitur, quia etiam in imbecillioribus, si modo vnquam eruptura est pubes, ea ætate erumpit. Hanc igitur ætatem assecutus *Judas* Hillelis Filius, tutela Iosephi exit, in quem gratus alumnus contulit Apostolatus munus. Epiphanius ibidem. συμβέβηκε γὰρ τὸν Ἰώσηπον μετὰ τὸ ἀδρυνθῆναι Ἰούδαν τὸν Πατριάρχην, ὃν προειπομεν (τάχα γὰρ οὕτως ἐλέγετο) ἀμοιβῆς ἕνεκα γέρας τῷ Ἰωσήπῳ τῆς Ἀποστολῆς δοῦναι τὴν ἐπικαρπίαν καὶ μετ' ἐπιστολῶν τοῦτο ἐπιστέλλεται εἰς τὴν Κιλίκων γῆν. Cùm in Ciliciam venisset Iosephus, paullo post à suis Iudæis odio religionis Christianæ male multatur: qua de causa ad Constantini Magni comitatum venit. Epiphanius ibidem. ἀθρόως εἰσέφρησαν μὲν εἴκαδε εἰς τὸ αὐτοῦ ἐφέστιον, καὶ καταλαμβάνουσιν αὐτὸν τὰ Εὐαγγέλια διερχόμενον, τήν τε βίβλον κατέχουσι, τὸν δὲ ἄνδρα ἁρπάζουσι, σύροντες χαμαί, καὶ βοῶντες, καὶ αἰκίας ἐπιφέροντες, οὐ τὰς τυχούσας, ἀπάγουσι μὲν εἰς τὴν Συναγωγήν, καὶ μαστίζουσι τοῦτον, ἄλλοτε δὲ καταλαμβάνουσιν αὐτὸν ἐν ὁδοιποείᾳ τινί, καὶ ῥίπτουσιν αὐτὸν εἰς Κύδνον τὸν ποταμόν. ἀφῖξαι δὲ ἐπὶ τὸ κομητάτον, καὶ Βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ φιλιοῦται, καὶ ἀνέθετο αὐτῷ τὰ καθ'

Digitized by Google

ἑαυτὸν ἄπαιδα. Constantinus autem Magnus obiit die vicesimo secundo Maij, anno Christi Dionysiano tercentesimo tricesimo septimo: Ergo ante annum Christi Dionysianum tercentesimum tricesimum septimum *Iudas Patriarcha* exiuerat tutela Iosephi, cuius curæ creditus cùm primum fuit, erat νηπιάζων, itaque Iosephus tutelam eius gessisse videtur annos plus minus sedecim. Vnde colligere licet, Patriarcham *Hillelum* ab Epiphanio memoratum viuere desiisse circa annum Christi Dionysianum tercentesimum vicesimum, aut paullo minus. Est autem hic *Hillel Patriarcha* Epiphanianus, is ipse, quem Iudæi הלל הנשיא *Hillelem Principem* dicunt, decimum ab Hillele seniore Babylionensi. Vterque enim *Tibariadensis* est: Deinde *Hillel* apud Epiphanium ἐκ γένους Γαμαλιὴλ ἐτύγχανε, à *Gamaliele* genus suum ducebat; ducebat quoque *Hillel* Iudæorum. Præterea *Hillel* Epiphanianus est Iudæorum *Patriarcha*, qui Magistratus non fit, sed nascitur: filius enim patrem excipit. Epiphanius ibidem. ὡς δὲ ἐν τούτοις κατετρίβετο, ἀδρύνεται ὁ παῖς καταλειφθεὶς ὑπὸ Ἐλλὴλ εἰς Πατριαρχίαν προφερόμενος· οὐδεὶς γὰρ ἄλλος ἁρπάζει τὰς ἀρχὰς παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις, ἀλλὰ υἱὸς πατέρα διαδέχεται. *Hillel*, cuius meminerunt Iudæi, est נשיא, qui patri *Iudæ* ἐν τῇ נשיאה successit, quemadmodum Rabbi *Iudas* successerat Rabban *Gamalieli* patri: *Gamaliel* autem patri suo *Iudæ* Magistro nostro sancto. *Hillel* igitur hic Iudæorum idem est cum Epiphaniano, ac proinde esse desiit circa annum Christi Dionysianum ter-

Digitized by Google

centeſimum viceſimum, qui erat annus Iudaicus quatermilleſimus octageſimus primus, aut paullo ante annis aliquot. Edidit autem Computum ſuum *Hillel Princeps*, atque caput Enneadecaëteridis ſuæ ſtatuit annum Iudaicum quatermilleſimum ſexageſimum ſeptimum, qui eſt Chriſti Dionyſianus tercenteſimus ſextus, Cyclo Solis ſeptimo, litera Dominicali F. Huius noſtræ aſſertionis auctores ſunt Iudæi, qui adnotant, הלל הנשיא תקן סדר העיבור על דרך תקופת רב אדא *Hillelem Principem Computaſſe ſuper Tekupha Rab Addæ.* Hoc Iudæorum effatum quomodo coniecturis ſuis explicet Vir Illuſtris, norunt omnes eruditi ex eius ſcriptis. Caput autem Enneadecaëteridis Hillelis Principis ſtatuit annum Iudaicum quatermilleſimum centeſimum quintum, ſiue Chriſti Dionyſianum tercenteſimum quadrageſimum quartum, quo anno Neomenia Tiſri fuit viceſimo quarto Septembris die, feria ſecunda, hora quarta, ſcrupulo ducenteſimo quarto, Cyclo Solis decimoſeptimo, litera Dominicali A G.

ANNI.	DIES.	FER.	HOR.	SCRVP.	☉
4105					
4104					
1.	280.	2.	5.	204.	1.
4104.	13	7.	1.	0.	12.
	267	2	4	204.	17

Quod optime conuenit cum medio Lunæ motu ad meridiem Hieroſolymitanam: Nouilunium namque fuit ad hanc Hieroſolymitanam meri-

diem, vicesimo tertio Septembris die, feria prima, hora vicesima secunda, scrupulis primis, vndecim: secundis, triginta.

ANNI.	DIES.	FER.	HOR.	I.	II.	☉.	☽.
4293.							
4256.							
37.	103.	6.	6.	57.	22.	17.	3.
4256.	13.	6.	15.	23.	11.	0.	
	89.	6.	15.	34.	11.	17.	3.
	177.	2.	4.	24.	19.		
	266.	1.	19.	58.	30.		
			2.	13.			
	266.	1.	22.	11.	30.		

Sed in eius sententia non possumus acquiescere, nam, vt tempus, quo vixit Hillel, mittamus, qui ante annum Christi Dionysianum tercentesimum vicesimum non erat amplius in viuis, minime explicat, quomodo Hillel Princeps Computum suũ ordinarit על דרך תקופת רב אדא *super*, siue *secundùm Tekupham Rab Addæ.* Dicemus igitur quod conijcere nobis dedit Deus, μεγάλῳ χάρις αὐτῷ. Tekupha *vernalis* Rab Addæ statuitur primo anno Enneadecaëteridis illius, repetito initio ab Orbis conditu, die quarto Nonas Aprileis, feria quarta ineunte Iudaïcè, estque character illius, 4, 0, 0: atque antecessit Nouilunium primi Nisan horis nouem, scrupulis sexcentis quadraginta duobus · itaque character Nouilunij huius primi Nisan est 4, 9, 642. Primus vero annus Enneadecaëteridis ab

Digitized by Google

Hillele Principe publicatæ est, vti iam diximus: Christi Dionysianus tercentesimus sextus, siue Iudaïcus quatermillesimus sexagesimus septimus: quo anno Neomenia Tisri incidit in diem sextum Kalendas Octobreis, siue vicesimum sextum Septembris, feria quinta.

ANNI IVD.	DION.	DIES.	FER.	HOR.	SCRVP.	ד.
4067.						
4028.	267.					
39.	39.	280.	7.	14.	314.	11.
4028.		12.	3.	19.	220.	4.
4067.	306.	267.	3.	19.	94.	7.

Sed hic duplex Anomalia occurrit: Nam primo Astronomice propter horas nouemdecim transferenda est Neomenia in diem sequentem, qui est ducentesimus sexagesimus octauus à Kalendis Ianuarijs, feria quarta: Rursum, quia hic dies incidit in feriam quartam, eaque feria reijcula est propter hunc Gamalielis canonem: לעולם לא ארו ראש השנה *Nunquam Neomenia Tisri incidit in feriam primam, aut quartam, aut sextam*, politice diffindenda est Neomenia Tisri in diem ducentesimum sexagesimum nonum à Kalendis Ianuarijs, id est, in diem vicesimum sextum Septembris, feria quinta. Atque ita optime interpretamur illud Iudæorum scitum de Hillelis Computo ab eo secundum Tekupham Rab Addæ ordinato: הלל הנשיא תקן העיבור על דרך תקופת רב אדא *Hillel Princeps Computum suum ordinauit secundum Tekupham Rab Addæ.* Nam Tisri sui

ſui Neomeniam ſtatuit Hillel Princeps eo die, in quem incidit Neomenia primi Tiſri Rab Addæ: Tekupha enim primi Niſan Rab Addæ fuit die quarto nonas Aprileis, vt & eiuſdem primi Niſan Rab Addæ Neomenia: Adde ſex menſes, ſiue dies centum ſeptuaginta ſeptem; Neomenia igitur primi Tiſri Rab Addæ cadit in diem ducenteſimum ſexageſimum nonum à Kalendis Ianuariis, ſiue viceſimum ſextum Septẽbris diem, quo etiam die ſtatuit Hillel Princeps Neomeniam Tiſri primi anni ſuæ Enneadecaëteridis, atque ita תקן העיבור על דרך תקופת רב ארא perinde ac ſi ipſe eaſdem amplecteretur Tekuphas, cùm tamen in his Samuelem ſequeretur, & longe aliter quam à Rab Adda factum ſit, in ſua Enneadecaëteride interkalaret: Nouilunium tamen commiſſum erat medium die viceſima quarta Septembris, feria tertia, vt non tantum è Tabulis Iudaïcis, ſed etiam è Pariſinis colligimus:

ANNI. CHRISTI.	DIES.	HORÆ	I.	II.
306.				
301.	4.	6.	13.	8.
5.	24.	15.	12.	46.
September.	6.	18.	7.	35
	35.	15.	33.	29.
Nouilunium ſubtrah.	60.	1.	28.	6.
	35.	15.	33.	29.
	24.	9.	54.	37.

Igitur viceſimo quarto Septembris die fuit No-

uilunium medium, ſed Neomeniam ſui Tiſri diffidit Hillel Princeps in diem viceſimum ſextum Septembris propter duplicem Anomaliam, aſtronomicam vnam, alteram politicam, atque ita על דרך תקופת רב אדא ſecundum Tekupham primi Niſan Rab Addæ Enneadecaëteridem ſuam ordinauit, atque digeſſit Hillel Princeps. Huius *Hillelis* meminiſſe quoque Origenem facile mihi perſuadeo, quem tamen *Patriarcham Ægyptienſium Iudæorum* fuiſſe volunt Viri Incomparabiles, ſed vnus tãtum erat omnium, vbicumque degerent, Iudæorum *Patriarcha*, vt mox, Deo dante, dicemus, ſed Ægyptum forte venerat *Huillus* ſiue *Hillel*, quod videtur vſurpatum fuiſſe Iudæorum *Patriarchis*, vt colligere eſt ex Hadriani Epiſtola. *Hadrianus Aug.* Seruiano *Coſ.* S. *Ægyptum, quam mihi laudabas, Seruiane chariſſime, totam didici, leuem, pendulam, & ad omnia famæ momenta volitantem. Illi, qui Serapin colunt,* Chriſtiani *ſunt; & deuoti ſunt* Serapi, *qui ſe* Chriſti Epiſcopos *dicunt. Nemo illic Archiſynagogus Iudæorum, nemo Samarites, nemo* Chriſtianorum Preſbyter, *non mathematicus, non aruſpex, non aliptes. Ipſe ille* Patriarcha, *cùm Ægyptum venerit, ab alijs* Serapidem *adorare, ab alijs cogitur Chriſtum. Genus hominum ſeditioſiſſimum, vaniſſimum, iniurioſiſſimum: ciuitas opulenta, diues, fœcunda, in qua nemo viuat otioſus. Alij vitrum conflant, ab alijs charta conficitur, alij linyphiones ſunt: omnes certe cuiuſcumque artis & videntur, & habentur: Podagroſi, quod agant, habent; habent cæci, quod faciant; ne chiragrici quidem apud eos otioſe viuunt. Vnus illis Deus eſt, hunc Chriſtiani, hunc* Iu-
Digitized by Google

dæi, hunc omnes venerantur & gentes. Plura hic descripsimus, vt eadem illustrare conemur. Hoc vult dicere Hadrianus, fuisse duo summa in Ægypto numina, *Serapin*, & CHRISTVM, atque id probat, quod de *Patriarcha* scribit, ab aliis cogi adorare *Serapin*, ab aliis vero cogi adorare *Christum* : Sunt igitur duæ istæ in religione factiones, quæ apud Ægyptios præualent, *Christianorum*, atque eorum, qui *Serapin* colunt. Quanquam & ita leues erant Ægyptij, vt etiam alter in alterius transiret sacra, nec putes id accidisse iis, qui de vulgo, solebant hoc etiam, qui sacrorum quisque suorum curæ erant præfecti atque præsidebant, *Serapi* deuoti scilicet, & *Christi Episcopi.* Certe *Christianorum* Ægyptiorum leuitatem in religionis negotio, non vno exemplo notam habemus ex historia Ecclesiastica. Præterea non vni studio dediti erant Ægyptij, aut vni vacabant curæ: nam Iudæorum Archisynagogi erant mathematici; Samaritæ erant aruspices; denique Christianorum Presbyteri fiebant aliptæ : ita putamus reddenda esse Hadriani verba : *Nemo illic Archisynagogus Iudæorum, non mathematicus: nemo Samarites, non aruspex: nemo Christianorum Presbyter, non aliptes*, Et quidem, quod ad Iudæos attinet, certum est, eos solitos fuisse τὴν τύχην λέγειν καὶ μοῖραν, facta dicere iis, qui futuram suam sortem scire desiderabant. Iuuenalis Satyra VI.

Cophino, fœnoque relicto,
Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem,
Interpres legum Solymarum, & magna Sacerdos

Digitized by Google

Arboris, ac summi fida internuncia cœli.
Implet & illa manum, sed parcius, ære minuto.
Qualiacumque voles Iudæi somnia vendunt.

Ergo *mathematici*, siue *fatidici* erant Iudæi, qui ex hac arte lucrum captabant, æsque corradebant. Quare vero de *Samaritis* dixerit, *neminem* illic esse *Samaritem, non aruspicem,* ego nullus dicam, qui diuinus non sum. Sed quod ad *Christianorum Presbyteros* attinet, eos *alyptas* esse dixit, id est, ἰατραλείπτας, quomodo Vopiscus est interpretatus, qui *medicos* dixit, quos Hadrianus *aliptas*. Ratio autem hæc est, mea sententia, quia à valetudinibus remediabantur homines per *oleum*, quo vngebantur à *Christianorum Presbyteris*. Non autem soli Christiani per hoc *oleum* curabantur à valetudinibus, sed etiam Ethnici; atque id passim fiebat. Tertullianus L. ad Scapulam, cap. IV. *Et quanti honesti viri (de vulgaribus enim non dicimus.) aut à dæmonijs, aut valetudinibus remediati sunt. Ipse etiam Seuerus pater Antonini, Christianorum memor fuit. Nam & Proculum Christianum, qui Torpacion cognominabatur, Euhodeæ procuratorem, qui eum per* oleum *aliquando curauerat, requisiuit, & in palatio suo habuit vsque ad mortem eius: quem & Antoninus optime nouerat, lacte Christiano educatus.* Quia igitur Christianorum Presbyteri *per oleum* ægrotos curabant, *aliptæ*, siue *iatraliptæ* ab Hadriano appellantur. Sequitur de *Patriarcha*, cuius caussa instituta est hæc disputatio, in Hadriani Epistola: *Ipse ille* Patriarcha *cum Ægyptum venerit, ab alijs* Serapidem *adorare, ab alijs cogitur* CHRISTVM. Interpretantur ista viri summi de

Digitized by Google

Episcopo Alexandrino, qui totius Ægypti *Patriarcha* fuerit. Sed, vt cetera argumenta, quæ aliunde peti possunt, mittam, constat ex his Hadriani verbis, *Patriarcham*, de quo loquitur, fixas in Ægypto non habuisse sedes, sed Ægyptum venisse aliquando tantum: Atqui certissimum est, *Episcopum Alexandrinum* in Ægypto sedem fixam habuisse, non autem aliunde in Ægyptum venisse, certis tantum temporibus. Facit præterea ne de Christianorum *Patriarcha* Hadriani verba interpretemur, quod scribit, *ab alijs* Serapidem; *ab alijs* Christum *adorare cogi*. Etenim si *Patriarcha* is esset *Christianorum*, minime *cogeretur*, adorare *Christum*: volenti quippe animo eum adoraret, vt qui *Christianus* non tantum esset, sed & *Christi Episcopus*: Fuisset is quidem *cogendus* adorare *Serapidem*. At vero *Iudæorum Patriarcha*, neque *Serapidem*, neque *Christum*, nisi inuitus, & coactus, vnquam adorasset: Itaque duabus his factionibus in Ægypto obtinentibus, *Christianorum*, & eorum qui *Serapidem* colunt, vt in hos, vel in illos inciderat, cogebatur aut *Serapin* adorare, aut *Christum*. Sunt igitur ista de *Patriarcha Iudæorum* intelligenda: nam *Patriarchæ* tantum fuerunt, vel apud *Iudæos*, vel apud *Christianos*: quod enim vir summus Isacius Casaubonus contendit inter *Gentiles* fuisse etiam *Patriarchas*, eo non id probat exemplo, quod laudat. Meminit quidem *Gamalieli Patriarchæ* Marcellus Empiricus, cap. XXIII. his verbis: *Ad splenem remedium singulare, quod de experimentis probatis* Gamalielus Patriarcha *proxime ostendit.* Sed fuit

Digitized by Google

Patriarcha Gamalielus, quod nomen satis indicat, vt etiam monuit Cl. Salmasius ὁ ἰατρικώτατος, *Iudæorum Patriarcha*: Nam is est, certe tempus optime conuenit, eo quippe tempore scribebat Marcellus Empiricus, is, inquam, est, cuius meminit Imperator Theodosius (illius namque est, vt è loco, in quo scripta dicitur Constitutio liquet.) L. XXII. Cod. Theod. *de Iudæis & Cælicolis*.

Impp. Honorius & Theodosius AA. Aureliano PF. P II.

Quoniam Gamalielus *existimauit se posse impune delinquere, quod magis est erectus fastigio dignitatis, illustris auctoritas tua sciat nostram serenitatem ad virum inlust. Mag. Officiorum direxisse præcepta, vt ab eo* codicilli *demantur* honorariæ præfecturæ: *ita vt in eo sit* honore, *in quo ante* præfecturam *fuerat constitutus, ac deinceps nullas condi faciat Synagogas: & si quæ sint in solitudine, si sine seditione possint deponi, perficiat, & vt in Christianos nullam habeat copiam iudicandi: & si qua inter eos ac Iudæos sit contentio, à Rectoribus* Prouinciæ *dirimatur. Si Christianum, vel cuiuslibet secta hominem ingenuum, seruumue, Iudaïca nota fœdare temptauerit, vel ipse, vel quisquam Iudæorum, Legum seueritati subdatur. Mancipia quoque Christianæ sanctitatis, si qua apud se retinet, secundum Constantinianam Legem, Ecclesiæ mancipetur. Dat.* XIII. *Kalend. Const. Honorio* X. *& Theodosio* VI. *AA. Coss.*

Quænam hæc sit *honoraria præfectura*, in cuius fastigium euectus fuerat *Gamalielus* Iudæorum *Patriarcha*, nemo temere dixerit: Non ignoro *Medicinæ* deditum fuisse *Patriarcham Gamalielum*, in eaque

Digitized by Google

tantos fecisse progressus, vt etiam remedia singularia ad morbos curandos de probatis experimentis ostenderit, vt testatur verbis laudatis Marcellus Empiricus; Scio quoque *Medicos* aliquando donatos fuisse *comitiuæ* honore, idque consuetudo poscebat in Archiatris, vt habes L. XII. Cod Th. *de Meditis & Professoribus*, quæ est ad *Vindicianum*: Erat autem hic *Vindicianus*, vt hoc obiter moneam, *Comes Archiatrorum*, Valentiniano A. imperante, eiusque ad Imperatorem Valentinianum A. Epistola legitur apud Marcellum Empiricum: Sed tamen de hoc *Comitiuæ* honore non possunt intelligi Legis Theodosianæ verba; cùm *Gamalielus* pro iure huius *honorariæ præfecturæ* etiam in Christianos copiam haberet iudicandi. At vero nullus dubito eum *honorem*, in quo ante *præfecturam* constitutus erat, fuisse *Iudæorum Patriarchatum.* Meminit quoq; *Gamalielis Patriarchæ* B. Hieronymus in Epistola ad Pammachium de Optimo genere interpretandi. *Dudum Esychium virum Consularem, contra quem Patriarcha Gamaliel grauissimas exercuit inimicitias, Theodosius Princeps capite damnauit, quod sollicitato notario, chartas illius inuasisset.* An vero idem hic est cum eo, de quo Marcellus Empiricus, & Theodosius Augustus L. XXII. Cod. Theod. *de Iudæis & Cælicolis*? Scripta est hæc Lex à Theodosio, anno Christi Dionysiano *quadringentesimo quintodecimo*: Epistola vero B. Hieronymi scripta est anno Dionysiano *tercentesimo nonagesimo quarto*, cùm fere biennio ante, id est, anno *tercentesimo nonagesimo secundo*,

famosam illam sanctissimus Papa Epiphanius ad Iohannem Hierosolymitanum Episcopum epistolam scripsisset: Interuallum igitur est annorum *viginti*: Sed *dudum* ante hanc epistolam ab Hieronymo ad Pammachium scriptam *Gamaliel* erat *Patriarcha*: ergo aliquot annis maius est interuallum istud, quam *viginti*: tantum autem non est, vt negandum sit eundem esse *Gamalielum*: Est igitur, vt puto, vnus idemque, *Judæ* illius *Patriarchæ*, de quo B. Epiphanius in Ebionitarum hæresi, Nepos quod series temporum de qua mox, indicat; *Hillelis Principis* Kalendarij Iudaïci auctoris Pronepos. Sed ad Epistolam Hadriani redeundum est, De *Patriarcha* igitur *Iudæorum* ista scripsit Hadrianus. *Ipse ille* Patriarcha, *cùm Ægyptum venerit, ab aliis Serapidem adorare, ab aliis cogitur Christum*. Sed dices, annon singuli Iudæorum ἀποδημίᾳ suum habuerunt *Patriarcham*? Ita nos cum magnis viris opinati sumus in *Varijs* nostris *Lectionibus*. Atqui si id verum est, habuere *Ægyptienses* Iudæi suum *Patriarcham*, qui aliunde non veniret Ægyptum, sed in Ægypto sedes haberet fixas. Itaque meminit B. Hieronymus Apologia aduersus Ruffinum, *Huilli Patriarchæ*, qui Alexandriæ Origenis temporibus fuit. *Certe etiam Origenes* Patriarchen Huillum, *qui temporibus eius fuit, nominat: & tricesimum tomum in Esaiam, in cuius fine edisserit,* Væ tibi ciuitas Ariel, quam expugnauit Dauid, *illius expositione concludit, vt cum aliter prius sensisse se dicat, doctum ab illo id quod est verius, confitetur. Octogesimum quoque nonum Psalmum,*

Psalmum, qui scribitur, Oratio Moysi hominis Dei, *& reliquos vndecim, qui non habent titulos, secundum* Huilli *expositionem, eiusdem Moysi putat.* Verum re penitius perspecta, & accuratius expensa, dicendum est, *vnum* tantum fuisse apud Iudæos *Patriarcham*, non autem plures, eodem tempore, qui omnibus, vbicumque essent, Iudæis præesset, quem נשיא dixerunt, id est, *Principem*, Hellenistæ vero *Patriarcham*; nam

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω,
Εἷς βασιλεύς,

vt est apud Poëtarum principem: & certe Origenes tanquam de *vnico* tantum loquitur περὶ ἀρχῶν Lib. IV. cap. I. *Dicunt permanere adhuc Principem ex genere Judæ*, istum *videlicet, qui est gentis eorum* Princeps, *quem nominant* Patriarcham, *nec deficere posse de semine eius, qui permaneat vsque ad aduentum eius Christi, quem sibiipsi describunt.* Vides hic *vnum* esse tantum *Patriarcham*, qui totius Iudæorum gentis sit *Princeps*. Certe nullus erat in *Occidentalibus* partibus Iudæorum *Patriarcha*, sed Iudæi harum *Occidentalium* partium parebant *Patriarchæ*, qui in *Oriente* erat, eidémque anniuersarium canonem conferebant: habes in Lib. vltimo Cod. Theod. *de Judæis & Cælicolis*; estque Theodosij Iunioris Constitutio, vt quæ Constantinopoli data sit.

Impp. Theodosius & Valentinianus A A. Ioanni Com S. L.

Judæorum Primates, qui in vtriusque Palæstinæ Synedrijs nominantur, vel etiam in alijs Prouincijs degunt, quæ-

cumque post excessum Patriarcharum *pensionis nomine suscepere, cogantur exsoluere. In futurum vero periculo eorundem anniuersarius canon de Synagogis omnibus Palatinis compellentibus exigatur, ad eam formam, quam* Patriarchæ *quondam coronarij auri nomine postulabant: Quæ tamen quanta sit, sollerti inquisitione discutias, & quod de* Occidentalibus *partibus* Patriarchis *conferri consueuerat, largitionibus nostris inferatur. Dat. III. Kal. Iun. Const. Florentio & Dionysio Coss.* Habeturque Leg. XVII. C. *eod.* sed expunctis his verbis, *quæcumque post excessum* Patriarcharum *pensionis nomine suscepere, cogantur exsoluere. In futurum vero:* Neque enim istis opus erat verbis, cùm iam seculum elapsum esset, quando hanc Theodosij Constitutionem transcribebat Tribonianus in Iustiniani Codicem, ex quo desierant esse *Patriarchæ:* Nam in hac Constitutione memoratur *excessus Patriarcharum*, id est, eos amplius non esse: vnde dixit Theodosius, *Patriarchas* quondam *postulasse aurum coronarium*, quando scilicet erant; non erant autem tunc temporis, id est, anno Christi Dionysiano *quadringentesimo vndetricesimo, Florentio & Dionysio Coss.* vt ex hac Lege patet: Erant tamen anno Christi Dionysiano *quadringentesimo quarto, Honorio A. VI. & Aristæneto Coss.* Nam eo anno scripta est Lex XVII. Cod. Theod. *eod.* qua cauetur licere *Patriarchis aurum à Iudæis exigere.* Erat quoque *Gamalielus Patriarcha* anno Christi Dionysiano *quadringentesimo quintodecimo, Honorio X. & Theodosio VI. AA. Coss.* vt è Leg. XXII. Cod. Theod. *eod.* quæ huius

Digitized by Google

eſt anni, conſtat: fuitque hic *Gamalielus* vltimus, vt videtur *Patriarcharum*. Conferebant igitur Iudæi de *Occidentalibus* partibus penſionem *Patriarchæ* in Oriente poſito; itaque Orientis Imperator penſionem illam, quam *Patriarchæ* quondam ab *Occidentalium* partium Iudæis exigebant, vult à Iudæis ſuæ ditionis exigi, & ſuis largitionibus inferri. Idem probatur ex eo, quod Honorius Occidentis Imperator noluerit ad *Patriarcham*, qui ſcilicet in Oriente, aurum mitti ab *Occidentalibus* Iudæis.

Impp. Arcadius & Honorius AA. Meſſalæ PF.P. Superſtitionis indignæ eſt, vt Archiſynagogi, ſiue Preſbyteri Iudæorum, vel quos ipſi Apoſtolos vocant, qui ad exigendum aurum adque argentum à Patriarcha *certo tempore diriguntur, à ſingulis Synagogis exactam ſummam adque ſuſceptam adeundem reportent. Qua de re omne quidquid conſiderata temporis ratione confidimus eſſe collectum, fideliter ad noſtrum dirigatur ærarium. De cetero autem nihil prædicto decernimus eſſe mittendum. Nouerint igitur populi Iudæorum remouiſſe nos deportationis huius functionem. Quod ſi qui ab illo depopulatore Iudæorum ad hoc officium exactionis fuerint directi Iudicibus offerantur, ita vt tanquam in Legum noſtrarum violatores ſententia proferatur. Dat. III. Id. April. Med. Theodoro V. C.* Cons. Leg. XIV. Cod. Theod. *eod.* Sed rurſum anno poſt ſcriptam hanc Conſtitutionem quinto, idem Honorius poteſtatem fecit; & copiam conceſſit Iudæis, aurum coronarium ad Patriarcham mittendi, Leg. XVII. Cod. Theod. *eod.*

Impp. Arcadius & Honorius AA. Hadriano PF.P.

Digitized by Google

Dudum iusseramus, vt ea, quæ Patriarchis *à* I*udæis* istarum partium *ex consuetudine præbebantur, minime præberentur. Verum nunc amota prima iussione, secundum veterum Principum statuta priuilegia, cunctos scire volumus,* I*udæis mittendi copiam à nostra clementia esse concessam. Dat.* VIII. *Kalend. Aug. Rom. Honorio A.* VI. *&* A*ristæneto Coss.* Quemadmodum autem in partibus *Occidentalibus* non fuisse *Patriarcham* è superioribus probauimus, neque item fuit in *Cilicia* : nam ex Epiphanio in Ebionitarum Hæresi constat *Patriarcham*, qui erat *Tiberiade* in Iudæa, aurum exegisse à Iudæis *Cilicibus*, missis Apostolis, qui illud exigerent: Συμβέβηκε γὰρ αὐτὸν τὸν Ἰώσηπον μετὰ τὸ ἀδρυνθῆναι Ἰούδαν τὸν Πατριάρχην, ὃν προειπομεν (τάχα γὰρ οὕτως ἐλέγετο ἀμαθῆς ἕνεκεν) γέρας τοῦ Ἰωσήπου τῆς ἀποστολῆς δοθῆναι τὴν ἐγχαρτίδα. καὶ μετ' ἐπιστολῶν οὗτος ἀποστέλλεται εἰς τὴν Κιλίκων γῆν, ὃς ἀνελθὼν ἐκεῖσε ἀπὸ ἑκάστης πόλεως τῆς Κιλικίας τὰ ἐπιδέκατα καὶ τὰς ἀπαρχὰς παρὰ τῶν ἐν τῇ Ἐπαρχίᾳ Ἰουδαίων εἰσέπραττεν. Neque fuit Iudæorum Patriarcha in *Ægypto*, vt ex his Hadriani verbis omnino colligitur, *Ille ipse* Patriarcha, *cùm* Ægyptum *venerit, ab alijs Serapidem adorare, ab alijs cogitur Christum.* Nam si in *Ægyptum* aliquando tantum & certis temporibus venit, dicendum sane est, cum in *Ægypto* fixas non habuisse sedes, quod certe verum est: Post excidium enim Vrbis sacræ, *Tiberiade*. si *Gamalielum* secundum excipias, sedem habuit fixam *Patriarcha* Iudæorum, vt è Iudæorum Libris Historicis, & B. Epiphanio in Ebionitarum Hæresi probari potest. Quod igi-

tur *Patriarchen Huillum* vidit in *Ægypto* Origenes, atque consuluit de quorumdam Sacræ Scripturæ locorum interpretatione, factum esse potest, quia tunc temporis *Tiberiade Ægyptum* venerat *Patriarcha Huillus*; nam videtur, ex Hadriani Epistola, Iudæorum *Patriarcha* in more habuisse positum, certis temporibus *Ægyptum* lustrare. Quanquam opus non est dicere, *Huillum Patriarcham* venisse *Ægyptum* temporibus Origenis, siquidem fieri potest vt *Huillum Patriarcham* viderit Origenes, & consuluerit in ipsa *Palæstina*: nam Alexandria *Cæsaream* profugit Origenes, ab Episcopo Alexandrino Demetrio vexatus, anno Christi Dionysiano *ducentesimo tricesimo primo*, ibidémque diu resedit, Athenas tamen petiit post illa, & rursum in *Palæstinam* rediit, atque Tyri obiit: Vnde liquet non abhorrere à vero, si dixerimus Origenem, postquam Athenis rediit, eo, quo in *Palæstinæ* commoratus est, tempore vidisse, atque consuluisse *Huillum Patriarchen*, qui erat *Tiberiade*: Est enim is *Hillel*, qui Iudæis dicitur הנשיא, auctor Kalendarij Iudaïci: Obiit quippe Origenes circa annum Christi Dionysianum *ducẽtesimum quinquagesimum quartum*, cùm iam *Hillel* esset *Patriarcha*, atque etiam egregie Sacrarum Literarum cognitione imbutus, vt testatur Origenes loco laudato B. Hieronymi: idem tamen *Hillel* ætatem produxit ad annum Christi Dionysianum circiter tercentesimum vicesimum. Quare videtur *Hillel Patriarcha* annos præfuisse minimum *septuaginta*, quot anni præsidentiæ adscri-

Digitized by Google

buntur eius patri *Iudæ Patriarchæ* à Iudæis Historicis: sed illi interualla commode temporibus non diuidunt; itaque quod ad *Hillelis Patriarchæ* tempora attinet, tutius Origeni, & Origenis inimico acerrimo sanctissimo Papæ Epiphanio credemus, *Patriarcham Hillelem* fuisse in hac dignitate annos, vt minimum *septuaginta*, obijsséque circa annum Christi Dionysianum *tercentesimum vicesimum*. Sed obiter Epistolæ Hadriani verba δυσερμήνευτα expendamus: *ne chiragrici quidem apud eos otiosi viuunt. Vnus illis Deus est: hunc Christiani, hunc Iudæi, hunc omnes venerantur & gentes.* Sed quomodo *vnus illis Deus*, si alij *Christum*, alij *Serapin* coluerunt. Lego igitur: *Ne chiragrici quidem apud eos otiosi viuant, vnus illis Deus est: hunc Christiani, hunc Iudæi, hunc omnes venerantur & gentes.* Docet Hadrianus Alexandriæ neminem otiosum esse, omnes habere, quod agant, idque adeo verum esse comprobat, vt addat, *vnum illis Deum esse, ne chiragrici quidem*, vt ceteros mittat, *otiosi viuant.* Ludit autem elegantissime Hadrianus in notatione nominis *Deus*, deducitur namque ἀπὸ τοῦ δεῖσαι, à *metuendo*; atque id vult dicere Hadrianus, omnibus, quiqui sunt Alexandriæ, siue Iudæi, siue Christiani, vnum esse *metum*, ne qui, ac ne ipsis quidem chiragricis exceptis, otiosi apud se viuant, elegantissime autem θεοποιὸς *metum*, quem omnes Alexandrini venerentur, cùm *Deus* ipse à Græca voce, qua *metus* significatur, deducatur; adde quod id cui studet quisque maxime, illius *Deus* esse dicitur, vt apud B. Paulum de ganconi-

Digitized by Google

bus, ὧν ὁ Θεὸς ἡ κοιλία Philipp. III. 19. Sed de his satis superque. Videamus autem, cum bono Deo, vnde factum sit, vt Iudæi *Hillelis Principis* tempora in annum Christi Dionysianum tercentesimum quinquagesimum septimum conijciant. Nempe confundunt annum cum nepote: Habuit enim *Hillel Princeps*, quem *Huillum* Origenes, & ex eo B. Hieronymus nominant, filium *Judam* in *Patriarchatu* successorem, vt ex B. Epiphanio iam ante diximus: *Iudas* hic filium habuit ac successorem in *Patriarchatu* alterum *Hillelem*, quem *Huillum* appellant: Cum igitur vterque hic *Hillel* esset *Iudæ* filius, ex vtroque vnum fecerunt Iudæi, & aui tempora in nepotis ætatem conijciunt: Nam hic *Hillel* Iudæ filius, *Hillelis Principis* auctorisque Kalendarij Iudaïci Nepos, eo floruit æuo, quo celebrem fuisse *Hillelem Principem* memorant Iudæi: Iuliani enim Augusti Epistola XXV, quæ *Iudæorum Communi* est scripta anno Christi Dionysiano tercentesimo sexagesimo secundo vertente, aut certe sexagesimo tertio ineunte, meminit huius Iudæorum *Patriarchæ* Ἰουλιανὸς Ἰουδαίων τῷ κοινῷ. & ad locum: ἔτι πλέον δ' ὑμᾶς εὐωχεῖσθαι βουλόμενος, τὸν ἀδελφὸν Ἴουλον τὸν αἰδεσιμώτατον Πατριάρχην παρῄνεσα, καὶ τὴν λεγομένην εἶναι παρ' ὑμῖν ἀποστολὴν κωλυθῆναι, καὶ μηκέτι δύνασθαι τὰ πλήθη ὑμῶν τινὰ ἀδικεῖν τοιαύταις φόρων εἰσπράξεσιν, ὡς πανταχόθεν ὑμῖν τὸ ἀμέριμνον ὑπάρχειν τῆς ἐμῆς βασιλείας· ἵνα ἀπολαύοντες, ἔτι μείζονας εὐχὰς ποιῆτε τῆς ἐμῆς βασιλείας τῷ πάντων κρείττονι καὶ δημιουργῷ Θεῷ. Habes hic Iudæorum *Patriar-*

Digitized by Google

cham, ſed corrupto tranſpoſitione literarum nomine, *Iulum*, reſcribendum eſt, τὸν ἀδελφὸν ΟΥιλον τὸν αἰδεσιμώτατον Πατριάρχην. Eſt autem ΟΥιλος quomodo apud Origenem & B. Hieronymum, *Huilus*, hoc eſt, הלל *Hillel*: Ne quis autem exiſtimet *Hillelem* hunc auctorem eſſe Kalendarij Iudaïci, qui hoc anno Chriſti Dionyſiano tercenteſimo ſexageſimo tertio, Cyclo Solis octauo, litera Dominicali E, ſuam publicarit Enneadecaëteridem: ratio in promptu eſt, quia hoc anno nō potuit computare על דרך תקופת רב אדא *ſuper Tekupha Rab Addæ*: Neomenia enim Tiſri menſis incidit hoc anno, propter anomaliam duplicem, id eſt, cum politicam, tum aſtronomicam, in diem viceſimum quintum Septembris.

ANNI IVD.	DION.	DIES.	FER.	HOR.	SCRVP.	☉.
4124.						
4104.	343.	13.	7.	1.	0.	12.
20.	20.	280.	4.	21.	799.	20.
4124.	363.	280.	4.	21.	799.	20.
4104.		13.	7.	1.	0.	12.
4124.	363.	267.	4.	20.	799.	8

Non computauit igitur *ſuper Tekupha Rab Addæ*, id eſt, à die viceſimo ſexto Septembris. Non poſſumus autem, vt hoc obiter addam, hunc locum interpretari cum nupero editore; nam exiſtimo nihil aliud vetari à Iuliano, quam τὴν λεγομένην Αποστολὴν, id eſt, modum exigendi anniuerſarium canonem, qui Patriarchæ mittebatur: Nam *Apoſtoli* à Pa-

à Patriarcha directi exigebant à Synagogis hunc anniuersarium canonem, idque maximo suo cum compendio : itaque quibus factum discupiebant Patriarchæ, id munus iis iniungebant. Epiphanius Hæresi XXX. de Iuda Patriarcha, & Iosepho eius tutore, *γέρας τοῦ Ἰωσήπου τῆς Ἀποστολῆς δοῦναι εὐκαρπίαν.* Eorum autem compendium, populi Iudaïci erat dispendium : cum enim definita summa ad Patriarcham esset reportanda, & sibi quoque aliquid exigebant Apostoli τῆς Ἀποστολῆς nomine, quod in posterum fieri noluit Iulianus.

Habemus igitur *Patriarcharum* seriem, ab *Herodis* ætate ad annum Dionysianum Christi *quadringentesimum quintumdecimum*, & si qui sunt, qui excurrant ad annum vsque *quadringentesimum vicesimum nonum*, quo *Patriarcham* non amplius fuisse est certissimum : eorum autem tres postremos notos non habent ipsi Iudæi, *Iudam* Hillelis Filium, *Hillelem* Iudæ Filium, Hillelis nepotem & *Gamalielum* Hillelis Filium, Iudæ nepotem, Hillelis Principis pronepotem, quorum primi meminit Epiphanius, alterius memoriam fugitiuam retraximus ex tenebris, beneficio Iuliani; tertij denique ex B. Hieronymo, Marcello Empirico, & Theodosiano Codice. Atque hæc de successione *Patriarcharum*, nam quod illam *Sapientum* attinet, paullo alia est : Eam repræsentat B. Hieronymus, ab *Hillele* & *Sammaï*, ad euersam funditus ab Hadriano, vt volebant veteres, Hierosolymorum vrbem, post bellum Iudaïcum aduersus *Cochebam* ab Hadriano gestum. Verba

Digitized by Google

Hieronymi sunt ad cap. VIII. Esaïæ, Commentario III. *Duas domus Nazaræi, (qui ita Christum recipiunt, vt obseruationes Legis veteris non amittant) duas familias interpretantur,* Sammaï *&* Hillel: *ex quibus orti sunt Scribæ & Pharisæi: quorum suscepit scholam* Akibas, *quem Magistrum Aquilæ Proselyti autumant, & post eum* Meïr: *cui successit* Iohanam *Filius Zachæi: & post eum* Eliezer, *& ordinem* Delphon: *& rursum* Ioseph *Galilæus, & vsque ad captiuitatem Hierusalem* Iosue. Vixit *Hillel*, vt in superioribus diximus, vsque ad annum Christi Dionysianum *decimum:* Cùm primum autem præesse cepit, collegam non habuit *Sammai*, sed quendam *Manahemum*. vterque autem, cùm *Hillel*, tum *Sammaï* ab Abtalione & Semaia κατηχήθησαν. David Gauz in צמח דוד *Germine Dauidis:* הלל ושמאי קבלו משמעיה ואבטליון בשנת תשכח ובראשונה היו הלל ומנחם ויצא מנחם לעבודת המלך *Hillel atque Sammaï κατηχήθη-σαν à Semaia & Abtalione, anno termillesimo septingentesimo vicesimo octauo: Fueruntque primo* Hillel *&* Manahemus: *sed abijt ad Comitatum* Manahemus, *vt in Regis palatio militaret.* Cum hoc *Manahemo* optime conueniebat Hilleli. Kabala R. Abrahami: והיה חברו מנחם ומת בימיו ולא נחקלו ויצא מנחם ונכנס שמאי *Socius eius,* Hillelis, *fuit Manahemus, excessitque vita, eo superstite: non autem inter se dissidebant Hillel atque Manahemus, sed abijt Manahemus, venitque Sammaï:* quocum acres contentiones *Hilleli* fuerunt. Post *Manahemum* igitur in eiusque locum venit *Sammaï*. Successit autem *Hilleli* Rabbi *Iohanan* Filius Zachaï circa annum termillesimum septingentesimum sexage-

Digitized by Google

ſimum octauum, צמח דוד ad eum annum : רבי יוחנן בן זכאי קבל גם הוא מהלל ושמאי *Rabbi Iohanan Filius Zachæi etiam institutus est ab Hillele & Sammaï.* Itaque plerique ſucceſſiſſe ſcribunt *Hilleli*, ibidem. סדרו בסדר הקבלה את ריבז למקבל אחר הלל הזקן *Recensent in recensione Kabalæ, Rabbi Iohanam Filium Zachæi scholam suscepisse post Hillelum seniorem.* Alij vero nonniſi poſt excidium Templi & cædem Simeonis Filij Gamalielis, repetunt eius ſucceſſionem : Ibidem: אחרו את קבלת ריבז ולא סדרו אותו עד אחר שלשה דורות עד אחר רשבג הנהרג *Posteriorem faciunt successionem Rabbi Iohanan Filij Zachæi, neque recensent nisi post tertiam generationem, hoc est, post martyrium Rabbi Simeonis τοῦ μάρτυρος Filij Gamalielis.* Præfuit autem poſt mortem huius Simeonis annis *quinque*. Auctor צמח דוד ad annum Iudaïcum termilleſimum octingenteſimum triceſimum tertium: ריבז והוא נעשה לנשיא אחר שנהרג רשבג ונהג נשיאתו עד חמשה שנים אחר החירבן עד שנת תתלג *Rabbi Iohanan Filius Zachæi in Principem electus est post martyrium Rabbi Simeonis Filij Gamalielis, præfuitque annis quinque post excidium Templi, ad annũ vsque termillesimũ octingentesimũ tricesimum tertium.* Eũ excepit Rabbi *Eliezer*. Multi fuerũt *Eliezeri* ea tẽpeſtate. Sed intelligi putant viri illuſtres, *Eliezerum* Magnum Hircani Filium, qui ſucceſſiſſe dicitur Rabbi *Iohanan* Zachæi Filio. Auctor צמח דוד ad annum Iudaïcum termilleſimum octingenteſimum triceſimum tertium : רבי אליעזר הגדול בן הורקנוס הוא קבל מרבו ריבז *Rabbi Eliezer Magnus Hircani Filius ſucceſſit τῷ καθηγητῇ αὐτοῦ Rabbi Iohanan Filio Zachæi.* Sed vt

alium intelligamus, facit quod ſequitur apud B. Hieronymum, *& per ordinem Delphon.* Nomen hoc exercitos habuit viros eruditiſſimos, qui tandem putant legendum *Terphon*, qui & *Tarphon*, & *Tryphon*, ſi modo is eſt *Terphon*, qui cum Iuſtino diſputauit, certe tempora non repugnant. Imo certe repugnant boni: nam hæc ſucceſſio eſt, *vſque ad captiuitatem Hieruſalem*, vt loquitur B. Hieronymus. Quæ verba non ſunt referenda ad excidium Templi; poſt excidium quippe Templi vixit Rabbi *Johanan* Zachæi Filius; qui igitur illi ſucceſſerunt, poſteriores ſunt excidio Templi: Intelligit igitur eam, quam commenti ſunt veteres, euerſionem Hieruſalem ſub Hadriano. B. Hieronymus ipſe teſtis in cap. XXXI. Ieremiæ: *Alij vero, quod vltima captiuitate ſub Hadriano, quando & vrbs Hieruſalem ſubuerſa eſt.* Quod contigit poſt debellatos ab Hadriano Iudæos, qui *Cocheba* duce rebellauerant. Idem Commentario in Danielem. *Hæc loquuntur Hebræi, non magnopere curantes, à primo anno Darij Regis Perſarum, vſque ad extremam ſubuerſionem Hieruſalem, quæ ſub Hadriano eis accidit, ſupputare Olympiadas centum ſeptuaginta quatuor, id eſt, annos ſexcentos nonaginta ſex, qui faciunt hebdomadas Hebraïcas nonaginta nouem, & annos tres, quando Cochebas Dux Iudæorum oppreſſus eſt, & Hieruſalem vſque ad ſolum diruta eſt.* Ergo is *Delphon*, non eſt B. Iuſtini Martyris *Tryphon*, cùm aliquot ſaltem ante hanc extremam ſubuerſionem Hieruſalem, & Iudæorum captiuitatem, *Delphon* diem ſuum obierit: nam *Ioſe* Galilæus ei ſucceſſit, & *Eliezerum* exce-

Digitized by Google

pit *Iosue* vſque ad captiuitatem Hieruſalem. *Tryphon* vero B. Iuſtini in Græcia verſabatur, quo tempore bellum aduerſus Hebræos gerebat Hadrianus: ita enim ipſe de ſe dicit apud B. Iuſtinum: Τρύφων, φησὶ, καλοῦμαι· εἰμὶ δὲ Ἑβραῖος ἐκ περιτομῆς, φυγὼν τὸν νῦν γενόμενον πόλεμον, ἐν τῇ Ἑλλάδι καὶ τῇ Κορίνθῳ τὰ πολλὰ διάγων. Non igitur hic eſt *Triphon*. Non ignoro memorari *Tharphonem*, de quo, cùm ambigatur atque controuertatur, an fuerit *Akibæ* præceptor, an vero γνώριμος. Germen Dauidis. רבי תרפון הכהן העשיר יא שהיה רבו של ר׳ עקיבא ויא שהיה חבירו *Rabbi Tarphon Sacerdos diues. Sunt qui dicant fuiſſe præceptorem Rabbi Akibæ: alij vero eiuſdem fuiſſe* γνώριμον *dicunt:* is profectò non eſt, de quo B. Hieronymus, cùm hic *Tarphon* aut maior ſit, aut paullo infra eius ætatem. Sed præcedentia B. Hieronymi verba de *Eliezero* iſta illuſtrabunt, vt & hæc viciſſim præferent facem *Eliezero* inueſtigando: Ita igitur habet B. Hieronymus: *& poſt eum Eliezer, & per ordinem Delphon:* Exceperunt iſti Rabbi *Iohanan* Zachæi Filiū; nam *poſt eum* fuerunt Rabbi *Gamaliel* Rabbi Simeonis Martyris filius excepit R. *Iohanan* Filium Zachæi in Principatu, dictuſque eſt *Iafnenſis*, ſiue *de Iabno.* Germen Dauidis: רבן נמליאל השני בן רבן שמעון הנהרג ונקרא רג דיבנו והוא היה לנשיא אחר ריבן חמשה שנים אחר החורבן בשנת תתלג *Rabban Gamaliel ſecundus, Filius Rabban Simeonis Martyris, cui cognomen fuit Rabban Gamalieli* de Iabno: *iſque fuit Princeps poſt Rabbi Johanan Filium Zachæi, quinto poſt Excidium Templi anno, nempe anno termilleſimo octingenteſimo triceſimo*

tertio. Verum cùm hic Rabban *Gamaliel* in odium ſeniorum incidiſſet, Magiſterio Scholæ excidit, ſuffectuſque eſt in eius locum Rabbi *Eliezer* Azariæ Filius: Rediit tamen in gratiam cum ſuis Rabban *Gamaliel*, atque priſtinæ reſtitutus eſt dignitati; ita tamen vt hic Rabbi *Eliezer* Scholæ præeſſet, ſuo quiſque ordine, & per vices: nam Rabban *Gamaliel* duobus Sabbatis præerat Scholæ, Rabbi vero *Eliezer* vno. Rabbi Abraham in Kabala Hiſtorica: רבן גמליאל בן רשרג הנהרג בגזרת הוא היה ראש ישיבת ונשיא אחר פטירת ריבז ועפו שבעים זקנים חבריו ונמנו והוסר רבן גמליאל מהיות ראש ישיבה והוקם רבי אלעזר בן עזריה היה לראש ואחר כן נתפייסו הזקנים לרבן גמליאל והחזירוהו ולא הוסר רבי אלעזר בן עזריה אלא היה רבן גמליאל דורש ב׳ שבתות ורבי אלעזר בן עזריה שבת אחת *Rabban Gamaliel Filius Rabban Simeonis ex Imperatoris decreto martyrio affecti, Rabban Gamalielis Nepos, præfuit Scholæ, fuitque Princeps, poſt exceſſum Rabbi* Iohanan *Filii Zachæi: ſed aduerſus eum ira ſunt commoti Septuaginta Seniores eius collegæ, deque concilii ſententia eum Magiſterio Scholæ mouerunt, in eiuſque locum ſuffectus eſt Rabbi Eliezer Azariæ Filius. Paullo poſt in gratiam cum Gamaliele redierunt* Seniores, *atque eum priſtinæ reſtituerunt dignitati, neque tamen amouerunt Rabbi Eliezer Azariæ Filium:* Sed *Rabban* Gamaliel *concionem habebat duobus* Sabbatis, *vno vero Rabbi Eliezer Azariæ Filius.* Id vero accidiſſe Rabban *Gamalieli*, vt in ſuorum odium incurreret, eo ipſo, quo ad hoc Magiſterium admiſſus eſt, anno, in eiuſque locum ſuffectum fuiſſe Rabbi *Eliezerum*, teſtis eſt Auctor צמח דוד, qui ad annum Iudaïcum termil-

Digitized by Google

leſimum octingenteſimum triceſimum tertium, confert in hunc annum initia Rabban *Gamalielis*, & ſuffectum Rabbi *Eliezerum* : רבי אלעזר בן עזריה כהן ועשיר גדול והוא נתמנה ראש תחת רג ואחר כך נהגו שניהם הנשיאות והיה רבן גמליאל דורש שתי שבתות ורבי אלעזר בן עזריה שבת אחת *Rabbi Eliezer Azariæ Filius, Sacerdos, & valde diues, ſuffectus eſt Magiſter Scholæ in locum Rabban* Gamalielis*: ſed poſtea præfuerunt ambo ſimul per ordinem & vices; nam Rabban* Gamaliel *concionem habebat duobus* Sabbatis, *& Rabbi Eliezer Azariæ Filius vno Sabbato*. Facem proculdubio hæc allucent B. Hieronymi verbis: nam & poſt Rabbi I*ohanan* Zachæi Filiũ ſcholam ſuſcepit Rabbi *Eliezer*, & per ordinem viceſque præfuit cum Rabban *Gamaliele*, qui etiam Rabbi I*ohanan* Zachæi Filio ſucceſſit, & ſuo indicatur cognomine à B. Hieronymo, ſed cognomen corruptum eſt, *Delphon* : eſt enim ביבנה *De* I*phno*; quomodo reſcribendum eſt in codicibus B. Hieronymi, id eſt, I*afnenſis*. Omnia certe, quæ à B. Hieronymo dicuntur, huic Magiſtrorum pari conueniunt: vterque enim, *Eliezer*, & *De* I*phno*, id eſt, *Gamaliel* I*afnenſis*, ſucceſſit Rabbi I*ohanan* Zachæi Filio, & quidem *per ordinem* & vices, ita vt *Gamaliel De* I*phno* duobus præeſſet Sabbatis, Eliezer vero vno. Addit B. Hieronymus. *Rurſum* I*oſeph* G*alilæus*, *& vſque ad captiuitatem* Hieruſalem I*oſue*. Quibus verbis intelligit rurſum I*oſeph Galilæum*, atque I*oſue* ſucceſſiſſe, & per ordinem præfuiſſe : Sed nomen I*oſeph* corruptum eſt; nam intelligit I*oſe Galilæum*, de quo in Kabala Rabbi Abrahami, vbi de Rabban *Gama-*

liel Jaſnenſi agit : וחבריו רבי יוסי הכהן הגלילי *Æquales illius* Rabban Gamalielis Iaſnenſis, *Rabbi* Ioſe *Sacerdos Galilaus*, qui vt puto, Gamalielis ſententias tueba-tur, quas ibat impugnatum *Joſue*, de quo B. Hieronymus: atque is eſt, de quo in Kabala Hiſtorica R. Abrahami : נפטר רבן גמליאל כימי רבי יהושע ועמד ר׳ יהושע לסתור דבריו וכעס׳ ר׳ יוחנן בן נורי והעלה את רבן שמעון בנ׳ לראש בנשיאות *Exceſſit è viuis Rabban Gamaliel , ſuperſtite Rabbi* Ioſue*: ſtetit autem Rabbi* Ioſue *ad refutanda dicta ab eo; quod in iram dedit Rabbi Johanan Filium Nuri , qui conſtituit* Principem *& Magiſtrum Scholæ Rabban Simeonem Rabban Gamalielis Filium.* Sed nonniſi poſt mortem Rabbi *Akibæ* hoc munus adiit Rabban Simeon Gamalielis Filius, vt eſt apud eundem Abrahamum in Kabala : רבן שמעון בן גמליאל השני הוא היה לראש אחרי מות רבי עקיבא *Rabban Simeon Gamalielis ſecundi Filius præfuit poſt mortem Rabbi Akibæ:* id eſt , anno Iudaïco termilleſimo octingenteſimo octageſimo primo. Germen Dauidis. רבן שמעון השלישי בן רבן גמליאל השני והוא היה לנשיא אחרי מות רבי עקיבא סביב לשנת תתפא *Rabban Simeon tertius Rabban Gamalielis ſecundi Filius, præfuit poſt mortem Rabbi Akibæ, circa annum termilleſimum octingenteſimum octageſimum primum.* Nam periit Rabbi *Akiba* anno termilleſimo octingenteſimo octageſimo. Sed *Ioſue* ad vltimam vſque captiuitatem illam Hieruſalem ſub Hadriano docuit; de eo enim B. Hieronymus; in quo omnia certè ὑγιῆ, contra quã exiſtimarunt viri erudititiſſimi, quod ad hanc Sapientum ſucceſſionem attinet: neque enim voluit Balbi *Johanan* Filium Zachæi ſuccedere Rabbi

Meiro

Meiro; verum cùm vsq; ad Excidium Templi posteros *Hillelis* præfuisse persuaserit B. Hieronymo Iudæus, qui alios habet suæ adstipulatores sententiæ, vt iam ante vidimus, post excidium Templi duos constituit, qui eis successerint, nempe Rabbi *Akibam*, & Rabbi *Johanan*: deinde addit, quis Rabbi *Akibæ* successerit, quis item Rabbi *Johanan*: itaque apud B. Hieronymum legendum est, *cuis successit Iohanan Filius Zachaï*: Scriptum fuit *cuis*, pro *queis*: vnde facile excidit litera finalis *s*, maxime sequente eadē, quasi Rabbi *Iohanan* successerit Rabbi *Meiro*, cùm potius tamen hic Rabbi *Iohanan* susceperit, non minus quam Rabbi *Akiba*, susceperit, inquam, scholam familiarum *Sammaï* atque *Hillelis*, siue posterorum eius. Admodum longæuus fuit Rabbi *Akiba*, nam annos centum & viginti vixit non minus quam Rabbi *Iohanan* Zachæi Filius: sed Rabbi I*ohanan* Filius Zachæi obiit anno quinto post excidium Templi, hoc est, anno Iudaïco termillesimo octingentesimo tricesimo tertio: Rabbi vero *Akiba* annis triginta septem post Rabbi I*ohanan*, quinquaginta duobus post excidium Templi, anno Iudaïco termillesimo octingentesimo octāgesimo. Germen Dauidis: עקיבא בן יוסף נולד בשנת תשס היה קך שנה כמשה והלל וריבז *Akiba Iosephi Filius natus est anno termillesimo septingentesimo sexagesimo, vixitque annos centum viginti, quot vixerunt Moyses, & Hillel, & Rabbi Johanan Zachæi Filius.* Celeberrimus autem fuit inter suos Iudæos Rabbi *Akiba*; elogium eius sane quantiuis pretij, extat apud

Digitized by Google

Rabbi Dauid Ganz in Germine Dauidis: היה רבי עקיבא אז בתחילת ישיבתו בן שמונים שנה ושמו היה יוצא מסוף העולם עד סופו וכל תורה שבעל פה מידו היתה לנו *Fuit Rabbi Akiba, quando cepit ſcholam ſuſcipere, annorum octoginta, & nominis ſui famam per vniuerſum terrarum orbẽ ſparſit, & quicquid hodie* δευτερώσεων *ſupereſt, eius beneficio habemus.* Illuſtrant iſta mirifice B. Epiphanium in ijs, quæ ab eo Hæreſi XV. referuntur. δευτερώσεις δὲ παρ' αὐτοῖς τέσσαρες ἦσαν· μία μὲν εἰς ὄνομα Μωϋσέως τοῦ Προφήτου, δευτέρα δὲ εἰς τὸν διδάσκαλον αὐτῶν Ακιβᾶν οὕτω καλούμενον, ἢ Βαραχιβᾶν. ἄλλη δὲ εἰς τὸν Ανδδᾶν ἢ Ανναν, τὸν καὶ Ιούδαν. ἑτέρα δὲ εἰς τοὺς υἱοὺς Ασαμωναίου. Iterum Hæreſi XXXIII. αἱ γὰρ παραδόσεις τῶν πρεσβυτέρων, δευτερώσεις παρὰ τοῖς Ιουδαίοις λέγονται. εἰσὶ δὲ αὗται τέσσαρες· μία μὲν, ἡ εἰς ὄνομα Μωϋσέως φερομένη. δευτέρα δὲ, ἡ τοῦ καλουμένου Ραββιακιβά. τρίτη, Αδδὰ, ἤτοι Ιούδα· τετάρτη τῶν υἱῶν Ασαμωναίου. Vides poſt Moyſem, principem τῶν δευτερώσεων cenſeri Rabbi *Akibam*, Ραββὶ Ακιβὰ, quomodo reponendum eſt apud Epiphanium: nã כל תורה שבעל פה מידו היתה לנו, inquit Iudæus ſcriptor, *quicquid* δευτερώσεων *hodie ſupereſt, beneficio & traditione Rabbi Akibæ habemus.* Sequitur apud Epiphanium, τρίτη Αδδὰ, ἤτοι Ιούδα, in ſuperioribus appellatur Ανδᾶς, ἢ Αννᾶς, ὁ καὶ Ιούδας. Nomina iſta, *Addas*, *Andas*, & *Annas*, ſunt corrupta, ſed illud, *Iudas*, nos ad verum deduxit: nam puto *Annas* propius accedere; eſt enim celeberrimus ille רבינו הקדוש *Iudas*, qui etiam הנשיא *Annaſi* dicebatur; vnde factum *Annas*. Auctores quartæ δευτερώσεως dicuntur οἱ υἱοὶ Ασαμωναίου, ſed voce corrupta: nam ne-

Digitized by Google

mo eſt, qui non bene norit, τοὺς υἱοὺς Ἀσαμωναίου, in hiſtoria Iudaïca alios non eſſe à Matathia, eiuſque liberis, atque poſteris, qui in Iudæa ante Herodem rerum ſunt potiti: Atqui iſti longe ante *Akibam*, longe ante *Iudam Annaſi* floruerunt, neque iis poſſunt poſtponi: Intelligit itaque *Mar* Filium *Aſe Amoræi*, eiuſque diſcipulos, qui vltimam manum Talmudi impoſuerunt. Auctor צמח דוד ad annum Iudaïcum quatermilleſimum centeſimum octageſimum ſeptimum: מרימר ומר בר רב אשי וחבריהם עסקו בסיום התלמוד הבבלי, *Merimar*, & *Mar Filius* Aſe, *eorúmque collegæ vltimam manum impoſuerunt Talmudi Babylonico.* Ceperat quidem Rab *Aſe* colligere in vnum τὰς παραδόσεις eorum, qui ante ſe vixerant, à temporibus Rabbi *Iudæ* הנשיא Magiſtri noſtri Sancti, cum quo ſanctitate, aliiſque virtutibus comparatur à Dauide Ganz ad annum Iudaïcum quatermilleſimum centeſimum viceſimum ſeptimum מימות ר׳ הקדוש עד רב אשי לא מצינו תורה חסידות ענוה וגדולה במקום אחד והוא התחיל לכתוב כל תלמוד על הסדר וקבץ כל הדברים הקדומים מימות רבי עד זמנו *A diebus Magiſtri noſtri Sancti ad Rab* Aſe *vſque non inuenimus in eodem homine tantam Legis peritiam, ſanctitatem, humilitatem, & magnificentiam: Ipſe autem cepit ſcribere Talmud, & in ordines ſuos digerere, collegitque omnia præcedentia dicta à diebus Magiſtri noſtri Sancti, ad ſuam vſque ætatem.* Non alio commentario eſt opus ad intelligendam ſeriem τῶν δευτερώσεων apud Epiphanium: nam *Iudam Annaſi* excepit Rab *Aſe* cum filio atque diſcipulis, itaque apud

Epiphaniũ reſcribo: τετάρτη ϛʹ. τῶν υἱῶν Ἀσᾶ Ἀμοῤῥαίου. Rab *Aſe* fuit inter אמוראים. de quibus Elias: נקראו חכמי המשנה תנאים אשר הראשון מהם שמעון הצדיק ואחרון רבינו הקדוש ואחר כך התחילו האמוראי אשר הראשון מהם רבא והאחרונים רבינא ורב אשי שחברו התלמוד ונקראים אמוראים. *Sapientes Miſnæ appellantur* Tanaïm οἱ δευτερωταὶ, *quorum primus fuit Simeon cognomento Juſtus, & vltimus Magiſter noſter Sanctus: Poſt illos cœperunt* Amoræi οἱ γνωμολόγοι, *quorum primus fuit Rabba, vltimi vero Rabbina, atque Rab* Aſe, *qui Talmud digeſſerunt, ſuntque* Amoræi *dicti*. Sed ad *Akibam* redeamus. Præfuit autem Rabbi *Akiba* annis quadraginta, hoc eſt, præeſſe cœpit anno termilleſimo octingenteſimo quadrageſimo, qui erat duodecimus, vt Iudæi numerant, ab Excidio Templi: ita Auctor צמח דוד ad hunc annum adſcribit initia præfecturæ Rabbi *Akibæ*, eique quadraginta annos imputat: והצבתי זמן תחילת ישיבתו לשנת תתם ואבעים שנה פרנס את ישראל *Adſcripſi initia Magiſterij illius in hunc annum termilleſimum octingenteſimum quadrageſimum, præfuitque Iſraëli annos quadraginta*. Rabbi Abraham in Kabala Hiſtorica: רבי עקיבא היה ראש ישיבה אחר רבן גמליאל *Rabbi Akiba ſcholam ſuſcepit poſt mortem Rabban Gamalielis*. Intelligit *Gamalielem* דיבנה *Iafnenſem*, qui paucis præfuit annis, ſiquidem vera hi Iudæorum Chronologi ſcribunt: nam obijt Rabbi *Iohanan* Zachæi Filius, cui ſucceſſit Rabban *Gamaliel Japhnenſis*, anno poſt excidium Templi quinto, Rabbi vero *Akiba* ſucceſſit *Gamalieli Japhnenſi*, anno duodecimo poſt excidium Templi: Quare Rabban *Gama-*


Digitized by Google

liel Iaphnensis sex tantum annis, aut paullo plus præfuit. Verumtamen, quod ad Rabbi *Akibam* attinet, non desunt, qui plures annos eius Magisterio imputent: nam Rabbi Samson in Libro, cui titulus כריתות, collegam facit in Magisterio cum Rabban *Simeone Martyre* Filio *Gamalielis*, qui periit in Vrbis sacræ excidio: sed Iudæus, qui hæc B. Hieronymo tradidit, ab excidio Templi statuit eius Magisterium, quemadmodum & illud Rabbi *Iohanan* Filij Zachæi. Rabbi *Akiba* successit Rabbi *Meir*, adhuc tamen superstite sed in paucum vt puto, tempus Rabbi *Akiba*. Germen Dauidis: רבי מאיר היה תלמיד רבי עקיבה ונתמנה רבי מאיר לראש הישיבה בימי רבי עקיבה ואמר רבי עקיבה ישב מאיר תחילת *Rabbi Meir fuit discipulus Rabbi Akiba, scholámque suscepit, Rabbi Akiba adhuc superstite: dixit enim Rabbi Akiba: Præesse incipiat Meir.* Nam Rabbi *Akiba* sibi suffecit hunc *Meir* in Magisterio, quod ipse eierauit, togamque sago mutauit, factus *armiger Ben-Chosibæ*, vt habes in Libro Iuchasin è Maimonide: hoc est, vt ego interpretor, quando ab hoc impostore *Bar Cocheba* ad arma ventum est, ex quo vix vnus ad cædem Rabbi *Akiba* vertit annus. Existimarunt tamen nonnulli promotionem Rabbi *Meiri* non esse legitime factam à Rabbi *Akiba*: itaque eum promotum fuisse à Rabbi Iuda Babæ Filio scribunt: habes in Gemara, Cod. סנהדרין, cap. ודיני ממונות בשלשה. fol XIV. מה עשה יהודה בן בבא הלך וישב לו בין שני הרים גדולים ובין שתי עיירות גדולות ובין שני תחומי שבת בין אושא לשפרעם וסמך שם חמשה זקנים ואלו

הם רבי מאיר *Quid fecit Rabbi Juda Babæ Filius? Abijt, & sibi sedem collocauit inter duos magnos montes, & inter duas magnas vrbes, atque inter duos terminos Sabbati, inter Vscham scilicet & Schepharham, ibique ad Magisterium promouit quinque Seniores, quorum hæc sunt nomina, Rabbi Meir,* &c. de quo paullo post sequitur ור בי מאיר רבי יהודה בן בבא סמכיה והאמר רבה בר בר חנה אמר רבי יוחנן כל האומר רבי מאיר לא סמכו רבי עקיבא אינו אלא תועה סמכיה רבי עקיבא ולא קיבלו סמכיה רבי יהודה בן בבא וקיבלו *Quod ad Rabbi Meir attinet, eum ad Magisterium promouit Rabbi Juda Babæ Filius. Dixit Rabbah Barbar Channa: dixit Rabbi Johanan; Quisquis dicit de Rabbi Meiro, Rabbi Akiba eum non promouit ad Magisterium, ex vero id non dicit: Sed Rabbi Akiba errans* (id est, non legitime) *eum promouit ad Magisterium; vnde non admissus est. Promouit postea eum ad Magisterium Rabbi Iuda Babæ Filius, & admissus est.* In Excerptis Gemaræ, quæ V. CL. Iohannes Coch edidit, & vertit, rationem habes, quare promotio Rabbi *Meiri* à Rabbi Akiba facta illegitima iudicata sit, isque non admissus: אלא תועה סמכיה רבי עקיבא ולא קיבלו דאכתי הוה יניק *Sed Rabbi Akiba eum rite non promouit ad Magisterium, vnde nõ admissus est: nam is tunc tẽporis erat iunior,* quam par fuit scilicet. Sed non ita diu post, cùm ad legitimam iam peruenisset ætatem, à Rabbi Iuda promotus est ad Magisterium, & scholam rexit *vsque ad captiuitatem Hierusalem;* hoc enim termino definit & circumscribit successionem Magistrorum B. Hieronymus, cuius verba ita scribenda sunt. *Duas domus Nazaræi (qui ita Christum recipiunt,*

Digitized by Google

vt obseruationes Legis veteris non amittant.) duas familias interpretantur, Sammaï, *&* Hillel, *ex quibus orti sunt Scribæ, & Pharisæi: quorum suscepit scholam* Akibas, *quem Magistrum Aquilæ Proselyti autumant; & post eum* Meir: *queis successit* Iohanan *Filius Zachaï: & post eum* Eliezer, *& per ordinem* De Iphno; *& rursum* Iose *Galilæus, &, vsque ad captiuitatem Hierusalem*, Iosue. Quemadmodum duæ fuerunt familiæ, ita & duo successores, qui ambo eodem tempore scholam susceperunt, eorúmque successores *ad* vltimam *vsque captiuitatem Hierusalem* sub Hadriano recenset: En tibi in Tabella.



CAP. IV.

Bis aduersus rebellantes Iudæos, imperante Hadriano, pugnatum: Sub priore Cocheba *periit R.* Akiba*: Sub posteriore* Cocheba, Bether *est expugnata. B. Hieronymus non semel castigatur.*

QVÆ superiori capite disputata sunt à nobis de Magistrorum Iudæorum successione, *ad captiuitatem vsque Hierusalem*, vt loquitur B. Hieronymus, nos admonent, vt pauca, si Deus dederit,

Digitized by Google

de bello, quod aduersus rebellantes Iudæos, imperante Hadriano, non semel gestum est, dicamus. Referunt Iudæi, *Cozibam* quendam, siue *Bar-Cozibam*, quem *Bar-Chochebam*, mutato nomine, dixerunt, se pro Messia venditasse, idque imperante Hadriano; huic impostori filium *Rufum* nomine successisse addunt, quem etiam in regno exceperit filius *Romulus* dictus, qui periit in excidio vrbis *Bether*. Rabbi Abraham in Kabala Historica: ,בימי אלו עמד אחד ששמו כוזיבא וטען שהיה משיח בן דוד ומלך כוזיבה זה בביהר שנת נב להרבן הבית ומת במלכותו ומלך בנו ושמו רופוש ומת גם הוא ומלך בנו ושמו רומולוש ונקבצו אל כוזיבא ובניו עם רב מישראל ששבו מכל מקומותיהם ובימי רומולוש בן רופוש בן כוזיבא ההזק אדריינוס ועלה לארץ ישראל ולקח ביתיר בתשעה באב שנת ענ להרבן הבית *Atque in his diebus*, Rabbi Akibæ, *fuit quidam, cui nomen erat* Coziba, *quia argumentis demonstrabat se esse Messiam Dauidis Filium: Regnauit iste*, Coziba *in vrbe* Bether, *anno quinquagesimo secundo post excidium Templi: & mortuus est in regno suo: regnauitque post eum filius eius, cui nomen erat* Rufo, *qui item mortuus est: & post eum regnauit eius filius, cui nomen fuit* Romulo: *& coïtione facta accesserunt ad* Cozibam, *eiusque filios, multi ex Israëlitis, qui conuenerunt è suis quisque locis: Temporibus autem* Romuli Rufi *Filij*, Cozibæ *Nepotis, magno exercitu coacto Hadrianus terram Cananitidem inuasit, & vrbem* Bether *cepit, die* nono *mensis* Ab, *anno septuagesimo tertio post Excidium Templi.* Hunc locum excussit Dauid Ganz in צמח דוד ad annum Iudaïcum termillesimum

millesimum octingentesimum octagesimum: בזמן
מעשה בן כוזיבא והחרבן ביתר יש בו דעות שנות לפי דעת
הראבד היה תחלת מלכות בן כוזיבא בימי קיסר דומסטיאן
שהוא היה אחיו של טיטוס בשנת נב לחורבן הבית וכתב
שכוזיבא זה מת במלכותו ושבנו רופוס מלך תחתיו ואחריו
מלך בן בנו רומולס אשר גם הוא נקרא בשם זקני כוזיבא וכתב
שבימיו היה ההרג רב בביתר בשנת עג לחורבן הבית אב
לדבריו נמשך ימי מלכות כוזיבא ובניו כא שנה *In adsignã-
do tempore historiæ* Filij Cozibæ , *& excidij vrbis Bether., discrepant sententiæ, propterea, quod Rabbi Abraham Dauidis Filius existimat* Bar Cozibam *regnare cepisse temporibus Imperatoris Domitiani , qui frater fuit Titi , anno post excidiũ Templi quinquagesimo secundo, & scribit hunc* Cozibam *in suo regno mortuum esse, quem in eodem regno exceperit* Rufus *Filius, post quem regnauit eiusdem* Cozibæ *Nepos è Filio* Romulus , *qui dictus est etiam de nomine Aui Coziba ; scribitque in diebus eius multa hominum millia cæsa fuisse in vrbe Bether, anno post excidium Templi septuagesimo tertio. Quod si ita est, imperium Cozibæ, & filij eius , nepotisque, annos viginti & vnum fleut.* Huic sententiæ de duratione imperij *Cozibarum* videtur aduersari, quod in Seder Olam legitur, referente Dauide Ganz, regnasse *Cozibam* duos tantum annos, & menses sex: Verum idem Dauid Ganz respondet locum è Seder Olam intelligendum esse, de minore *Coziba*, maioris Nepote: Verba eius sunt immediate sequentia eá, quæ iam descripsi: ואין זה נגד מאמר רזל שאמרו בסדר עולם פ׳
ל׳ שבן כוזיבא מלך שתי שנים ומחצה וכן אמרו בפרק חלק מפני
שיש לומר שרזל כוונו על כוזיבא אחרון: *Neque id contra-*

Digitized by Google

rium est dicto Magistrorum nostrorum τῶν μακαρειτῶν, *qui dixerunt in Libro, cui titulus est Seder Olam, cap.* XXX. Filium Cozibæ *regnasse duos annos, menses sex; quomodo etiam habetur Codice* סנהדרין*, cap.* חלק XI. *propterea quod dicendum est, Magistros nostros* τοὺς μακαρείτας *in animo habuisse loqui de minori Coziba.* Verba illa habentur in Gemara: בר כוזיבא מלך תרתין שנין ופלגא Bar Cozibæ *regnauit duobus annis, sexque mensibus:* & à suis cæsus est, vt ibid. habes: אמר להו לרבנן אנא משיח אמרו ליה במשיח כתיב דמורח ודאין נחזי אנן אי מורח ודאין כיון דחזיוה מריח דלא ודאין קטלוה. *Dixit Magistris nostris*, Ego sum Messias: *Illi responderunt: Scriptum est de Messia, Olfacit & iudicat: Videamus num iste olfaciat & iudicet: Cùm autem vidissent non olfacere, neque iudicare, occiderunt eum.* At tamen verum est, quod idem Dauid Ganz obseruat, Rabbi Abrahamum imperite dixisse, minorem hunc *Cozibam* periisse in casu vrbis Bether sub Hadriano, anno post excidium Templi septuagesimo tertio; nam anno post excidium Templi septuagesimo tertio non amplius in viuis supererat Hadrianus: אך מה שכתב שסוף מלכות כוזיבא וההרג רב אשר בביתר היה בשנת עג לחורבן הבית נראה שחשבון זה איננו מכוון לא לימי הקסרים טריאנוס ואדריאנוס *Tamen quod attinet ad id, quod scribitur,* Cozibam *regnare desiisse, capta vrbe Bether, & cæsis multis hominum millibus, anno septuagesimo tertio post Templi excidium, videtur calculus hic accuratus non esse nec quidem quod Traiani & Hadriani tempora spectat.* Quemadmodum peccant in adsignando casu

Vrbis sacræ, & Templi, biennij prochronismo, cùm eum casum adscribant anno Iudaïco termillesimo octingentesimo vicesimo octauo, siue Christi Dionysiano sexagesimo octauo; qui tamen reuera est Christi Dionysianus septuagesimus; ita etiam peccat Rabbi Abraham in anno excidij vrbis *Bether* indicando, quem vult fuisse annum ab excidio Templi septuagesimum tertium, id est, Iudaïcum termillesimum nongentesimum primum, siue Christi Dionysianum centesimum quadragesimum primum; peccat, inquam, annorum septem metachronismo, eoque anno quartum Principatus sui inibat Antoninus Pius: peccant item reliqui Iudæorum Historici, qui & vnius tantum meminerunt *Barchocheba*, eiusque casum cum vrbis *Bether* excidio conferunt in annum Iudaïcum termillesimum octingentesimum octagesimum, siue Christi Dionysianum centesimum vicesimum; nam ad hunc annum termillesimum octingentesimum octagesimum ita scribit Dauid Ganz: בן כוזיבא הנקרא בר כוכבא מרד
ברומיים ועשה את עצמו משיח והיהודים אשר בביתר משחוהו
וכתרוהו עליהם למלך ועשו הרג רב ברומיים וביונים אשר
באפריקא עם גדול רב וכן עשו במצרים גם תושבי באלכסנדריאה
של מצרים הרגו גם הם ברומיים והיהודים אשר בגפרי (היא ציפרן)
הרגו גם הם כל הגויים עד בלתי השאיר להם שריד עד שקיסר
טריאנוס שלח עליהם את שר צבאו בן אחותו אדריאנוס ועשה
בהם הרג אשר לא נשמעה ולא נראתה לא בימי נבוכדנצר ולא
בימי טיטוס *Filius Coziba, qui dictus est* Barchocheba,

aduersus Romanos rebellauit, atque seipsum pro Messia venditauit. itaque Iudæi, qui incolebant vrbem Bether, *sibi in Regem eum præfecerunt, ac diadema regium eius capiti imposuerunt, multosque è Romanis & Græcis, qui erant in Africa, occiderunt, quod & patrarunt in Ægypto incolæ vrbis Alexandriæ Ægypti: nam & hi Romanos occiderunt: Iudæi quoque, qui in Insula Cypro habitabant, occiderunt & ipsi Gentiles, ita vt ne vnum quidem reliquerint superstitem, donec Imperator Traianus misit aduersus eos ducem sui exercitus, suum è sorore nepotem, Hadrianum, qui maximam Iudæorum stragem edidit, cui parem nemo fando accepit, aut oculis hausit, ne quidem in diebus Nebuzardani, vel in diebus Titi.* Hoc ipso anno termillesimo octingentesimo, octagesimo clade affectos volunt Alexandriæ Ægypti ab Hadriano, superstite adhuc Traiano. Dauid Ganz ibid. ג▭ סביב לזמן הזה היה ההרג רב אשר באלסנריאה של מצרים אשר לא נשמעה מעולם הרינה מרובה כמוהו והיה ההרג רב תנוכר בסוף ימי קיסר טריאנוס עי שר צבאו אדריאנוס בשנת נב לחורבן הבית שהיא שנת תתפ *Fuit quoque circa hæc tempora edita magna Iudæorum strages Alexandriæ Ægypti, cui par nunquam fando est accepta. Incidit autem hæc calamitas in extrema vitæ Imperatoris Traiani tempora per manum Ducis exercitus eius Hadrianum, anno quinquagesimo secundo post excidium Templi, qui est annus termillesimus octingentesimus octagesimus.* Sed pleraque istorum sunt Iudaïca, id est, inepta, habent tamen quædam de vero admixta, quæ iam colligemus, cum bono Deo. Sciendum igitur est,

Digitized by Google

non vnum, sed duos fuisse *Cozibas*, siue *Chochebas*, attestatione Rabbi Abrahami, à quorum priori cepit, in posteriori vero desiit Regnum istud Iudaïcum. Obseruandum prætereà est, Regnum istud durasse annos viginti & vnum. Dauid Ganz è Rabbi Abrahami Kabala Historica: אכ לדבריו נמשך ימי מלכות בוזיבא ובניו כא שנה *Quod si ita est, Regnum* Cozibæ, *& filij eius, nepotisque, annos viginti & vnum stetit.* Atque ista facile nos deducent ad veri inuestigationem. Circa extrema Traiani Augusti tempora, ad arma versi sunt Iudæi, atque magnas clades dederunt, & acceperunt vicissim, in Cyrenaïca, Ægypto, Cypro, alibi. Eusebius in Chronico ad numerum CIↃCIↃCXXX. anno Traiani decimoseptimo. *Iudæi qui in Libya erant, aduersum cohabitatores suos alienigenas dimicant. Similiter in Ægypto, & Alexandria. Apud Cyrenem quoque & in Thebaïde magna seditione contendunt. Verum Gentilium pars superat in Alexandria.* Sed vnius anni prochronismus est, nam ista acciderunt anno Traiani decimo octauo, M. Valerio Messala, C. Popillio Caro Pedone Coss. vt ex eodem, Historia IV. & Dione siue Xiphilino constat. Anno quoque sequenti pugnatum est aduersus Iudæos. Idem in Chronico, numero CIↃ CIↃCXXXII. anno Traiani decimonono: *Iudæis Mesopotamiæ rebellantibus, præcepit Imperator Traianus Lysiæ Quieto, (γρ. Lusio.) vt eos Prouincia exterminaret. Aduersum quos Quietus aciem instruens infinita millia eorum interfecit, & ob*

hoc Procurator Iudæa ab Imperatore decernitur. Salaminam Cypri, interfectis in ea Gentilibus, subuertêre Iudæi. Idem Eusebius Hist. L. IV· τὰ δὲ τῆς Ἰουδαίων συμφορᾶς κακοῖς ἐπαλλήλοις ἤκμαζεν. ἤδη γοῦν τοῦ αὐτοκράτορος εἰς ἐνιαυτὸν ὀκτωκαιδέκατον ἐλαύνοντος, αὖθις Ἰουδαίων κίνησις ἐπαναστᾶσα, πάμπολυ πλῆθος αὐτῶν διαφθείρει. ἔν τε γὰρ Ἀλεξανδρείᾳ καὶ τῇ λοιπῇ Αἰγύπτῳ, καὶ προσέτι κατὰ Κυρήνην, ὥσπερ ὑπὸ πνεύματος δεινοῦ τινὸς καὶ στασιώδους ἀναρριπισθέντες, ὥρμηντο πρὸς τοὺς συνοίκους Ἕλληνας στασιάζειν. αὐξήσαντές τε εἰς μέγα τὴν στάσιν, τῷ ἐπιόντι ἐνιαυτῷ πόλεμον οὐ σμικρὸν συνῆψαν, ἡγουμένου τηνικαῦτα Λούππου τῆς ἁπάσης Αἰγύπτου. καὶ δὴ ἐν τῇ πρώτῃ συμβολῇ ἐπικρατῆσαι αὐτοὺς συνέβη τῶν Ἑλλήνων, οἱ καὶ καταφυγόντες εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, τοὺς ἐν τῇ πόλει Ἰουδαίους ἐζώγρησάν τε καὶ ἀπέκτειναν. τῆς δὲ παρὰ τούτων συμμαχίας ἀποτυχόντες οἱ κατὰ Κυρήνην, τὴν χώραν τῆς Αἰγύπτου λεηλατοῦντες, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ νομοὺς φθείροντες, διετέλουν. ἡγουμένου αὐτῶν Λουκούα, ἐφ' οὓς ὁ αὐτοκράτωρ ἐπέμψε Μάρκιον Ἰούρβωνα σὺν δυνάμει πεζῇ τε καὶ ναυτικῇ, ἔτι δὲ καὶ ἱππικῇ. ὁ δὲ, πολλαῖς μάχαις οὐκ ὀλίγῳ τε χρόνῳ τὸν πρὸς αὐτοὺς διαπονήσας πόλεμον, πολλὰς μυριάδας Ἰουδαίων, οὐ μόνον τῶν ἀπὸ Κυρήνης, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπὸ Αἰγύπτου συναιρομένων Λουκούα τῷ βασιλεῖ αὐτῶν ἀναιρεῖ. ὁ δ' Αὐτοκράτωρ. ὑποτοπήσας καὶ τοὺς ἐν τῇ Μεσοποταμίᾳ Ἰουδαίους ἐπιθήσεσθαι τοῖς αὐτόθι, Λουκίῳ Κυήτῳ (γρ. Λουσίῳ Κυήτῳ) προσέταξεν ἐκκαθᾶραι τῆς ἐπαρχίας αὐτούς. ὃς καὶ παραταξάμενος, πάμπολυ πλῆθος τῶν αὐτόθι φονεύει. ἐφ' ᾧ κατορθώματι, Ἰουδαίας ἡγεμὼν ὑπὸ τοῦ Αὐτοκράτορος ἀνεδείχθη. Dio

Digitized by Google

Caſſius, ſiue potius Xiphilinus è Dione L. LXVIII extremo: καὶ ἐν τούτῳ οἱ κατὰ Κυρήνην Ἰουδαῖοι Ἀνδρέαν τινὰ προεστησάμενοι σφῶν, τούς τε Ῥωμαίους καὶ τοὺς Ἕλληνας ἔφθειρον, καὶ τάς τε σάρκας αὐτῶν ἐσιτοῦντο, καὶ τὰ ἐντέρα ἀνεδοῦντο, τῷ τε αἵματι ἠλείφοντο, καὶ τὰ ἀπολέμματα ἐνεδύοντο. πολλοὺς δὲ καὶ μέσους ἀπὸ κορυφῆς διέπριον· θηρίοις τε ἐδίδοσαν, καὶ μονομαχεῖν ἀλλήλους ἠνάγκαζον· ὥστε τὰς πάσας δύο καὶ εἴκοσι μυριάδας ἀπολέσθαι. ἔν τε Αἰγύπτῳ πολλὰ ἔδρασαν ὅμοια, καὶ ἐν τῇ Κύπρῳ, ἡγουμένου σφίσιν Ἀρτεμίωνος· καὶ ἀπώλοντο καὶ ἐκεῖ μυριάδες τέσσαρες καὶ εἴκοσι. καὶ διὰ τοῦτο οὐδενὶ Ἰουδαίῳ ἐπιβῆναι αὐτῆς ἔξεστιν, ἀλλὰ, κἂν ἀνέμῳ τις βιασθεὶς εἰς τὴν νῆσον ἐμπέσῃ, θανατοῦται. ἀλλ' Ἰουδαίους μὲν ἄλλοι τε καὶ Λούσιος ὑπὸ Τραϊανοῦ πεμφθεὶς κατεστρέψατο. De Salamine Cypri Auctor de Locis Actuum Apoſtolicorum inter opera B. Hieronymi: *Salamis ciuitas in Cypro inſula, nunc Conſtantia dicta, quam Traiani Principis tempore Judæi, interfectis omnibus accolis, deleuerunt.* Paulus Oroſius L. VII. cap. XII. *Terræmotus Antiochiam pœne totam ſubruit ciuitatem. Incredibili deinde motu ſub vno tempore Iudæi, quaſi rabie efferati, per diuerſas terrarum partes exarſerunt: Nam & per totam Libyam aduerſus incolas atrociſſima bella geſſerunt, quæ adeo tunc interfectis cultoribus deſolata eſt, vt niſi poſtea Hadrianus Imperator collectas illuc aliunde colonias deduxiſſet, vacua penitus terra, abraſo habitatore, manſiſſet. Ægyptum vero totam, & Cyrenem, & Thebaïda, cruentis ſeditionibus turbauerunt. In Alexandria autem commiſſo prælio victi & attriti ſunt. In Meſopotamia quoque rebellantibus, iuſſu Imperatoris, bellum illatum eſt. Itaque multa millia eorum vaſta cæde deleta ſunt. Sane Salami-*

Digitized by Google

nam Cypri, interfectis omnibus accolis, deleuerunt. Vita functo Trajano, cùm Hadrianus esset in Syria, Iudæi clandestina de rebellione consilia agitabant, profecto vero in Italiam Hadriano, apertum bellum professi sunt, quos per Martium Turbonem graui clade affectos compressit Hadrianus Spartianus in eius Vita. *Lusium Quietum, sublatis gentibus Mauris, quos regebat, quia suspectus imperio fuerat, exarmauit, Martio Turbone Iudæis compressis, ad deprimendum tumultum Mauritaniæ destinato.* Fuit hic *Lusius Quietus* Maurus gente, & auxiliarium Maurorum præfectus. Excerpta Dionis, quæ edidit Vir Clarissimus & eruditissimus Henricus Valesius noster: ὅτι Κυΐντος Λούσιος Μαῦρος μὲν ἦν, καὶ αὐτὸς τῶν Μαύρων ἄρχων. Iudæam procurauit extremis vitæ Trajani diebus, vt ex Eusebio constat. Excerpta Dionis ibidem: καὶ τέλος εἰς τοσοῦτον τῆς τε ἀνδραγαθίας ἅμα καὶ τῆς τύχης ἐν τῷ δὲ τῷ πολέμῳ προεχώρησεν, ὥστε ἐς τοὺς ἐστρατηγηκότας ἐσγραφῆναι, καὶ ὑπατεῦσαι, τῆς τε Παλαιστίνης ἄρξαι. Cùm autem, Hadriano imperium capessente, Mauri lacesserent, Palæstina rebelles animos efferret, & *Lusius Quietus* imperio suspectus esset, vt est apud Spartianũ, Hadrianus *Lusium Quietum* Iudææ Procuratorem, cui præsidiarij milites dati erant populares Mauri, exarmauit, sublato illo militum Maurorum, quos regebat, præsidio, ne quid nouarum rerum moliretur, & commissa est Palæstina Martio Turboni ad comprimendos Iudæos, qui & id feliciter præstitit, anno Hadriani secundo affecto, & tertio inituro

Eusebius

Digitized by Google

Eusebius in Chronico ad num. cIↃcIↃ cxxxiv. *Hadrianus Judæos capit secundo contra Romanos rebellantes.* Annus erat Christi Dionysianus centesimus nonus, Imperatore Cæsare Ælio Hadriano III. Quinto Iunio Rustico Coss. idémque Iudaïcus vertens termillesimus octingentesimus septuagesimus nonus. Chronicon Alexandrinum, siue Casaubonianum, ad annum tertium Hadriani, Indictione prima.

ΥΓ. ΑΙΛΙΟΥ. ΑΔΡΙΑΝΟΥ. ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ. καὶ ΡΟΥΣΤΙΚΙΟΥ.

Ἐπὶ τούτων τῶν Ὑπάτων, Ἰουδαίων στασιασάντων ἦλθεν Ἀδριανὸς εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἔλαβε τοὺς Ἰουδαίους αἰχμαλώτους εἰς τὴν λεγομένην Τερέβινθον, καὶ ἔστησεν πανήγυριν, καὶ πέπρακεν αὐτοὺς εἰς τιμὴν ἵππου ἕκαστον, καὶ τοὺς ὑπολειφθέντας ἔλαβεν εἰς Γάζαν, καὶ ἐκεῖ ἔστησεν πανήγυριν, καὶ ἐπώλησεν αὐτούς. καὶ ἕως τοῦ νῦν ἡ πανήγυρις ἐκείνη λέγεται Ἀδριανή. Postremam hanc vocem legi malim in gignendi casu, Ἀδριανοῦ, nam Latine est *Panegyris Hadriani.* Hanc ipsam historiam indicat B. Hieronymus Commentario in cap. XXXI. Ieremiæ. RACHEL PLORANTIS. FILIOS SVOS. *Quidam Judæorum hunc locum sic interpretantur, quod capta Jerusalem sub Vespasiano, hanc viam Gazam & Alexandriam infinita millia captiuorum Romam directa sunt. Alij vero, quod vltima captiuitate sub Hadriano, quando & vrbs Ierusalem subuersa est, innumerabilis populus diuersæ ætatis, vtriusque sexus in* mercatu Tere-

Digitized by Google

binthi *venundatus sit: & idcirco execrabile esse Judæis mercatum celeberrimum visere.* Idem Commentario in cap. XI. Zachariæ: PASCE. GREGEM OCCISIONIS. *Hoc est: nunc interim nutriatur, & crescat, qui postea ab hostibus occidendus est: quas oues & pecora Principes Romanorum, qui possidebant ea & obtinebant iure victoriæ, interficiebant, & non miserabantur: siue immolabant, & non sentiebant dolorem: Id est, nihil mali pro tanta crudelitate patiebãtur. Et vendebãt ea, quæ non propter clementiã, sed propter pretium reseruabant. Legamus veteres historias & traditiones plangentium Judæorum: quod in* Tabernaculo Abrahæ, *vbi nunc per annos singulos mercatus celeberrimus exercetur, post vltimam euersionem, quam sustinuerunt ab Hadriano, multa hominum millia venundata sunt: &, quæ vendi non potuerunt, translata in Ægyptum: & tam naufragio, & fame, quam Gentium cæde truncata.* Hunc casum conferunt quoque Iudæi in annum termillesimum octingentesimum octagesimum, vnius anni, vt iam ante diximus, metachronismo, in eoque periit procul dubio *maior Cochebas*, cuius regnum cepit, meo iudicio, anno Christi Dionysiano centesimo tertiodecimo, qui erat Iudaïcus termillesimus octingentesimus septuagesimus tertius, Traiani sextus decimus, L. Publio Celso II. C. Claudio Crispino Coss. Nam videntur Iudæi, inaugurato in Regem *Cocheba*, qui se pro Messia venditabat, clandestina toto pæne biennio agitasse consilia, quæ altero post anno, Christi Dionysiano centesimo quintodecimo, Traiani decimo octauo, magnas turbas dederunt: nam ad

Digitized by Google

arma vndique conclamatum est à Iudæis, quibus animos addebat impostor ille *Cochebas* dictus, sub quo vixit Rabbi *Akiba*; martyrium enim eius conferunt Iudæi in annum suum termillesimum octingentesimum octagesimum, profligatis Iudæis eo bello, cuius incentor fuit hic Magister, cùm crederet *maiorem Cochebam* esse verum Messiam, qualem se iactabat planus ille: ורבי עקיבה עצמו כאשר ראוהו אמר עליו היינו מלכא משיחא *Etiam ipse Rabbi Akiba, quotiescumque eum viderent, dicebat de eo*, Cocheba: *Est nobis Rex Messias.* vt docet Dauid Ganz è maiore in Lamentationes Ieremiæ Commentario: באיכה רבתא בפסוק בלע יהוה Quare longe fallebamur in *Eclogis* nostris *Chronologicis*, cùm summorum fidem virorum secuti, tempus istud conijceremus in posterius bellum gestum *minore Cocheba* duce: nam, vt iam dixi, priori bello periit secutus partes *maioris Cochebæ*: vnde etiam explicandum est, quod scribunt Iudæi, duos annos continuos fuisse interkalatos à Rabbi Akiba. Aben-Ezra in cap. XXIII. Leuitici: אמרו על ר׳ עקיבא שקבע שתי שנים מעוברות שנה אחר שנה לפי צורך השעה *Dicitur de Magistro Akiba, quod duos annos continuos embolim.eos fecerit, propter necessitatem temporis.*

Inter causas interkalandi extra ordinem, & hæc numeratur, si longe ab Vrbe & Cananitide dissitus est ἀποδασμὸς gentis Iudaïcæ: Maimonides Tractat. קדוש החדש cap. IV. §. V. מפני גליות ישראל שנעקרו ממקומן ועדיין לא הגיעו לירושלם מעברין את השנה כדי שיהוה להם פנאי להגיע *Propter ἀποδασμοὺς gentis Iu-*

daïcæ longe semotos à sedibus suis, id est, à Cananitide, *& hactenus*, hoc est, ordinario tempore, *non possunt ad Vrbem sacram accedere, annum interkalant, quousque liceat illis per ocium accedere.* Hæc fuit, meo iudicio, causa, cur duos continuos annos embolimæos fecerit Rabbi Akiba: Anno Christi Dionysiano centesimo decimo septimo vertente, cùm Hadrianus esset in Syria, quamuis Iudæi clandestina de rebellione inirent consilia, *maiore Cocheba* animos faciente, tamen apertum ausi non sunt bellum profiteri: Martius Turbo Iudæam, post discessum Hadriani, procurauit, & Iudæos oppressit, anno Christi centesimo decimo nono. Annus centesimus decimus septimus est sextus posterioris nostræ Octaëteridis Iudaïcæ, qui embolimæus est ordinarius: sequens annus septimus posterioris nostræ Octaëteridis embolimæus itaque non est, cuius Nisan cepit die tricesimo Martij anni Dionysiani centesimi decimi octaui, sed factus est interkalaris à Rabbi Akiba, eo quidem prætextu, vt Iudæorum ἀποδασμοὶ longe dissiti possent in Cananitidem conuenire ad solenne Azymorum, sed reuera, vt possent præsto esse, & conuenire ad *Cocheban*, qui bellum illaturus erat Romanis circa huius, puto, solennis tempora, anno Dionysiano centesimo decimo nono: itaque hunc annum interkalauit Rabbi Akiba, vt dies quartusdecimus mensis Nisan, qui futurus erat ordinarie, anno hoc centesimo decimonono, die tricesimo primo Martij, mẽse Adar interkalato, in diem tricesimum Apri-
Digitized by Google

lis differretur, quo facilius possent conuenire vndique Iudæi & è toto orbe ad suum *Cochebam*, quod & factum est: ונקבצו אל כוזיבא עם רב מישראל ששבו מכל מקומותיהם *& coitione facta accesserunt ad* Cozibam *multi ex Israëlitis, qui è suis quisque locis conuenerunt.* Hunc quoque titulum temporis *maioris Cochebæ* valide probat quod scribunt Iudæi, vt in superioribus diximus, regnum *Cochebarum* stetisse annis viginti & vno: ומשך ימי מלכות כוזיבא ובניו כא שנה *Regnum* Cozibæ, *& filij, nepotisque eius, annos viginti atque vnum stetit:* Nam si id ita est, vt esse nullus dubito, necessum est, *maiorem Cochebam* regnare cœpisse anno Christi Dionysiano centesimo quartodecimo, siquidem *minor Cochebas* periit in casu vrbis *Bether*, anno Hadriani decimo octauo iam affecto, Christi Dionysiano centesimo tricesimo quarto, C. Iulio Seruilio, C. Vibio Iuuentio Vero Coss. quod iam probabimus, Deo dante. Iudæi male multati priore bello sub Rege suo atque impostore *Cocheba maiore*, paululum quieuerunt, donec tandem *minore Cocheba* auctore ac duce, bellum Romanis intulerunt: ἐςρατήγει δὲ τῶν Ἰουδαίων τηνικαῦτα Βαρχωχεβᾶς ὄνομα, ὃ δὴ ἀςέρα δηλοῖ, inquit Aristo Pellæus apud Eusebium Historia IV. anno Christi Dionysiano centesimo tricesimo secundo, Hadriani sextodecimo vertente, vt & Iudaïco termillesimo octingentesimo nonagesimo secundo: Eusebius in Chronico ad annum Hadriani sextumdecimum: *Iudæi in arma versi Palæstinam depopulati sunt, tenente Prouinciam Tenio Rufo, cui*

ad opprimendos rebelles Hadrianus misit exercitum; imo *exercitus*, & optimos quosque Duces, in his Iulium Seuerum è Britannia, vt est apud Dionem Lib. LXIX. sed *Rufus* is est, vt qui Prouinciam teneret, cui confecti belli gloria adscribitur, vt est apud Eusebium Lib. IV. cap. VI. & B. Hieronymum Commentario in cap. IX. Danielis, cui dicitur *Tinius Rufus*: Sed nullus dubito vbique rescribendum esse, *T. Anio Rufo*: neque enim *Tenius*, siue *Tinius*, nomen est Romanum. *Cochebas* igitur populo huic præfectus tunc temporis, ad hanc rebellionem populares suos adegit, Messiam se venditans, qui *nolentes sibi Christianos*, vt ad annum sequentem in Chronico scribit Eusebius, *aduersum Romanum militem ferre subsidium omnimodis cruciatibus necabat:* verùm non hoc tantum nomine, sed etiam alio. B. Iustinus Apologetic. καὶ γὰρ ἐν τῷ νῦν γεγενημένῳ Ἰουδαϊκῷ πολέμῳ Βαρκοχέβας ὁ τῆς Ἰουδαίων ἀποστάσεως ἀρχηγέτης Χριστιανοὺς μόνους εἰς τιμωρίας δεινὰς, εἰ μὴ ἀρνοῖντο Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, καὶ βλασφημοῖεν, ἐκέλευσεν ἀπάγεσθαι. Anno demum Christi centesimo tricesimo quarto, Hadriani decimo octauo vertente, vt & Iudaïco termillesimo octingentesimo nonagesimo quarto, C. Iulio Seruilio, C. Vibio Iuuentio Vero Coss. vrbs *Bether* capta, & Iudæi ad internecionem deleti sunt. Eusebius in Chronico ad hunc annum Hadriani decimum octauum. *Bellum Iudaïcum, quod in Palæstina gerebatur, finem accipit, rebus Iudæorum penitus oppressis: ex quo tempore etiam introëundi in Ierosolyma licentia ablata, primum Dei nutu,*

ſicut Prophetæ vaticinati ſunt, deinde Romanis interne-ctionibus. Idem Hiſtoria IV. cap. VI. ex Ariſtone Pellæo: ἀκμάσαντος δὲ τοῦ πολέμου, ἔτους ὀκτωκαιδεκάτου τῆς ἡγεμονίας Ἀδριανοῦ, κατὰ Βήθηρα πόλιν, ἥτις ἦν ὀχυρωτάτη, τῶν Ἱεροσολύμων οὐ πόῤῥω σφόδρα διεςῶσα, τῆς τε ἔξωθεν πολιορκίας χρονίου γενομένης, λιμῷ τε καὶ δίψει τῶν νεωτεροποιῶν εἰς ἔσχατον ὀλέθρου περιελαθέντων, καὶ τοῦ τῆς ἀπονοίας αὐτοῖς αἰτίου τὴν ἀξίαν ἐκτίσαντος δίκην, τὸ πᾶν ἔθνος ἐξ ἐκείνου καὶ τῆς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα γῆς πάμπαν ἐπιβαίνειν εἴργεται νόμου δόγματι καὶ διατάξεσιν Ἀδριανοῦ, ὡς ἂν μηδ᾽ ἐξ ἀπόπτου θεωροῖεν τὸ πατρῷον ἔδαφος, ἐγκελευσαμένου. Ex his Ariſtonis Pellæi verbis colligebat Vir Illuſtris in Animaduerſionibus Euſebianis, hoc bellum profligatum fuiſſe circiter finem imperij Hadriani, & medium belli incidiſſe in annum decimum octauum Hadriani: Ego vero non video, cur non in interpretandis Ariſtonis Pellæi verbis ad Euſebium accedamus, & dicamus affecto Hadriani decimo octauo anno vrbem *Bether* captam eſſe; maxime cum paria faciat Iudæorum calculus, qui *minori* huic *Cochebæ* biennium cum menſibus ſex tantum imputat: ואין זה נגד מאמר רז״ל שאמרו בסדר
עולם פ׳ ל׳ שבן כוזיבא מלך שתי שנים ומחצה וכן אמרו
בפרק חלק מפני שיש לומר שרול כוונו על כוזיבא אחרון *Neque id contrarium eſt dicto Magiſtrorum noſtrorum τῶν μακαριτῶν, qui dixerunt in Libro, cui titulus eſt* Series Mundi, *cap.* XXX. Filium Cozibæ *regnaſſe annos duos, menſes ſex, quomodo etiam habetur Cod.* סנהדרין *cap.* חלק XI. *propterea quod dicendum eſt, Magiſtros noſtros* ἐπὶ

μαγγανείας in animo habuiſſe loqui de minore CoZiba: Quod optime conuenit cum ijs, quæ iam ante dix mus; cepit enim bellum cum imperio *minoris* huius *Cochebæ*, anno Hadriani ſextodecimo, Chriſti centeſimo triceſimo ſecundo; finem accepit vertente centeſimo triceſimo quarto, τῦ τῆς ἀπονοίας αὐτοῖς αἰτίου τὴν ἀξίαν ἐκτίσαντος δίκην, nempe iam ante cæſus fuerat à ſuis hic *minor Cochebas*, vt eſt in Gemara Codicis סנהדרן, cap. הלק XI. אמר להו לרבנן אנא משיח אמרו ליה במשיח כתיב דמורה ודאין נחזי אנן אי מורח ודאין כיון דחזיוה דלא מריח ודאין קטלוה *Dixit Magiſtris noſtris* minor Cochebas, *Ego ſum Meſſias: Illi reſponderunt, Scriptum eſt de Meſſia, Olfacit, & iudicat: Videamus num iſte olfaciat & iudicet: Cùm autem vidiſſent non olfacere, neque iudicare, eum occiderunt.* Cùm autem capta eſt vrbs *Bether*, maxima Iudæorum ſtrages eſt facta: בימי רומולוש אשר גם הוא נקרא בשם זקני כחיבא היה ההרג רב בביתר *In diebus Romuli, qui* Coziba *etiam dictus eſt de nomine aui, multa hominum millia cæſa ſunt in vrbe Bether*: Atque ad hoc excidium referenda puto, quæ de miſera ſorte aut cæde tot millium hominum Iudæorum habentur apud B. Hieronymum, & Chronicon Alexandrinum, & iam ante deſcripſimus, cum de bello geſto à *maiore Cocheba* ageremus: ad illud enim tempus refert & initia Hadriani Auctor Chronici Alexandrini. Ad priorem Iudæorum cladem, acceptam anno Chriſti centeſimo decimo nono, *maiore Cocheba* rerum apud illos potiente, refero B. Hieronymi verba Commentario in cap. IX. Danielis.

Et

Digitized by Google

Et quid dico de Christo occidendo, & populo penitus deserendo auxilio Dei: cùm ciuitatem & Sanctuarium dissipaturus sit populus Romanus, cum duce venturo Vespasiano? Quo mortuo transactis septem hebdomadis, id est, annis quadraginta nouem, Ælius Hadrianus, à quo postea de ruinis Hierusalem vrbs Ælia condita est, rebellantes Iudæos, Tinio Rufo Magistro exercitus pugnante, superauit. Gemina tamen hic est B. Hieronymi hallucinatio; vna est, quod dicat, hoc temporis Iudæos ab Hadriano superatos fuisse, *T. Annio* (ita rescribendum est) *Rufo Magistro exercitus pugnante.* Nam, vt iam ante diximus, *T. Annio Rufo pugnante,* ad internecionem vsque deleti sunt, anno Hadriani decimo octauo affecto, Christi Dionysiano centesimo tricesimo quarto vertente: Hic vero superati dicuntur, *transactis septem hebdomadis, id est, annis quadraginta nouem*, à morte Vespasiani, quæ est altera hallucinatio; nam *à morte Vespasiani* ineundus non est harum *septem hebdomadum*, id est, *annorum quadraginta nouem* numerus: Vespasianus quippe obijt octauo Kal. Iulias anni Dionysiani septuagesimi noni: adde *annos quadraginta nouem*: ergo anno Christi Dionysiano centesimo vicesimo octauo, Hadrianus, cuius annus vndecimus vertebat, Iudæos superauit: Sed id nemo veterum dixit, neque verum est: imo potius Hebræi, quorum sententiam breui hoc sermone perstringit B. Hieronymus, intelligunt hos *annos quadraginta nouem* ab excidio Templi: Excisum autem est Templum anno Christi Dionysiano septuagesimo: Adde *annos*

quadraginta nouem: Ergo anno, vt diximus, centesimo decimo nono, *maiore Cocheba* Iudæorum Rege, ij debellati sunt ab Hadriano. Sentētiam nostram tuetur, quod sequitur ibidem apud B. Hieronymum ex Hebræorum sententia. *Tres autem anni & sex menses sub Hadriano supputantur, quando Hierusalem omnino subuersa est: & Iudæorum gens cateruatim cæsa: ita vt Iudææ quoque finibus pellerentur, quando* Cochebas *Iudæorum Dux oppressus est, & Hierusalem vsque ad solum diruta est.* Nonnulla hic quoque sunt ex hallucinatione, puta illud, *ita vt Iudææ quoque finibus pellerentur:* hoc namque est vltimi illius belli, quod sub Hadriano gestū est, in casu vrbis *Bether;* quod & idem Hieronymus in cap. VI. Esaïæ testatur: *Denique post extremam vastitatem etiam Leges publicæ pependerunt, & prohibiti sunt Iudæi terram, de qua eiecti fuerant, ingredi:* quod tamen de Hierosolymis tantum scribit Pellæus Aristo, cuius verba antea ex Eusebio descripsimus: Iustinus quoque Martyr, homo Palæstinus, scribens paullo post belli illius exitum, Apologetico. καὶ ὅτι ἠρήμωτο Ἱερουσαλήμ, ὡς προείρητο γενήσεσθαι, πεπεισμένοι ἐστέ. εἴρηται δὲ καὶ περὶ τῆς ἐρημώσεως αὐτῆς, καὶ περὶ τοῦ μὴ ἐπιτραπήσεσθαι μηδένα αὐτῶν οἰκεῖν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου οὕτως, &c. ὅτι δὲ φυλάσσεται ὑφ' ὑμῶν, ὅπως μηδεὶς ἐν αὐτῇ γένηται, καὶ θάνατος κατὰ τοῦ καταλαμβανομένου Ἰουδαίου εἰσιόντος ὥρισται, ἀκριβῶς ἐπίστασθε. Sed quod habet B. Hieronymus de tribus annis, mensibus sex: *Tres autem anni, & sex menses, sub Hadriano supputantur*, manifesto indicat agi de priori illo bello,

Digitized by Google

quo *maior Cochebas Iudæorum Dux oppressus est*: Nam anno centesimo sextodecimo Dionysiano bellum cepit, centesimo decimo nono sub Hadriano debellatum est. De hoc quoque bello agi probat, quod eo *Hierusalem vsque ad solum dirutam fuisse* scribit: Quanquam enim falsissima ista sint, vt probauit Illustris Heros in Eusebianis Animaduersionibus, tamen si *ab Hadriano Hierusalem omnino subuersa fuisset*, dicendum foret, subuersam fuisse priore isto bello, non posteriore: Priori quippe bello, Ἰουδαίων στασιασάντων ἦλθεν Ἀδριανὸς εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἔλαβε τοὺς Ἰουδαίους αἰχμαλώτους εἰς τὴν λεγομένην τερέβινθον, vt est in Chronico Alexandrino. Posteriori vero bello ad vrbem *Bether* pugnatum est, vt docet Eusebius Lib. IV. ex Aristone Pellæo: Vrbs quippe Hierosolymorum iam ante ab Hadriano instaurata posteriori bello causam dedit, vt docet Dio Lib. LXIX. ἐς δὲ τὰ Ἱεροσόλυμα πόλιν αὐτοῦ ἀντὶ τῆς κατασκαφείσης οἰκίσαντος, ἣν καὶ Αἰλίαν Καπιτωλίναν ὠνόμασε, καὶ ἐς τὸν τοῦ ναοῦ τοῦ Θεοῦ τόπον, ναὸν τῷ Διὶ ἕτερον ἀντεγείραντος, πόλεμος οὔτε μικρὸς, οὔτ' ὀλιγοχρόνιος ἐκινήθη. Ἰουδαῖοι γὰρ, δεινόν τι ποιούμενοι τὸ ἀλλοφύλους τινὰς εἰς τὴν πόλιν σφῶν οἰκισθῆναι, καὶ τὸ ἱερὰ ἀλλότρια ἐν αὐτῇ ἱδρυθῆναι, &c. fuitque *colonia* Leg. I. §. VI. D. *de censibus*, quæ licet *ius Italicum non haberet*, id est, quando Diuus Hadrianus *Capitulenses* colonos fecit, non adiecerit, vt & *iuris Italici essent*, tamen, quemadmodum & Cæsariensibus in eadem Palæstina, & *tributum capitis remissum*, & *solum immune factum est* Leg. VIII. D. *eod.* Estque colo-

Digitized by Google

nia iſta *Ælia Capitolina* deducta anno altero poſtquam debellati fuerant Iudæi à Martio Turbone, id eſt, Dionyſiano centeſimo viceſimo, vt colliges ex his B. Hieronymi (quicquid alibi ex Euſebio ſcribat in Chronico) verbis, Epiſtola ad Dardanum extrema: *Ad extremum ſub Veſpaſiano & Tito vrbs capta, Templúmque ſubuerſum eſt. Deinde ciuitatis vſque ad Hadrianum Principem per* quinquaginta annos *manſere reliquiæ.* Templum ſubuerſum eſt anno Chriſti Dionyſiano ſeptuageſimo; adde *annos quinquaginta:* Ergo anno centeſimo viceſimo, vel centeſimo viceſimo primo colonia *Ælia capitolina* deducta eſt ab Hadriano, prudenti conſilio, vt ea ratione in officio contineret Iudæos, quos altero ante anno tumultuantes vndique compreſſerat, & grauiſſima clade per Martium Turbonem affecerat.

CAP. V.

Canon III. Arelatenſis Synodi illuſtratus: Clypei militum inſcripti Chriſti nomine, galeis crux *impoſita. B. Ambroſius illuſtratur è Codice Theodoſiano.* Comes Orientis *etiam aliquando* Magiſter militum per Orientem.

REfert Euſebius Lib. de Vita Conſtantini Magni IV. cap. XXI. Conſtantinum Magnum iuſſiſſe inſcribi militum ſuorum clypeis Chriſti nomen, & galeis imponi ſuperne crucem:

Digitized by Google

ἤδη δὲ καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν ὅπλων τὸ τοῦ σωτηρίου τροπαίου σύμβολον κατασημαίνεσθαι ἐποίει. Sed magis expresse Prudentius Lib. I. contra Symmachum:

Clypeorum insignia Christus
Scripserat, ardebat summis crux *addita cristis.*

Faciunt autem ista ad præferendam lucem Canoni III. *Synodi Episcoporum, qui in ciuitate Arelatensium, apud Marinum Episcopum Ecclesiæ Catholicæ, temporibus Constantini Augusti, Volusiano & Anniano Coss. conuenerunt.* Canon est in hæc verba: *De his, qui arma proijciunt in pace, placuit abstineri eos à communione.* Annalium Ecclesiasticorum eruditissimus Conditor hos interpretatur, qui nulla persecutione vrgente, nimia quadam animi leuitate à fide exciderent. Sed bene est, quod nemini cordato persuasit Eminentissimus Cardinalis. Obseruat Binius in MS. codice peruetusto scribi, *in bello*, non autem, *in pace*: videríq; magis consentaneum, tales tanquam desertores puniri. Verum nihil est, meo quidem iudicio, mutandum, sed tantum interpungendum post vocem *proijciunt*: itáque scribendum: *De his, qui arma proijciunt, in pace placuit abstineri eos à communione.* Scilicet, qui in pugna ignauè arma abiecerant sua, interdicebatur illis sacra communione, vbi, pace facta, nullum amplius vitæ discrimen adibant: nã quamdiu pugnandum erat, ὁ γὰρ φεύγων καὶ πάλιν μαχήσεται, nullus dubito gratiam illis factam, atque instructos fuisse hoc viatico corporis sanguinisque Domini. Quare titulus ita videtur concipiendus vocibus transpositis: *Vt qui arma proiecerint; excom-*

Digitized by Google

municentur in pace. Cur autem iſtud inſtitutum ſit ab Arelatenſium Patrum Synodo, dicendum eſt paucis, cum bono Deo. Qui arma abiecerat in bello, multabatur Romanorum Legibus: *Miles, qui in bello arma amiſit, capite punitur: humane, militiam mutat* L. III. §. XIII. D. *de re militari.* Sed Arelatenſes Patres multandos etiam cenſuerunt propria de cauſa, quæ eſt à Conſtantini inſtituto, de quo iam diximus; Quia igitur clypei militum erant inſcripti *Christi* nomine, & galeis ſuperne *crux* impoſita, veneratione atque religione ſacratiſſimi huius nominis ac ſigni tacti Arelatenſes Patres, quaſi piaculum aliquod contrahi putant, ſi clypei, quibus ſacroſanctum *Christi* nomen inſcriptum, ſi galeæ, quibus *crux* impoſita eſſet, abijcerentur. Suum quoque idem Conſtantinus Magnus *Christi* nomine ſignauit labarum. διὰ τῶν πρώτων χαρακτήρων, χιαζομένου τοῦ Ρ κατὰ τὸ μεσαίτατον X, ☧, & *crucem* in haſta præferri voluit, teſte Euſebio L. I. de Vita Conſtantini Magni, cap. XXV. Quare pollutam crediderunt Iudæi Synagogam, cui labarum, *Christi* nomine & *cruce* ſacratum ſignum, illatum eſſet. Obſeruauit id B. Ambroſius, Epiſtola ad Theodoſium Auguſtum, quæ eſt XXIX. *Habebis, Imperator, Comitem præuaricatorem, & huic vexilla committes victricia, huic* labarum, *hoc eſt*, Chriſti ſacratum nomine ſignum, *qui Synagogam inſtauret, quæ Chriſtũ neſciat? Iube* labarum *Synagogæ inferri, & videamus ſi non reſiſtunt.* Atque ex his argumentabatur B. Ambroſius, Synagogam, quæ Chriſtum neſciat, non eſſe

instaurandam, quod tamen fieri iusserat Imperator Theodosius suo Rescripto, cùm *Callinici* Synagoga incensa fuisset: nam *Callinici* fuisse Synagogam probant verba B. Ambrosij: *Quid igitur dignius, vt* Callinici *castri in parte aliqua ædificiorum incendium, an vrbis Romæ vindicandum existimaretur, si oporteret tamē?* De hoc autem Synagogæ incendio relatum fuerat ad Imperatorem Theodosium à *Comite Oriētis*; Rescripserat Theodosius Augustus vindicandum esse, & Synagogam exædificandam ab Episcopo. B. Ambrosius ibidem: *Relatum est à* Comite Orientis militarium partium *incensam esse Synagogam, idque auctore factum Episcopo: iussisti in ceteros vindicari, Synagogam ab ipso exædificari Episcopo.* Sed quid est, quod *Comitem Orientis* etiam dicat B. Ambrosius esse *militarium partium?* Ciuilis enim erat Magistratus *Comes Orientis*, quem ita describit Zosimus Lib. V. ὁ δὲ Κόμητα τῆς Ἑώας πεποίηκεν. αὕτη δὲ ἡ ἀρχὴ βούλεται τὸ προβεβλημένον αὐτῆς ἐφεστάναι πᾶσι τοῖς τῆς Ἑώας ἐπαρχίας ἰθύνουσι, καὶ ἐπὶ τοῖς οὐ κατὰ τὸ δέον πεπολιτευμένοις εὐθύνειν. *Sedet in Antiochena*, inquit Scholion in Nouellam XVII. Iuliani Antecessoris, *& habet sub se multas Prouincias.* Prouincias has recenset Notitia Imperij *Sub dispositione Viri Spectabilis* Comitis Orientis, *Prouinciæ infra scriptæ:*

Palæstina.	*Phœnice.*	*Syria.*
Cyprus.	*Palæstina secunda.*	*Palæstina Salutaris.*
Phœnice Libani.	*Eufratensis.*	*Syria Salutaris.*
Osrhoëna.	*Mesopotamia.*	*Cilicia secunda.*
Cilicia.	*Isauria.*	*Arabia.*

Digitized by Google

At vero *Milites* erant *sub dispositione Viri Illustris Magistri Militum per Orientem*. Sunt igitur distincti hi Magistratus, *Comes Orientis*, atque *Magister Militum per Orientem:* Verum aliquando vtraque in eundem potestas confertur, quod accidit hoc ipso tempore, quo B. Ambrosius Epistolam hanc ad Imperatorem Theodosium scripsit, vt liquido probabimus cum bono Deo. *Comes Orientis* retulit ad Imperatorem Theodosium de incensa Synagoga Iudæorum *Callinici*, quod est in *Osrhoëna* castrum, vt è B. Ambrosio constat, itaque vindicandum in incendiarios istos esse rescripsit Imperator Theodosius. Ad *Comitem* quoque *Orientis*, sed & eundem *Magistrum Militum per Orientem* rescribit Imperator Theodosius de cohibendis congrua seueritate iis, qui Synagogas destruunt, vt habes L. VIII. Cod. Th. *De Iud. Cælic. & Samarit.*

Impp. Theodosius, Arcadius, & Honorius AAA. Addeo Comiti & Magistro vtriusque militiæ per Orientem.

Iudæorum sectam nulla Lege prohibitam satis constat. Vnde grauiter commouemur interdictos quibusdam locis eorum fuisse conuentus. Sublimis igitur magnitudo tua hac iussione suscepta nimietatem eorum, qui sub Christianæ religionis nomine inlicita quæque præsumunt, & destruere Synagogas adque expoliare conantur, congrua seueritate cohibebit. Dat. III. Kalend. Decembr. Const. Theodosio A. III. & Abundantio Coss.

Fatale istud autem fuit, vt Theodosio imperante, Synagogas Iudæorum destruerent Christiani, Christianus aduocatus apud Imperatorem superesset

ſet Ambroſius: en tibi exemplum apud Cedrenum in rebus geſtis Theodoſij Magni, pag. 268. ἐν Μεδιολάνῳ ὑπάρχοντος τοῦ βασιλέως Θεοδοσίου οἱ ἐκ Κωνσταντινουπόλεως Ἰουδαῖοι, ἐκ προστάξεως Οἰωράτου ἐπάρχου συναγωγὴν ἐν τῷ Χαλκοπρατίου πολυτάλαντον εἰργάσαντο. τῶν δὲ Χριστιανῶν δυσφημούντων κατὰ τοῦ ἐπάρχου, αὐτὸ οὐ προσέσχεν. ἦν γὰρ Ἕλλην. πῦρ οὖν ἐμβαλόντες νυκτὸς, ταύτην κατέκαυσαν. γράφει τοῦτο ὁ ἔπαρχος πρὸς Θεοδόσιον, ἐγκαλῶν τοῖς πολίταις. ὁ δὲ ὁρίζει ζημίαν ἀποτῖσαι τοὺς τοῦτο δράσαντας, καὶ κπαθῆναι τὴν συναγωγήν. προσφεύγουσιν οἱ πολῖται πρὸς τὸν μέγαν Ἀμβρόσιον. ὁ δὲ τῆς ἑορτῆς τῶν Χριστοῦ γενεθλίων ἐνστάσης, καὶ τοῦ βασιλέως εἴσοδον ποιήσασθαι μέλλοντος, δημηγορεῖ ὁ μέγας Ἀμβρόσιος ὀλίγα μὲν περὶ τῆς ἑορτῆς, τὰ πλείω δὲ τοῦ βασιλέως καταπολεμῶν σφοδρῶς, φάσκων οὕτως ὡς ἐκ προσώπου τοῦ Θεοῦ. Οὐκ ἐγώ σε ποιμένα ὄντα προβάτων ἐξόπισθεν τῶν λοχευομένων ἔλαβον, καὶ τοῦ λαοῦ μου ποιμένα καὶ βασιλέα κατέστησα; οὐκ ἐγώ σου τὴν κεφαλὴν αὐχμῶσαν καὶ φθειριῶσαν, χρυσῷ στεφάνῳ κατεκαλλώπισα, καὶ ταινίᾳ χρυσοπορφύρῳ ἐκόσμησα; καὶ ἵνα τί τοὺς σφαγέας τοῦ υἱοῦ μου προσηνεστέραν ἄγεις; καὶ τὸν ἐμὸν λαὸν κατατρύχεις, ποινηλατῶν τὴν κληρονομίαν μου; καὶ ὁ βασιλεύς. τί ποιεῖς ἐπίσκοπε; τὴν ἑορτὴν καταλιπὼν, ὅλην ἐπ' ἐμὲ τὴν δημηγορίαν ἐξήρτησας; καὶ ὁ Ἀμβρόσιος· οὐ κατά σου βασιλεῦ, ἀλλ' ὑπὲρ σοῦ. Τί γὰρ ἐστι Χριστιανοῖς ἄλλο δεινότερον, ἵνα καὶ Ἰουδαίων συναγωγὰς ἀπαρτίζωσι; καὶ ὁ βασιλεύς· καὶ δίκαιόν ἐστιν, ἵνα ὃ ἐὰν δόξῃ δήμῳ ἀτάκτῳ ἐπὶ βασιλικῇ πόλει κατεργάζηται; καὶ ὁ Ἀμβρόσιος· καὶ τοῦτο δίκαιόν ἐστι, βασιλέων θεοσεβέστατε, ἵν' ἐπὶ πόλεως βασιλευούσης Ἰουδαῖοι βλασφήμους ᾠδὰς ἀναπέμπωσι; μὴ τούτῳ

Digitized by Google

στοιχήσης βασιλέως παρμάριστε, αἱ γὰρ ἐκείνων εὐχαὶ βλασφημίαι καὶ ὕβρεις καὶ ἀῤῥητολογίαι τυγχάνουσι. καὶ ταῦτα λέγοντος Αμβροσίου, ἀφῆκεν ὁ βασιλεὺς τὸ ἐπιτίμιον, νόμον ἐκθέμενος, μὴ ἔχειν Ιουδαίοις ἐν Βυζαντίῳ συναγωγὴν, μήτε τολμᾷν δημοσίᾳ περιτύχεσθαι.

Ergo *Comes* ille *Orientis*, de quo B. Ambrosius, *Addeus* est, qui etiam eodem tempore fuit *Magister Militum per Orientem*, ad quem extat Rescriptum hoc Imperatoris Theodosij: Nam de eodem Synagoga incensa atque destructa agi, cùm ab Ambrosio, tum ab Imperatore Theodosio in hoc Rescripto, verisimile mihi videtur; quanquam enim pars illa Rescripti Imperatorij, qua iubebatur, *Synagogam ab ipso*, quo auctore incensam fuisse vulgo ferebatur, *exædificari Episcopo*, non extet in Lege iam ante à nobis descripta, nihil interest, neque certe debuit referri in hunc Codicem, siue quia priuatim istud erat in hunc Episcopum constitutú, quod ius in omnes non faciebat, siue etiá quia id B. Ambrosij intercessione remissum fuerat, quemadmodum sperat reuocatum iri B. Ambrosius his Epistolæ verbis: *Esto tamen, nemo Episcopum ad hoc munus conueniat. Rogaui enim clementiam tuam: & licet ipse hoc reuocatum adhuc non legerim, reuocatum tamen constituamus.* At vero cùm apud B. Ambrosium, tum in Rescripto Codicis Theodosiani legitur de animaduertendis iis, qui Synagogam incenderint, atque destruxerint, quod ius facit, & quidem publicum: Non igitur sine causa scripsit B. Ambrosius, *relatum fuisse à Comite Orientis militarium partium*, rela-

Digitized by Google

tum quippe eſt ab *Addeo*, qui non tantum *Comes Orientis* erat, ſed etiam *Magiſter Militum per Orientem:* Quare etiam puto excidiſſe literam M ex Ambroſij codicibus: *Relatum eſt à Comite Orientis M.* (id eſt, *Magiſtro) militarium partium.* Eſt igitur hæc Epiſtola à B. Ambroſio ſcripta, ineunte anno Christi Dionyſiano tercenteſimo nonageſimo quarto: nam anno præcedenti a. d. III. Kal. Decembreis reſcripſit Imperator Theodoſius *Addeo Comiti & Magiſtro vtriuſque militiæ per Orientem.* Quis autem fuerit is Epiſcopus, quo auctore incenſa eſt Synagoga Iudæorum *Callinici*, dicere non poſſumus, neque enim diuinare mihi magnus dedit Apollo: Scimus tamen *Callinicum* ſuum habuiſſe Epiſcopum: En tibi in Epiſtola Epiſcoporum *Oſroënæ* Prouinciæ ad Leonem Imperatorem, quæ legitur Parte III. Actorum Concilij Chalcedonenſis in editione Romana, qua vtor, ſubſcribit *Damianus Epiſcopus Callinici*; qui etiam in Latino Indice ſubſcribit Chalcedonenſi ipſi Concilio, *Damiano Callinicopolis.* In ea vrbe excubabant Equites Promoti Illyricani. Notitia Imperij. *Sub diſpoſitione Viri Spectabilis Ducis Oſroënæ, Equites Promoti Illiricani, Callinico.*

CAP. VI.

De ætate Lectorum. Nouella Iustiniani Illustratur. Basilica repetitæ prælectionis in multis diuersa à prioribus Leonis Philosophi. De ætate Diaconissarum. Triboniani imprudentia.

PAuca huic illinemus chartæ, quæ *Lectorum* atque *Diaconissarum* spectant ætatem: Ante pubertatem etiam ordinatos fuisse *Lectores* omnino nobis constat, auctoritate Canonis XVI. Codicis Canonum Ecclesiæ Africanæ: *Item, placuit, vt* Lectores, cùm ad annos pubertatis peruenerint, *cogantur aut vxores ducere, aut continentiam profiteri.* Si cogantur *Lectores* aut continentiam profiteri, aut vxores ducere, cùm *ad annos pubertatis peruenerint*, id est *annum quartum decimum* excesserint; nam de *pubertate ciuili*, quæ anno *quartodecimo* definitur, hic agitur, *plena* quippe *pubertas* inuentum est longe posterius hoc Canone, nempe à Iustiniano Imperatore: Ergo hinc sequitur *Lectores* ordinatos fuisse, etiam antequam ad annos pubertatis peruenissent. Quinetiam constat è Nouella Iustiniani CXXIII. *Lectorem* ordinari potuisse *annos* natum *octo*: non ignoro hodie edi *annos* natum *octodecim*: nam ita habetur: πρεσβύτερον δὲ ἐλάττονα τῶν τριάκοντα ἐνιαυτῶν γίνεσθαι οὐκ ἐπιτρέπομεν· ἀλλ' οὐδὲ Διάκονον ἢ Ὑποδιάκονον ἥττονα τῶν εἰ-

Digitized by Google

χοσπέντε· οὔτε δὲ Αναγνώστην ἐλάττονα τῶν ὀκτὼ καὶ δέκα ἐνιαυτῶν. In Nomocanone Photij, Titulo I. cap. XXVIII. ita legitur: ἡ μὲν τοι Βα. διάταξις τοῦ Αου τίτλου τῶν Νεαρῶν οὐ θέλει Διακόνισσαν Εκκλησίας γίνεσθαι πεντήκοντα ἐνιαυτῶν ἥττονα. ἡ αὐτὴ δὲ διάταξις φησὶ τὸν χειροτονούμενον Πρεσβύτερον μὴ ὀφείλειν εἶναι ἥττονα τῶν Λ ἐτῶν· καὶ ΚΕ τὸν Διάκονον, τὸν δὲ Αναγνώστην Κ. καὶ τὸν Επίσκοπον ΛΕ. Est autem eadem Nouella, vt è Balsamone ad hunc locum liquet: ἡ Βα διάταξις τοῦ Αου τίτλου τῶν Νεαρῶν ἐστὶ Νεαρὰ Ιουστινιάνειος ΡΚΓ. κεῖται δὲ ἐν βιβλίῳ τῶν Βασιλικῶν Γῳ, τίτ. Αῳ., κεφ. ΚΘῳ, ἔχοντι οὕτως, Διακόνισσαν δὲ ἐν ἁγίᾳ Εκκλησίᾳ μὴ χειροτονεῖσθαι, ἥτις ἐλάττων ἐστὶν ἐνιαυτῶν Μ, ἢ εἰς δεύτερον ἦλθε γάμον. ὡσαύτως φησὶ τοῦ αὐτοῦ τίτλου κεφ. ΚΗον, μέρος ὂν τῆς αὐτῆς Νεαρᾶς, ταῦτα, Πρεσβύτερον δὲ ἐλάττονα τῶν Λ ἐνιαυτῶν γίνεσθαι, οὐκ ἐπιτρέπομεν· ἀλλὰ οὐδὲ Διάκονον, ἢ ὑποδιάκονον ἥττονα τῶν ΚΕ ἐνιαυτῶν· οὔτε Αναγνώστην ἐλάττονα τῶν ΙΗ ἐνιαυτῶν. Ergo habes in hac Nouella, vt vulgo editur, & vt est relata in Libros Basilicon, *Lectorem* ordinari *annos* natum *octodecim*: Photij codex repræsentat *annos* natum *viginti*. Diximus tamen, ex hac Nouella Iustiniani ordinari potuisse *Lectorem* natum *annos octo*, quod iam est, cum bono Deo, probandum: id ab ipso docemur Balsamone, qui verbis iam laudatis ista immediate subiicit: πάλιν γίνωσκε ὅτι ἡ μὲν Νεαρὰ Ιουστινιανοῦ εἰς πλάτος διεισκομένη, λέγει γίνεσθαι Αναγνώστην τὸν ὄντα χρόνων Η. καὶ Επίσκοπον,

Digitized by Google

τὸν ὄντα χρόνων λε. καθὼς τοῦτο φησὶ καὶ τὸ παρὸν βιβλίον. ἐν δὲ τῇ Ἀνακαθάρσει ὁ μὲν χρόνος τοῦ Ἐπισκόπου παρελείφθη πλείως, ὁ δὲ χρόνος τοῦ Ἀναγνώστου ἐπλεόνασεν. ἀντὶ γὰρ Η χρόνων, ΙΗ χρόνων εἶναι φησὶ τὸν Ἀναγνώστην. ὀφείλεις οὖν προσέχειν πλέον τοῖς γεγραμμένοις ἐν τοῖς Βασιλικοῖς παρὰ τοῖς περιεχομένοις ἐν τοῖς βιβλίοις τοῖς ἐνεργοῦσι περὶ τῆς Ἀνακαθάρσεως καὶ σχολάζουσιν. Quibus è verbis obſerua, primo, nos habere, ſaltem quod ad hoc de ætate Clericorum argumentum pertinet, Nouellam Iuſtiniani CXXIII. vt in Baſilicon Codicem fuit relata, non autem ab ipſa Iuſtiniani manu: Nam & repurgata eſt; ac præterea in ſynopſim contracta: Opponit quippe Balſamo τὴν Νεαρὰν Ἰουστινιανοῦ εἰς πλάτος διεσκευασμένην eidem in codicem Baſilicon relatæ μετὰ τῆς Ἀνακαθάρσεως: adde & in ſynopſim contractæ; nam τὸ πλάτος τῇ συνόψει opponitur, vt apud Pſellum primis Legum Synopſeos verſibus:

Πολὺ καὶ δυσθεώρητον, τὸ μάθημα τοῦ νόμου,
Ἐν πλάτει δυσπερίληπτον, ἀσαφὲς ἐν συνόψει.

Et certe nihil habet vulgata huius Nouellæ editio de Epiſcopi ætate, quia ἐν τῇ Ἀνακαθάρσει ὁ χρόνος τοῦ Ἐπισκόπου παρελείφθη πλείως. cuius rei cauſa eſt, quia Nouella CXXXVII, Iuſtiniani, quod quidem ætatem Epiſcopi ſpectat, abrogat Nouellam CXXIII. Epiſcopum namque ordinari præcipit eum, qui annum exceſſerit triceſimum: εἰδότας αὐτὰς τῆς ὀρθῆς καὶ καθολικῆς πίστεως, καὶ σεμνοῦ βίου, καὶ ὑπὲρ τὸ τριακοστὸν ἔτος εἶναι, τούτους ἐπιλέξωνται Ἐπισκόπους. Relata autem eſt hæc Nouellæ pars in Librum

Digitized by Google

Basilicon III. Tit. 1. cap. VIII. vt docet ibidem Balsamo: Quod vero ætatis *Lectoris* erat, immutatum est; nam *decennium* est additum, cùm Iustiniani Nouella εἰς πλάτος διεξοδικὴν permittat *Lectorem* ordinari *annos* natum *octo*: γίνεσθαι Ἀναγνώστην τὸν ὄντα χρόνων Η, quomodo legendum est apud Photium, vt innuit Balsamo: καθὼς τοῦτο φησὶ καὶ τὸ παρὸν βιβλίον: & certe facilis lapsus τοῦ Η in τὸ Κ. Legit quoque *octo annos* in hac ipsa Nouella Iustiniani CXXIII. & in Libris Basilicon, Eustathius περὶ χρονικῶν διαστημάτων, titulo περὶ Η χρόνων, *de annis octo*. ὁ Ἀναγνώστης ἐλάττων ὢν τῶν Η χρόνων, οὐ χειροτονεῖται· ὡς Νεαρὰ ΡΚΓ, κεφαλ. Κ. τῶν δὲ Βασιλικῶν βιβλ. Γ. τιτ. Α. κεφαλ. ϛ. Nam Photius ante edita à Constantino Porphyrogeneta Basilica repetitæ prælectionis scripsit, vt habet Balsamo in sua ad Nomocanonem Præfatione: καὶ τὰ μὲν ἐν τούτοις, Photij Nomocanone, τὰ τε νόμιμα καὶ ἐνεργοῦντα παραδηλῶσαι, τὰ δὲ σχολάζοντα καὶ μὴ δεχθέντα κατὰ τὴν τελευταίαν Ἀνακάθαρσιν τῶν νόμων τὴν γενομένην παρὰ τοῦ ἀοιδίμου Βασιλέως κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου, αὖθις ἀναδιδάξαι, ὡς ἂν μή τινες ἐντυγχάνωσι τούτοις, καὶ τὰ ἀπρακτήσαντα νόμιμα ὡς ἐνεργοῦντα καὶ ἔμπρακτα δέχωνται. & paullo post: καὶ τοσαῦτα μὲν τὰ ἐν τοῖς εἰρημένοις δέκα πρὸς τοῖς τέσσαρσι τίτλοις συγγραφέντα νόμιμα παρὰ τοῦ Πατριάρχου τοῦ συντεθειμένου τὸ Νομοκάνονον περὶ τῆς τῶν νόμων Ἀνακαθάρσεως, ὡς εἴρηται, κατασκεψάμενοι, εἰς δύο αὐτὰ διείλομεν, καὶ ἐσαφηνίσαμεν ποῖα ἐξ αὐτῶν ἐνεργοῦντα εἰσίν, ὡς καὶ ἐν τῷ Βασιλικῷ ἐδάφει τῶν ἑξήκοντα νομίμων βιβλίων κείμενα καὶ τίνα τελείως, ὡς μὴ δεχθέντα

ἐν τῇ Ἀνακαθάρσει, ἠπράκτησαν. εἶτα παρεδηλώσαμεν τινὰ ἐκ τούτων ἐν τοῖς πεντήκοντα βιβλίοις τῶν διγέστων, καὶ τοῖς IB βιβλίοις τοῦ κώδικος περὶ τούτου κείμενα· ἄρτι ἐν ποίοις βιβλίοις καὶ τίτλοις τῶν Βασιλικῶν κατεστρωμένα εὑρίσκονται. ὡσαύτως καὶ τὰ ἀπὸ τῶν Ἰουστινιανείων Νεαρῶν μὴ δεχθέντα ἐν τῇ Ἀνακαθάρσει, καὶ παρὰ τοῦ Πατριάρχου ὡς ἀνεργοῦντα καταγραφέντα ὡς πέτραι σκανδάλου περιείλομεν. Nempe, quod etiam adnotauit maximus Iurisconsultorum in Obseruationum Libris, Leo Philosophus promulgauit Basilicorum Libros sexaginta, vt Harmenopulus scribit, & Balsamo in versibus Heroïcis aperte testatur, in quos coniecerat Constitutiones Imperatorum, & Iustiniani Nouellas, in epitome quidem, sed vt erant à Iustiniani manu. Hanc Basilicorum editionem vidit & expressit Photius Patriarcha in Nomocanone: secutus quoque Eustathius Antecessor, vt ex his, quæ de eius Libro descripsimus, constat: Leonem Philosophum excepit Constantinus Porphyrogeneta, patrem filius, qui Basilica repetitæ prælectionis edidit, id est, vt Balsamo docet. τὴν πλευταίαν Ἀνακάθαρσιν τῶν νόμων, qua editione non tantum repurgati sunt Basilicorum Libri, multaque ex iis sublata, aut correcta, sed etiam ordo ipse immutatus est: Nam ecce, quæ de Clericorum ætate habet Nouella Iustiniani CXXIII leguntur L. Basilicorum III. Tit. I. cap. XXVIII. è Basilicis repetitæ prælectionis Constantini Porphyrogenetæ. Balsamo verbis iam semel laudatis· ὡσαύτως φησὶ τοῦ αὐτοῦ τίτλου κεφ. KH, μέρος ὂν τῆς αὐτῆς Νεαρᾶς, ταῦτα,

Πρεσβύτερον

πρεσβύτεροι δὲ ἐλάττονα τῶν Λ ἐνιαυτῶν γίνεσθαι, οὐκ ἐπιτρέπομεν, ἀλλ' οὐδὲ Διάκονοι ἢ Υποδιάκονοι ἥττονα τῶν ΚΕ ἐνιαυτῶν, οὔτε Αναγνώστην ἐλάττονα τῶν ΙΗ ἐνιαυτῶν. At vero in priori editione Basilicorum à Leone Philosopho procurata, eadem, vt ediderat Iustinianus, referuntur L. III. Basilicorum, Titulo I. cap. VI. Habes apud Eustathium, qui hanc editionem secutus est; cuius verba hic iterum merentur à nobis adscribi: ὁ Αναγνώστης ἐλάττων ὢν τῶν ὀκτὼ χρόνων, οὐ χειροτονεῖται· ὡς Νεαρὰ ΡΚΓ, κεφ Κ. τῶν δὲ Βασιλικῶν βιβ. Γ. τίτ. Α. κεφ. ς. Sed de his satis, ad *Lectorum* ætatem redeamus. Constitutione igitur Nouella CXXIII. Iustiniani, *Lectores* poterant ordinari, qui nati tantum essent *annos octo*: legere quippe iam sciebant, cùm, vt plurimum septennes pueri literatoribus instituendi darentur: Constantinus vero Porphyrogeneta ἐν τῇ τῶν Βασιλικῶν Ανακαθάρσει, *Lectorum* ætatem definiuit *anno decimo octauo*. Sed quidquid definiuerit Iustinianus, aut immutauerit Constantinus Porphyrogeneta, sæpius tamen *Lectores* ordinabantur *annos* nati *sex* tantum, *tres* etiam aliquando. Memorat id alterum Scholion ad laudatum è Nomocanone Photij locum: τὸ δὲ περὶ τῆς ἡλικίας τοῦ χρόνου τῶν Αναγνωστῶν, ὅπως οὐκ ἐνεργεῖ, ἀγνοῶ. τοῦ γὰρ νόμου λέγοντος ΙΗ χρόνων ὀφείλειν εἶναι τὸν Αναγνώστην, σήμερον σφραγίζονται Αναγνῶσται Κληρικοὶ ἑξαετεῖς, ἔτι δ' ὅτι καὶ τριετεῖς. Quod sane non erat ferendum: nam saltem omnino necesse erat, vt bene legeret, qui *Lector* ordinabatur: Adde quod priori-

Digitized by Google

bus seculis institutum erat, vt ingenij sui, fidei, atque vitæ morumque integritatis specimen edidisset futurus *Lector*, de eius quippe ordinatione ita statuunt Carthaginenses Patres: *Lector, cùm ordinatur, faciat de illo verbum Episcopus ad plebem, indicans eiusdem fidem, ac vitam, atque ingenium: posthac spectante plebe tradat ei codicem, in quo lecturus est, dicens*, ACCIPE. ET. ESTO. RELATOR. VERBI. DEI. HABITVRVS. SI. FIDELITER. ET. VTILITER. IMPLEVERIS. OFFICIVM. TVVM. PARTEM. CVM. EIS. QVI. VERBVM. DEI. MINISTRAVERVNT. Quare, cùm iam ad annos pubertatis peruenissent, aut etiam paullo ante pubertatem, *Lectores* olim ordinabantur: ita Iulianus, qui Imperator leuatus à fide Christiana defecit, *Lector* ordinatus est. Theodoritus L. III. cap. II. καὶ τοῦ τῶν Ἀναγνωστῶν ἠξιώθη Iulianus χοροῦ, καὶ τὰς ἱερὰς βίβλους ἐν τοῖς Ἐκκλησιαστικοῖς συλλόγοις ὑπανεγίνωσκε τῷ λαῷ. Sozomenus item L. V. cap. II. de Iuliano agens: ὡς καὶ κλήρῳ ἐγκαταλεγῆναι, καὶ ὑπαναγινώσκειν τῷ λαῷ τὰς ἐκκλησιαστικὰς βίβλους. Est autem *Lector* ordinatus, *annos*, vt, qui plures referunt, obseruant, natus *sedecim*: alij paullo minorem faciunt. Vetus Epigramma Brixiæ, ad S. Faustinum, de Proculo.

ATTIO. PROCVLO
LECTORI. FILIO DVLCIS
SIMO. QVI. VIXIT. ANN. XVIII.
M. VIII. D. VII. FABIA. SECVN

Digitized by Google

DA. CONTRA. VOTVM. MEN-
SAM. POSVIT.
B. M.

Quod hinc probare contendit Vir Clarissimus, ætatem *Lectorum* definitam fuisse *anno decimo octauo*, etiam ante τὴν Αναχώρησιν Nouellæ Iustiniani CXXIII. vereor ne frustra sit: Neque enim vllo argumento probat, recenter ad *Lectoris* munus lectum fuisse, & post *annum decimum octauum*: suspicor potius ante hunc annum ordinatum fuisse. Quod ad *Diaconissarum* ætatem attinet, extat Imperatoris Valentiniani Constitutio, L. VIII. C. *de Episcopis.*

Impp. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius, AAA. Tatiano P. P.

Nulla, nisi emensis quinquaginta *annis, secundum præceptum Apostoli, ad* Diaconissarum *consortium transferatur. Dat. XI. Kalend. Jul. Mediolani, Valentiniano A. IV. & Neotherio Coss.*

Atqui præceptum Apostoli est, de *annis sexaginta*, χήρα καταλεγέσθω, μὴ ἔλαττον ἐτῶν ἑξήκοντα. 1. Timoth. V. 9. Neque aliter olim Imperator Valentinianus, vt habes Leg. XXVII. Cod. Theod. *eod.*

Imppp. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius, AAA. Tatiano PF. P.

Nulla, nisi emensis sexaginta *annis, cui votiua domi proles sit: secundum præceptum Apostoli, ad* Diaconissarum *consortium transferatur. Dat. XI. Kal. Iul. Med. Valentiniano A. IV. & Neotherio Coss.*

Digitized by Google

Sed mutauit, quia Synodi Chalcedonensis Canon XV. ad *Diaconissarum* consortiam transfert eam, quæ *quadraginta* sit *annorum* : Διάκονον μὴ χειροτονεῖσθαι γυναῖκα πρὸ ἐτῶν τεσσαράκοντα. Idem quoque definiuit Synodus Constantinopolitana in Trullo, Canone XIV. At vero Iustinianus ibat medius inter præceptum Apostoli, & Canonem Chalcedonensem, atque Trullanum, quando hunc suum Codicem instaurauit : Nam anni sequentis est, id est, *Belisario V. C. Cos.* XVIII. *Kalend. Aprileis*, Nouella VI. cap. VI. περὶ τοῦ μὴ χειροτονεῖσθαι Διακόνους μὴ πεντήκοντα ἔτος ἀγούσας. Verba Iustiniani sunt : καὶ ἀμφὶ τοὺς πεντήκοντα ἐνιαυτοὺς, κατὰ τοὺς θείους κανόνας, ἀγούσας. Sed imprudentes Iureconsulti, quorum opera vsus est Iustinianus in faciendo atque emendando suo Codice non expunxerunt è Constitutione Valentiniani, τὸ, *secundum præceptum Apostoli*; vnde etiam in Nouella habes, κατὰ τοὺς θείους κανόνας, cùm tamen Canon Apostolicus annum *sexagesimum* definiat : bene tamen, quod ista induxerunt è Constitutione Valentiniani, *cui votiua domi proles sit*, quod Græce dixit Apostolus, ἐτεκνοτρόφησεν. Nam Apostolus de *viduis* tantum agit, quæ solæ ætate iam prouecta ad hoc ministerium deputabantur : At vero Iustiniani seculo, & paullo ante, etiam *virgines* ad *Diaconissarum* consortium transferebantur: Græci obseruant ad Canonem XV. Synodi Chalcedonensis: ὁ μέγας Ἀπόστολος Παῦλος Τιμοθέῳ ἐπιστέλλων· χήρα μὴ καταλεγέσθω, φησὶν, ἐλάττων Ξ ἐτῶν. διὰ τί οὖν

οὕτως διαταξαμένου τοῦ Παύλου, ἡ Σύνοδος αὕτη τεσσαράκοντα ἐτῶν εἶναι τὴν χειροτονουμένην εἰς Διακόνισσαν ἀποτυπώσατο; φασὶν οὕτω, ὅτι ὁ μὲν Ἀπόστολος περὶ χηρῶν διωρίσατο. ἡ δὲ σύνοδος αὕτη περὶ παρθένων. Postea Iustinianus annum definiuit *quadragesimum* Nouella CXXIII. cap. XIII. Διακόνισσαν δὲ ἐν ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ μὴ χειροτονεῖσθαι, ἥτις ἐλάττων ἐστὶ τῶν Μ ἐτῶν.

CAP. VII.

B. Asterius quando Homiliam IV. *habuerit. Quando habitus sit à B. Augustino Sermo* IV. *eorum, quos edidit V. C. Sirmundus. de Gladiatorio munere, & Kalendario edito ab A. V. Heruuarto. XX. Martyres Hipponenses non ijdem cum XX. Tarsensibus. Titulus Epistolæ Constantinianæ apud Eusebium emendatur.*

CONiiciemus in hoc miscellum caput, quicquid vltro se primum offeret: Extant aliquot B. Asterij Amaseæ Episcopi Homiliæ, quas Latine vertit V. C. Philippus Rubenius, publici vero iuris fecit eruditissimus Brantius: Eum Asterium Iuliani Imperatoris σύγχρονον, aut eius ætati supparem fuisse probat Brantius ex Homilia III. Sed licet paullo exactius tempus circumscribere ex Homilia IV. ποῦ οἱ ὕπατοι, τοὺς χθὲς καὶ πρώην ἀρίθμησον. οὐχ ὁ μὲν, ὡς οἱ κακοῦργοι, τῆς κεφαλῆς ἀπετμήθη, πλήθους ὁπλιτεύοντος ἀθρόα κινήσει περιπεσών· ἐπομπεύθη δὲ μετὰ θάνατον μᾶλλον, ἢ ὅτε φερόμενος

ἐπὶ τῷ δίφρου ἐγχαρείᾳ τῷ ἀξιώματος; *Rufinum* hic intelligit, qui Arcadio iterum Consuli collega fuit, Indictione V. anno Christi Dionysiano tercentesimo nonagesimo secundo, estque cæsus Indictione VIII. Olybrio, & Probino Coss. anno Christi Dionysiano tercentesimo nonagesimo quinto. Marcellinus Comes in Chronico ad hunc annum: *Porro detecto dolo suo* Rufinus *ab Italicis militibus olim cum Gaina Comite Arcadio missis, ante portam Vrbis merito trucidatus est. Caput eius manusque dextra per totam Constantinopolim demonstrata.* Quæ verba vicem sunt Commentariorum B. Asterio, eique clarissimam præferunt facem. Sed habitam fuisse à B. Asterio hanc concionem in Kalendas Ianuarias anni Dionysiani quadringentesimi, qui Consules habuit Stiliconem & Aurelianum certo euincit, quod dixit B. Asterius de Consule, qui anno proxime præterito ante quam hæc pro concione diceret B. Asterius, Fastos signauerat: ὁ δὲ τῷ παρελθόντος ἐνιαυτῷ πῶς ἐτερόγνωσιν μείζονα τῶν Γιγάντων, γυναιξὶν ὢν καὶ ἀνδράσιν ἀμφισβητήσιμος; ῥάβδους χυείων φυγὼν, ῥάβδων Ὑπατικῶν ἐπιθύμησεν· ἐκτήσατο γοῦν, ὅσον οὐδὲ εἰπεῖν εὔκολον· ἐτάφη δὲ ἐν τοσαύτῃ, ὅσης ὁ ἐλεήσας μετέσχεν. Manifesto ista indicant *Eutropium* Eunuchum, qui cum Manlio Theodoro Consul fuit anno Christi Dionysiano tercentesimo nonagesimo nono. Dixit enim B. Asterius, γυναιξὶν ὢν καὶ ἀνδράσιν ἀμφισβητήσιμος; quia *Eunuchus* erat: Seruitutem quoque seruiisse indicat,

Digitized by Google

ῥάβδοις κυρείων φυγὼν, ῥαβδῶν Ὑπατικῶν ἐπεθύμησεν. quod *Eutropio* quoque obiicit Claudianus L. II. in Eutropium, Prologo:

Qui modo sublimes rerum flectebat habenas
Patricius, rursus verbera nota timet.

Quod de eius diuitiis obseruauit Asterius, ἐκτήσατο γῆν, ὅσην οὐδὲ εἰπεῖν εὔκολον, narrant alij: Marcellinus Comes ad Indictionem IX. Arcadio IV. & Honorio III. Coss. *Eutropius sacri palatij cubicularius omnes opes arripuit, auaritiamque transgressus est.* Paullo ante apud Asterium legitur de quodam Consule, quem non clare designat: ἄλλος δὲ μετὰ στρατηγίας τῆς αὐτῆς ταύτης (Ὑπατικῆς) ἐπιτυχὼν τιμῆς, κακῶς ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς Αἰγύπτου καὶ τῆς Λιβύης ἀπώλετο, φεύγων τῆς καταδίκης τὴν τιμωρίαν, εἶτα ταῖς ψάμμοις ἐντελευτήσας. Vnus est ex iis hic Consul, quos *Eutropius* pessumdedit, de quo Claudianus L. I.

Qui nihil optasset plus libertate mereri,
Iam iam dissimulat dominos, alteque tumescunt
Seruiles animi: procerum squalore repletus
Carcer, & exulibus Meroë, campique gemiscunt
Æthiopum: pœnis hominum plaga personat ardens:
Marmaricus claris violatur cædibus Ammon.

Sed quid tricamur? Consul hic est *Timasius*, qui

anno Christi Dionysiano tercentesimo octagesimo nono, Indictione II. cum Promoto Consul fuit, vt habes apud Marcellinum Comitem, idemque exercitus duxit, vt habet Asterius, cui plane concinit Sozomenus Historia VIII. cap. VII: de Eutropio loquens: τὸν Τιμάσιον Στρατηγὸν δυνατὸν καὶ φοβερώτατον γενόμενον εἰς τὴν κατ' Αἴγυπτον Ὄασιν ἀϊδίῳ φυγῇ ἐζημίωσε τυραννίδος ἐπαγαγὼν αἰτίαν. ἀλλ' ἐκεῖνος ἢ δίψῃ πιεζόμενος, ὥς τινος ἐπυθόμην, ἢ δεδιὼς μή τι χεῖρον ὑπομείνῃ, ἐν τοῖς αὐτόθι ψάμμοις εἰλούμενος εὑρέθη νεκρός. Nullo alia commentario opus est ad lucem eorum, quæ dixit B. Asterius. Edidit Vir Clarissimus Iacobus Sirmundus Sermones aliquot B. Augustini, inter quos quartus hunc præfert titulum: *Habitus in Basilica Restituta die munerum. De versu Psalmi* L. *Quoniam iniquitatem meam ego agnosco.* Eius autem hoc est initium. *Cantantes Dominum rogauimus, vt auertat faciem suam à peccatis nostris, & omnia facinora nostra deleat. Sed animaduertere potestis, fratres, quod in eodem Psalmo audierimus: Quoniam iniquitatem meam ego agnosco, & peccatum meum ante me est semper.* Habemus in sequentibus, vnde inuestigetur annus, quo hic sermo est habitus. *Terræ motus magni de Orientalibus nuntiantur, nonnullæ magnæ repentinis collapsæ sunt ciuitates. Territi apud Hierosolymam qui inerant Iudæi, pagani, catechumeni., omnes sunt baptizati. Dicuntur forte baptizati septem millia hominum. Signum Christi in vestibus Iudæorum baptizatorũ apparuit.*

Relatu

Relatu fratrum fidelium constantissimo ista nuntiantur. Habuit igitur hunc Sermonem B. Augustinus Carthagine, *in basilica Restituta*, anno Christi Dionysiano quadringentesimo decimo nono extremo, Monaxio & Plinta Coss. quo anno terra mouit motu illo, cuius meminit Vir sanctissimus. Marcellinus Comes:

IND. II. *Monaxio & Plinta Coss.*

Multæ Palæstinæ ciuitates villæque terræmotu collapsæ. Dominus noster Jesus Christus semper vbique præsens, & supermontem Oliueti Hierosolymæ vicinum sese de nube manifestauit. Multæ tunc vtriusque sexus vicinarum gentium nationes, tam visu, quam auditu perterritæ, atque credulæ, sacro Christi fonte ablutæ sunt, omniumque baptizatorum in tunicis crux Christi Saluatoris, diuinitatis nutu, extemplo impressa refulsit. Qua de re retulit ad Ecclesias Christi per Epistolam Ioannes Hierosolymorum Episcopus, vt habes in Fastis Idatij:

Monaxio & Plinta.

His Coss. S. Ioannes Hierosolymorum Episcopus, qui supra, Epistolam dirigit, per Ecclesias orbis terrarum, quæ habetur, de signis terroribúsque diuinitus perpetratis. Cyclus erat Solis octauus, litera Dominicali E. Quare putamus Sermonem hunc habitum fuisse à B. Augustino, *Carthagine*, in Basilica *Restituta*, anno Christi Dionysiano *quadringētesimo decimo nono*, feria *secūda*, die *sexto Eidus Decēbreis*, qui vnus è *diebus munerū* erat, quorum hic est numerus, & hæc series, in veteri Kalendario, quod Constantini Magni temporibus, ipso anno Christi CCCXXV. quo Synodus

Digitized by Google

prima Nicæna celebrata est, confectum volunt:

DECEMBER.

G. IV. *Nou. Decemb.*	*Initium muneris.*	
B. *Prid. Non. Decemb.*	*Munus arca.*	*dies Ægyptiacus.*
C. *Non Decemb.*	*Munus arca.*	
D. VIII. *Id. Decemb.*	*Munus arca.*	
F. VI. *Id. Decemb.*	*Munus*	*Kandida.*
C. XIV. *Kal. Januar.*	*Munus arca.*	
D. XIII. *Kal. Januar.*	*Munus*	*Kandida.*
E. XII. *Kal. Ianuar.*	*Munus arca.*	
G. X. *Kal. Ianuar.*	*Munus arca.*	
A. IX. *Kal. Ianuar.*	*Munus arca.*	*Consumat.*

Constat autem ex ipso B. Augustini Sermone, habitum fuisse *feria secunda*, nam ea feria, qua Sermonem hunc habuit Augustinus, *Psalmus* hic *quinquagesimus* in Ecclesia cantatus est. Constat autem in Ecclesia hunc Psalmum cantari solitum *feria secunda*: vnde concludimus hunc Sermonem habitum fuisse *feria secunda*, in quam incidit dies sextus Idus Decembreis: nam hoc anno Christi quadringentesimo decimo nono nullus *dies munerum* cadit in *feriam secundam*, præter hunc *sextum Eidus Decembreis*: atque hoc die *munus* dabatur à *Kandidatis Quæstoribus*, vt & die *tertiodecimo Kal.* Ianuar. nam hoc significant hæc verba ad illos dies *Munus Kandida.* id est, *munus Kandidatorum*: ceteris vero *munerum diebus*, ea exhibebantur ab *Arcarijs*, sed nec tanto sumptu, nec tanto gladiatorum numero, quanto *Kandidati* exhibebant: Atque id vtrumque ab Alexandro

Digitized by Google

Seuero primum institutum. Lampridius in eius Vita: *Quæstores* candidatos *ex sua pecunia iussit munera populo dare, sed vt post Quæsturam Præturas acciperent, & inde Prouincias regerent:* Arcarios *vero instituit, qui de arca fisci ederent munera, eadémque parciora.* Sed, vt hoc obiter obseruem, Constantinum Magnum non fuisse huius Kalendarij auctorem id probat, quod ad Decembrem mensem adscribitur, quibus diebus Gladiatorum munera ab *Arcarijs* è fisco, aut à Quæstoribus *Kanditatis* darentur: Atqui tantum abest, vt voluerit Constantinus Magnus gladiatorum munera è fisci sui arca populo dari, vt contra etiam ante Nicænam Synodum, omnino gladiatores esse prohibuerit, qua de re Constitutio eius legitur Leg. I. Cod. Theod. *de gladiatoribus.*

I*mp. Constantinus A. Maximo P.F. P.*

Cruenta spectacula in ocio ciuili & domestica quiete non placent. Quapropter qui omnino gladiatores esse prohibemus, eos qui forte delictorum causa hanc condicionem adque sententiam mereri consueuerant, metallo facies magis inseruire, vt sine sanguine suorum scelerum pœnas agnoscant. PP. Beryto, Kal. Octob. Paulino & Iuliano Coss.

Sublato de viuis Constantino, reditum est ad hæc gladiatorum munera, vt constat è Constantij Constitutione, quæ habetur Leg. II. Cod. Theod. *eod.*

Impp. Constantius A. & Iulianus Cæs. ad Orfitum P.V.

Vniuersi qui in vrbe Roma gladiatorium munus impendunt, prohibitum esse cognoscant, sollicitandi auctorandos milites, vel eos qui palatina sunt præditi dignitate, sex auri librarum multa imminente, si quis contra tentauerit. Sponte

Digitized by Google

etiam ad munerarium adeuntes per officium sublimitatis tuæ ad Magistros equitum ac peditum, aut eos qui gubernant officia palatina, oneratos ferreis vinculis mitti conueniet: vt huius Legis statuto palatij dignitas à gladiatorio detestando nomine vindicetur. Dat. XVI. Kal. Nouemb. Constantio A. VIIII. *& Juliano Cæs. II. Coss.*

Gladiatorum igitur munera populo data sunt iterum, Constantio imperante, & exinde ad Honorij vsque tempora, sed ex *arca* fisci, aut à *Kandidatis* Quæstoribus, solo mense Decembri, vt ex hoc Kalendario constat: atque huc maxime spectat Constitutio Constantij, meo iudicio, quæ duobus fere mensibus data est, antequam munera ista ab *Arcarijs* atque *Kandidatis* darentur mense Decembri, ne auctorandos milites aut eos qui palatina sunt præditi dignitate, sollicitarent Arcarij aut Kandidati, à quibus exhibenda erant munera. Neque puto exhibita fuisse ab alijs, alijs mensibus, gladiatoria munera, ad hæc enim illustre exemplum referendum est, quod causam præbuit pientissimo Imperatori Honorio nefandum hoc spectaculum prorsus tollendi: Historiam habes apud Theodoritum, alios, sed referam Epiphanij Scholastici siue Cassiodori verbis, Historiæ Tripertitæ Lib. X. *Honorius itaque suscipiens Occidentis imperium, monomachias, quæ iam olim Romæ celebrabantur, huiusmodi de causa remouit. Quidam Telemachus conuersationis monasticæ, hac de causa ab Oriente venit Romam. Cumque nefandum illud spectaculum ageretur, etiam ipse intrauit in stadium, & descendens nitebatur pugnantes in-*

Digitized by Google

terse gladijs separare. Cúmque spectatores aduersus eum sæuirent, & in effusione sanguinis grassarentur, prouisorem pacis lapidibus occiderunt. Hoc vbi cognouisset mirabilis Jmperator, illum quidem inter victores martyres numerauit, nefandum vero spectaculum prorsus sustulit. Tria ex his verbis colligimus; primum est istud accidisse circa initia imperij Honorij; secundum est, munus istud gladiatorium exhibitum fuisse quotannis pro more solenni, vnde necesse est dicere, fuisse munus gladiatorium quod quotannis mense Decembri ab *Arcarijs* è fisco, aut à *Kandidatis* Quæstoribus populo dabatur: tertium est, Honorium Imperatorem Roma abfuisse tunc, ex relatione enim ista accepit & cognouit Imperator Honorius, quæ *Telemacho* accidisse memorant Scriptores Ecclesiastici: Cœlo receptus est Theodosius Magnus anno Christi Dionysiano tercentesimo nonagesimo quinto, Olybrio & Probino Coss. die sextodecimo Kalendas Februarias. Sed ad hunc annum nō potest referri historia de *Telemacho* narrata: Historia enim Tripertita verbis, quæ iam descripsimus, ista subijcit in continenti, quæ tempus circumscribunt: *Cùm vero modicum tempus transisset, etiam Nectarius Constantinopolitanus Episcopus defunctus est, Consulatu Cæsarij & Attici, septimo & vicesimo die Septembris mensis.* Atqui à munere gladiatorio Decembris mensis anni tercentesimi nonagesimi quinti ad diem vicesimum septimum mensis Septembris anni tercentesimi nonagesimi septimi, annus intercedit cum mensibus nouem; non est

Digitized by Google

igitur *modicum* illud *tempus*, quod *transisse* dicunt à nefaria illa *Telemachi cæde ad Nectarij Episcopi Constantinopolitani excessum*: interuallum namque intelligunt, quod sit *anno minus*: Quare existimamus *Telemachum* occisum fuisse *die* aliquo *munerum*, mense *Decembri*, anno Dionysiano *tercentesimo nonagesimo sexto*, Arcadio IV. Honorio III. AA. Coss. *nouem* ante obitum Nectarij *mensibus*: Erat Honorius *Mediolani* mense *Decembri medio*, anno *tercentesimo nonagesimo sexto*: ita colliges è Constitutione Honorij, ad Arrianum Consularem Liguriæ, quæ est *data XV. Kalend. Jan.* Mediolani, *Arcad. IV. & Hon. AA. Coss.* Leg. IV. Cod. Theod. *vnde vi.* Ibidem quoque erat *extremo* mense *Januario* anni *tercentesimi nonagesimi septimi*: vide Legem XXI. Cod. Theod. *de extraordinarijs siue sordidis muneribus*, *Dat. prid. Kal. Feb. Med. Cæsario & Attico Coss.* & Legem XXX. Cod. Theod. *de Episcopis, Ecclesiis, & Clericis*, quæ eiusdem est diei: Fuit quoque *quintodecimo Kalend. Martias* eiusdem anni *Mediolani*, Leg. VII. Cod. Theod. *de suariis, pecuariis, & susceptoribus, &c.* Fuit item ibidem *sextodecimo* & *quintodecimo Kalend. April.* eiusdem anni Leg. III. Cod. Theod. *Quemadmodum munera ciuilia indicuntur*, & Leg. III. Cod. Theod. *de priuilegiis corporatorum vrbis Romæ.* Suspicio igitur nostra est, mense Ianuario, *Cæsario & Attico Coss.* id est, anno Christi Dionysiano *tercentesimo nonagesimo septimo*, cum relatum esset ad Honorium Augustum, qui *Mediolani* erat, de *Telemachi*, cæde, in *die* aliquo *munerum* mensis *Decembris*

Digitized by Google

anni proxime præcedentis, Imperatorem Honorium hæc gladiatorum nefanda spectacula Lege prorsus sustulisse. Quæ cum ea Lege sublata essent, mense *Aprili* sequenti cauit, ne dissipatæ gladiatorum familiæ, cum nulla amplius eorum essent munera, ad Senatoria seruitia transirent: habes Leg. III. Cod. Theod. *de gladiatoribus.*

Impp. Arcadius & Honorius AA. ad Populum. Post alia. Si quos è gladiatorio ludo ad seruitia Senatoria transisse constabit, eos in extremas solitudines amandari decernimus. Dat. PP. Romæ, Cæsario & Attico Coss.

Quando Legem hanc scripsit Honorius, *Romæ* erat, nam *Romæ* non tantum *proposita* est, sed etiam *data*, quemadmodum & Lex II. Cod. Theod. *De Habitu quo vti oportet intra vrbem*: & Lex vnica Cod. Theod. *de Campo Martio vrbis Romæ.* Fuit autem *Romæ* Honorius mense *Aprili*, constat è Leg. Vn. Cod. Theod. *Quibus militantibus ad vrbem non liceat accedere.*

Impp. Arcadius & Honorius AA. ad Populum. Post alia. Agentes in rebus adque palatinos, alió sque milites inferioris militiæ (exceptis his quibus negotium aliquod, aut munus fuerit iniunctum) omni penitus arceri Vrbis venerabilis iubemus accessu; ita vt si quis nostri edicti auctoritatem violare tentauerit, deportatione plectatur, &c. Dat. & PP. Romæ, VII. Id. April. Cæsario & Attico Coss.

Eodem tempore scriptam fuisse Legem hanc de *Gladiatoribus*, nulli dubitamus, vt & L. II. Cod. Theod. *de Habitu, quo vti oportet intra vrbem*, & L. vn. Cod. Theod. *de Campo Martio vrbis Romæ.* Nam

Digitized by Google

hæ omnes ſunt *ad Populum, datæ & propoſitæ Romæ in foro Traiani*, vt ex his duabus poſterioribus conſtat. Quanquam *Mediolanum* aliquot poſt diebus rediit: nonnullæ enim Leges leguntur in Codice Theodoſiano datæ *Mediolani XVII. Kal. Maij*, & XII. *Kal. Maij, Cæſario & Attico* Coss. Sed de his ſatis: Inter eoſdem B. Auguſtini Sermones, XXX. eſt *in Natali viginti Martyrum*. Martyres hi Eminentiſſimo Cardinali Baronio in Notis ad Martyrologium, & in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum CCCV. num. XIV. viſi ſunt ijdem habendi cum *Martyribus viginti*, qui apud *Tarſum* Ciliciæ paſſi ſub Diocletiano leguntur VIII. *Eidus Iunias*. At V. C. Iacobus Sirmundus, qui hunc edidit Sermonem, certum retur, diuerſos à *Tarſenſibus* fuiſſe *Hipponenſes*, de quibus hic agitur, & Sermone X. *de Diuerſis*, itémque Lib. XXII. *de Ciuitate Dei*, cap. VIII. & id quidem bene: Natalis enim *viginti Martyrum Tarſenſium* eſt dies *octauus Eidus Iunias*, cùm dies ſunt longiſſimi: at vero Natalis horum *viginti Martyrum Hipponenſium*, quo hunc Sermonem habuit B. Auguſtinus, cadit in eam anni tempeſtatem, qua breues ſunt dies: En teſtem ipſum B. Auguſtinum hoc Sermone extremo: *Hæc caritati veſtræ pro exhortatione in hoc ſancto loco ſufficiant, quoniam* dies parui *ſunt, & adhuc nobis in maiori Baſilica reſtant, quæ agamus cum caritate veſtra*. Si dies Natalis horum viginti Martyrum è *paruis* eſt, vt eſt, teſte Auguſtino, profecto non eſt *octauus Eidus Iunias*, qui è *longiſſimis*. Vnde ſequitur hos *Martyres viginti Hipponenſes*

Digitized by Google

ponenses non eosdem esse cum illis *Tarsensibus viginti*, qui *octauo Eidus Iunias* die passi sunt. Extat apud Eusebium L. X. cap. V. Constantini Magni Epistola ad Miltiadem Romanum Pontificem, de cogendo in Cæciliani Carthaginensis Episcopi causa Concilio, sed misere corruptus est Epistolæ titulus, qui hic est:

Κωνσταντῖνος σεβαστὸς Μιλτιάδῃ Ἐπισκόπῳ ῥωμαίων καὶ Μάρκῳ.

Quis enim sit iste *Marcus*, nemo temere dixerit: nam nullus *Marcus* in hoc Concilio sedit iudex: eorum quippe nomina recéset Optatus, sed nusquam in optati albo comparet *Marci* nomen: Emendatio Eminentissimi Annalium Ecclesiasticorum scriptoris, rescribentis ἀντὶ τοῦ, καὶ Μάρκῳ, τῷ Ἱεράρχῃ, dicis causa potius ab illo in medium adfertur, quá quod putet huius loci esse germanam: nam, vt mittam longius esse petitam, non puto illo æuo Episcopos dictos *Hierarchas* fuisse; neque certe, etiási demus fuisse titulum Miltiadis, apponere vllum erat operæ pretium, præcedebat enim ille Ἐπισκόπου Ρωμαίων, quo idem significatur. Existimo legendum esse:

Κωνσταντῖνος Σεβαστὸς Μιλτιάδῃ Ἐπισκόπῳ Ρωμαίων χαι. μακρῷ.

Constantinus Augustus Miltiadi Episcopo Romanorum Salutem Plurimam.

Vox χαίρειν, quia vsitatissima frequentissimaque in literarum epigraphis, integrè non erat adscripta; itaque in καὶ facile mutauit: è μακρῷ autem

Digitized by Google

(supple χειρὶ) nullo negotio factum est Μαρχῷ nomen viri proprium.

CAP. VIII.

De Memoriis, Basilicis, & Oratorijs: Quomodo inter se differant. B. Hieronymus, Cedrenus, & Itinerarium Hierosolymitanum castigantur.

DEcreuit Synodus VII. Canone VII. non licere Ecclesiam cum altari sine cineribus aut reliquiis alicuius, siue Sancti, siue Martyris, superstruere, & dedicare. Canon est in hæc verba: ὅσοι οὖν σεπτοὶ ναοὶ καθιερώθησαν ἐκτὸς ἁγίων λειψάνων Μαρτύρων, ὁρίζομεν ἐν αὐτοῖς κατάθεσιν γίνεσθαι λειψάνων, μετὰ καὶ τῆς συνήθους εὐχῆς. ὁ δὲ ἄνευ ἁγίων λειψάνων καθιερῶν ναὸν, καθαιρείσθω, ὡς παραβεβηκὼς τὰς Ἐκκλησιαστικὰς παραδόσεις. Erat autem hæc *traditio Ecclesiastica*, ἔθος τὸ Ἐκκλησιαστικὸν, inquit Balsamo ad hunc Canonem, τοὺς θείους ναοὺς καθιεροῦσθαι διὰ ἁγίων λειψάνων μαρτυρικῶν & quidem obseruatæ *traditionis* huius satis antiqua leguntur exempla: nam habes apud B. Ambrosium Epistola ad Marcellinam sororem. *Quoniam nihil eorum, quæ hic te absente, geruntur, sanctitatem tuam celare soleo, scias etiam, dilectissima Soror, sanctos Martyres à nobis repertos: Nam cum ego Basilicam dedicare vellem, multi tanquam vno ore interpellare ceperunt, dicentes,* Sicut in Romana, sic Basilicam dedices: *Respondi, Faciam, si* Martyrum reliquias *inuenero.* Sed hic locus est obiter illustrandus,

Digitized by Google

cum bono Deo. Aliæ editiones præferunt, *Sic in Romana Baſilicam dedices*: Vnde colligebant Viri eruditiſſimi, *Mediolani* fuiſſe *Romanam regionem*, in qua fuit iſta ab Ambroſio, vt volunt, dedicanda Baſilica: In Regiis codicibus MSS. quibuſcum paria faciunt illi Bibliothecæ Vaticanæ, vt referunt viri præſtantiſſimi, legitur, *Sic & Romanam Baſilicam dedices.* Atque hinc putant colligi Viri vndecumque doctiſſimi, hanc, quæ *Romana*, dicitur, Baſilicam eandem eſſe, quam de ipſius B. Ambroſij nomine populus *Ambroſianam* appellauit. Sed neque ad hos, neque ad illos poſſumus accedere, ſi verum amamus dicere: Nam quod ad hos poſteriores attinet, liquido demonſtrabimus Baſilicam *Ambroſianam* non eandem eſſe cum *Romana*. In Baſilicam *Ambroſianam* tranſlata ſunt corpora SS. *Protaſii* & *Geruaſii*, vt docet B. Ambroſius ibidem. *Sequenti die tranſtulimus ea in Baſilicam, quam appellant Ambroſianam.* In Baſilicam vero *Romanam* tranſlatum eſt corpus S. *Nazarij.* Paulinus in Vita B. Ambroſij. *Quo in tempore S.* Nazarij *Martyris corpus, quod erat in horto poſitum extra ciuitatem, leuatum ad Baſilicam Apoſtolorum, quæ eſt* Romana, *tranſtulit.* Quanquam non eſt audiendus Paulinus in notatione temporis, quaſi poſt obitum Theodoſij Magni iſta contigiſſent: At cōtra prima Eccleſiarum, quas, eo tranſlatis SS. Martyrum reliquiis, dedicauit B. Ambroſius, fuit hæc *Romana*, Conſtat id atteſtatione illius Manuſcripti codicis Bibliothecæ Regiæ, quo Mediolanenſium Epiſcoporum hiſtoria ſummatim perſtringitur.

Digitized by Google

Mortuo Constantio Imperatore, Valentinianus Imperator *efficitur, qui beatum Ambrosium in ciuitate Mediolanensi suum delegauit Vicarium generalem, vt ciuitatem Mediolanensem, & totam Liguriam, atque Æmiliam* Prouincias *gubernaret. Hunc Christus viua voce in Archiepiscopum Mediolanensem elegit, & infra octo dies ordinatus fuit.* Dein appingitur figura Ecclesiæ, pro cuius valuis inscriptum legitur, ECCLESIA. ROMANA. & S. AMBROSIVS. COLVMNA. TOTIVS. ECCLESIÆ. Post alia quædam. *Beatissimus & sanctissimus Ambrosius dum adhuc in carne viueret, & in Archiepiscopatu Mediolanensi sederet, fundauit quatuor pulcerrimas Ecclesias: videlicet* primam *in honorem B. Petri, & omnium Apostolorum, quæ modo dicitur S.* Nazarij: Secundam *in honorem* SS. *Geruasii &* Prota*sii, & omnium Martyrum, quæ modo dicitur S.* Ambrosij: Tertiam *in honorem omnium Confessorum, quæ modo dicitur* S. Dionysij: Quartam *in honorem omnium Virginum, quæ modo dicitur S.* Simpliciani. Basilica illa, quam *primam* fundauit B. Ambrosius, post eius tempora dicta est S. *Nazarij*, quia in eam transtulerat B. Ambrosius corpus S. *Nazarij* In Basilicam autem *Romanam* translatum fuisse à B. Ambrosio corpus S. *Nazarij* testatur Paulinus. Quare ea Basilica, *Romana* est, quam cùm iam ante dedicasset B. Ambrosius, translato in eam corpore S. *Nazarij*, populus exigebat ab Ambrosio, vt *Ambrosianam* quoque dedicaret Basilicam, translatis in eam corporibus SS. Martyrum, quod se facturum pollicitus est B. Ambrosius, si reliquias Martyrum inuenisset,

Digitized by Google

quibus inuentis, iisque in Basilicam *Ambrosianam* translatis, populo morem gessit: Est igitur rescribendum in Epistola B. Ambrosij: *Sicut Romanam, sic Basilicam dedices*. Quorum verborum sensus planus est ex iis, quæ iam disputauimus. Atque hinc facile euincemus, non posse ex iis concludi, fuisse *Mediolani* quandam regionem, quæ *Romana* diceretur: Nam Basilica non dicitur fuisse *in Romana*, sed potius ipsa *Romana* appellatur, vt expressis verbis habes apud Paulinum, & in veteri illo MS. codice Bibliothecæ Regiæ, ECCLESIA. ROMANA. quomodo etiam præferunt scripti B. Ambrosij codices. Suspicor autem hanc Basilicam, *Romanam* fuisse appellatam, quia cùm Mediolani nonnihil ritus Ecclesiastici in diuersum abirent à ritibus Ecclesiæ Romanæ, sacra in ea Ecclesia, quæ *Romana* dicitur, secundum ritus Ecclesiæ Romanæ peragebantur. Adde quod in honorem B. Petri, qui Ecclesiæ Romanæ Christianam suo cum sanguine profudit doctrinam, fundata erat. Sed hæc obiter; redeamus ad *Memoriarum* dedicationem atque constitutionem. Canon LXXXIII. Codicis Canonum Ecclesiæ Africanæ, non ad solas Martyrum siue Sanctorum reliquias coarctat, sed originem alicuius habitationis, vel passionis, vel possessionis, dummodo fidelissima origine tradatur, valere definit ad constituendas Martyrum *Memorias*. Verba autem Canonis hæc sunt.

De falsis Memoriis *Martyrum*.

Item placuit, vt altaria, quæ passim per agros, & per vias,

Digitized by Google

tanquã Memoriæ *Martyrũ constituũtur, in quibus nullum corpus, aut reliquiæ Martyrũ cõditæ probãtur, ab Episcopis, qui eisdẽ locis præsunt, si fieri potest, euertantur: Si autem hoc per tumultus populares nõ sinitur, plebes tamen admoneãtur, ne illa loca frequẽtẽt, vt qui recte sapiũt, nulla ibi superstitione deuincti teneãtur, & omnino nulla* Memoria *Martyrũ probabiliter acceptetur, nisi vbi corpus, aut aliquæ reliquiæ sunt, aut origo alicuius habitationis, vel possessionis, vel passionis, fidelissima origine traditur. Nam quæ per somnia, & per inanes quasi reuelationes quorumlibet hominum vbicũque constituuntur altaria, omnino improbentur.*

Vbi obserua ὡς ἐν παρόδῳ, Græcũ huius Canonis Interpretem legisse, *quæ passim per agros, & per vineas:* vertit nãque: ὁμοίως ἤρεσεν, ἵνα πανταχοῦ κατὰ τοὺς ἀγροὺς καὶ τοὺς ἀμπελῶνας θυσιαστήρια &c. nẽpe putauit cõpẽdiose scriptum esse, *per vias*, id est, *per vineas:* Ista vero verba: *Et omnino nulla* Memoria *Martyrũ probabiliter acceptetur, nisi vbi corpus, aut aliquæ reliquiæ sunt, aut origo alicuius habitationis, vel possessionis, vel passionis, fidelissima origine traditur;* ita vertit: καὶ παντελῶς μηδὲ μνήμη Μαρτύρων ἐπιτελεσθῇ εἰ μὴ τὸ ἢ σῶμα, ἢ τινα λείψανα ὦσιν, ἢ ἀρχαιότητι παραδιδῶνται. Quibus in verbis videtur tantũ legisse, *vbi corpus, aut aliquæ reliquiæ sunt, aut fidelissima origine traditur,* quæ ita interpretatur Zonaras: εἰ μὴ σῶμα μάρτυρος, μηδὲ λείψανα ἐκεῖ κεῖνται, ἢ ἐξ ἀρχαίων χρόνων ᾠκοδομημένον τὸ θυσιαστήριον ἐκεῖνο. At lõge melius Balsamo, & ex mente Patrũ Africanorũ: καὶ μὴ ἔχοντα σώματα, ἢ λείψανα Μαρτύρων, μηδὲ ἀρχῆθεν διεγερθέντα διὰ τὸ οἰκῆσαι ἐν αὐτοῖς Ὁσίους, ἢ μάρτυρας, ἢ κτήσεις ἴδια εἶναι τούτων, ἢ ἐν αὐτοῖς πάθη μαρτυρικὰ ὑποστῆναι. quãquã in hoc falsus, quod scribit: μηδὲ ἀρχῆθεν διε-

χερθέντα δὲ τὸ οἰκῆσαι ἐν αὐτοῖς ὁσίους, &c. Nam de nouo *Memorias* Martyrũ, aut Sanctorũ, excitare poterãt, in locis, vbi origo alicuius *habitationis*, vel *possessionis*, vel *passionis* fidelissima origine tradebatur, non tãtũ vbi *corpora*, aut aliquæ *reliquiæ* erant. Itaque optime Christiani *Chebrone* statuunt Ecclesiam siue *Memoriam Abrahami*, quia sãctissimi huius Patriarchæ *habitatio* & *possessio* olim fuit Chebrone, quæ satis superque erant, vt *Memoria Abrahami* illic constitueretur, cuius meminit Itinerariũ Hierosolymitanũ, siue Burdegalẽse mauis: *Inde Therebinto Cebrõ, mil.* II. *vbi est* Memoria *per quadrum ex lapidibus miræ pulchritudinis, in quo positi sunt Abraham, Isaac, Iacob, Sara, Rebecca, & Lia.* Habes quoq; apud Scriptorẽ Iudeum, Rabbi Beniaminũ in Itinerario: ושם הבמה הגדולה שקורין סנט אברהם והיא היתה כנסת יהודים בימי ישמעאלים עשו שם הגוים ששה קברים על שם אברהם ושרה יצחק ורבקה יעקוב ולאה ואומרים להולכים שהם קברי האבות ונותנין שם ממון *Hic*, id est, Chebrone, in agro Maopela, *est* Memoria *amplæ magnitudinis, cui nomen* Sancti Abrahami: *olim vero, Ismaëlitarũ tẽporibus, fuit Iudæorũ Synagoga. Christiani hic sex sepulcra fecere, quibus ab Abrahamo, Sara, Isaaco, Rebecca, Iacobo, & Lia, imposuere nomina: & peregrinãtibus dicũt hæc esse Patriarcharũ sepulcra, quo nomine pecuniã erogãt.* Facta est hæc *Sancti Abrahami in Memoria*, vt hinc liquet, postquã bello sacro Europæi Christiani à Sarracenorũ tyrannide Palæstinã vindicarũt, & sibi eius imperiũ asseruerũt: Nostis quippe rerum potientibus in Palestina peregrinatus est Beniaminus, vt qui anno Christi Dionysiano millesimo centesimo septuagesimo

tertio è peregrinatione illa in patriam redierit: Ex his coniecturam facere licet, Itinerarium Hierosolymitanum non esse ab vna vnius auctoris manu, sed è variis contextum: multa enim habet anterioris æui: Ecce tibi verba: *Item ambulauimus Dalmatio & Dalmaticei, Zenofilo Cons.* III. *Kalend. Iun. à Calcidonia, & reuersi sumus Constantinopolim* VII. *Kalend. Ian. Consule suprascripto.* Atque hic locus est, ex quo colligebant Viri summi Auctorem huius Itinerarij scripsisse ante Iuliani imperium. Sed, vt hoc ὡς ἐν παρέργῳ moneam, Consulum nomina ita sunt rescribenda: *Item ambulauimus Dalmatio Dalmat*I *Ce. F. & Zenofilo Coss.* Dalmatius est Dalmatij *Censoris* Filius, de quo Chronicon Alexandrinum, de Constantino Magno agens: καὶ Δαλμάτιον τὸν υἱὸν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Δαλματίου τοῦ Κένσωρος Καίσαρα ἀνηγόρευσεν. ἦν δὲ Δαλμάτιος ὁ υἱὸς Δαλματίου τοῦ ἀδελφοῦ Κωνσταντίνου τοῦ Εὐσεβοῦς στρατηγὸς Ῥωμαίων, καὶ Ὕπατος πρὸ τοῦ αὐτὸν ἀναγορευθῆναι Καίσαρα. quem locum descripsit etiam Cl. atque doctissimus Henricus Valesius noster in Notis ad Ammianum Marcellinum. In hunc quoque censum veniunt, quæ habentur in vrbis Hierosolymorum descriptione in hæc verba: *Est & non longe de statuis lapis pertusus, ad quem veniunt Iudæi singulis annis, & vnguunt eum, & lamentant se cum gemitu, & vestimenta sua scindunt, & sic recedunt.* Hoc Iudæis vsurpatum ab Hadriani æuo, puto, aut non longe infra, ad B. Hieronymi ætatem: nam id memorat B. Hieronymus Commentariis in cap. II. Sophoniæ. At vero, quæ hic habet Itinerarium

Hierosolymitanum

Digitized by Google

Hieroſolymitanum de *Memoria S. Abrahami*, ſcripta ſunt poſt occupatam ab Europæis Chriſtianis, ductu atque auſpiciis Godofridi Ducis Bullionii, Palæſtinam, vt hic locus comparatus cum Rabbi Beniamini verbis, ſatis probat. Sed ad alia properemus. In conſecrandis Eccleſiis ſiue *Memoriis* Martyrum διὰ ἁγίων λειψάνων μαρτυρικῶν, nihil erat neceſſe in illas referre *reliquias Sancti* illius, ſiue *Martyris*, in cuius honorem dedicabantur, dummodo alicuius *Sancti*, quiſquis ille eſſet, *reliquiæ* inferrentur; illuſtre habes exemplum in Eccleſiis illis quas fundauit B. Ambroſius, de quibus in ſuperioribus diximus. Illatione igitur horum reliquiarum *Memoriæ* conſecrabantur, adeoque etiam omnia publica loca, etiamſi ad hunc vſum deſtinata non eſſent. Quare Monachi, aliique, illatione reliquiarum SS. Martyrum loca populi voluptatibus fabricata occupabant, vt illic Deus coleretur, quod fieri vetat Leo Auguſtus. *Decernimus, vt poſthac neque Monachi, neque quicumque alij cuiuſcumque ſtatus atque fortunæ, in ædes publicas, vel in quæcumque loca populi voluptatibus fabricata, venerabilem crucem, & SS. Martyrum reliquias illicite inferre conentur, vel occupare ea, quæ vel ad publicas cauſas, vel ad populi oblectamenta conſtructa ſunt. Cùm enim religioſæ ædes non deſint, poſſunt ibi, conſultis prius (vt oportet) religioſiſſimis Epiſcopis, reliquias* SS. *Martyrum, non quorumdam vſurpatione, ſed arbitrio reuerendiſſimorum Antiſtitum collocare. Ideo patientiam & modeſtiam ſuam, quam Leges noſtræ, & publica diſciplina, & ipſorum Monachorum nomen expoſcit, ſtudioſe vnuſ-*

Digitized by Google

quisque tam Monachus, quam cuiuslibet alterius professionis retineat, & perpetuo obseruare procuret, L. XXVI. C. *de Episcopis & Clericis.* Atque vt id neque audeant, neque conentur Monachi, aut quilibet alterius professionis, Episcopalis erat curæ: eo enim refero Imperatoris Iustiniani verba: δεῖ δὲ τὸν θεοφιλέστατον Ἐπίσκοπον, τόν τε πατέρα, τούς τε λοιποὺς ἐν ὑπολήψει κτήτορας προνοεῖν τοῦ μηδένα τόπον πολιτικὸν ἢ δημόσιον παρὰ τῷ τείχει, ἢ ταῖς δημοσίαις στοαῖς, ἢ πλατείαις, ἢ ὅπου δήποτε κείμενον, συγχωρεῖν ὑπό τινος ἀλόγως κατέχεσθαι, μηδὲ ἐκδιδόναι πολιτικόν τινα τόπον χωρὶς ἡμετέρου θείου τύπου ἐστί. L. XXVI. C. *de Episcopali audientia.* Ab his Martyrum *Memorijs* distinguenda sunt *Dominica*, de quibus aliter, quam de *Memorijs* pronunciandum est, vt in sequentibus, Deo dante, dicemus: sed primo distinguenda ea esse probandum est è verbis XXVII. Canonis Synodi Laodicenæ: ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς Κυριακοῖς, ἢ ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις, τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν· itéque Canone LXXIV. Synodi VI. Oecumenicæ, è quo Ioannes Episcopus Citri in Responsis, ἀλλὰ δὲ καὶ ἐν τῷ ΟΔ τῆς οἰκουμενικῆς ϛ Συνόδου ταῦτα διαγορεύει, ὅτι οὐ δεῖ ἐν τοῖς Κυριακοῖς, ἢ ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τὰς λεγομένας ἀγάπας ποιεῖν, καὶ ἔνδον ἐν τῷ οἴκῳ ἐσθίειν, καὶ ἀκούβιτα στρωννύειν, οἱ δὲ τοῦτο τολμῶντες ποιεῖν, ἢ παυσάσθωσαν, ἢ καθαιρείσθωσαν. Nullam autem putat esse distinctionem Zonaras, inter *Dominicum*, vt vertit B. Hieronymus τὸ Κυριακὸν, & *Ecclesiam.* Eius autem hæc sunt verba ad hunc Canonem LXXIV. πολλαχοῦ δὲ τὸ τοῦ Κυριακοῦ ὄνομα εἴρηται ἐν τοῖς κανόσι ἐπὶ τῆς Ἐκ-

Digitized by Google

κλησίας λαμβανομένων, μόνος δὲ ὁ κανὼν οὗτος διαστέλλει τάχα τὴν Ἐκκλησίαν καὶ τὸ Κυριακόν. οἶμαι δὲ τὸ, ἢ, ἐνταῦθα μὴ διαζευκτικῶς κεῖσθαι, ἀλλ' εἰς ἐφερμηνευτικόν, καὶ ἀντὶ τοῦ, ἤτοι. quo sensu Laodicenum Canonem interpretatur Dionysius Exiguus his verbis: *Quod non oporteat in domicilijs diuinis, id est, in Ecclesiis, conuiuia, quæ vocantur Agapæ, fieri:* item Amalarius Fortunatus de Ecclesiastico Officio L. III. cap. II. *Ecclesia est conuocatus populus per ministros Ecclesiæ ab eo, qui facit Vnanimes habitare in domo. Ipsa domus vocatur* Ecclesia, *quia Ecclesiam continet. Ipsa vocatur* Κυριακὴ, *quia est Dominicalis.* At vero Balsamo ad eundem LXXIV. Canonem, differitatem aliquam agnoscit inter *Dominicum,* & *Ecclesiam*, in quo tamen ea posita sit, non statuit. ἐπεχείρησαν δέ τινες εἰπεῖν τὸ αὐτὸ εἶναι Κυριακὸν τόπον, καὶ Ἐκκλησίαν, καὶ ἑρμηνεῦσαι τὸ ἢ συμπλεκτικὸν, καὶ οὐ διαζευκτικὸν, ἐμοὶ δὲ οὐκ ἔδοξε. μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν, μὴ γίνεσθαι ἀγάπας ἐν Κυριακοῖς, ἢ ἐν Ἐκκλησίαις, κωλύει τὸ ἐσθίειν καὶ ἀκούβιτα στρωννύειν εἰς μόνους τοὺς οἴκους, ἤγουν τὰς Ἐκκλησίας. ὥστε διαφορά ἐστιν Ἐκκλησιῶν, καὶ προνάων, καὶ ἄλλων Κυριακῶν τόπων. Sed ratio Antiocheni Patriarchæ nobis non probatur: nam tum hoc Canone, cùm etiam Laodiceno cauetur, ne omnino in *Dominicis*, aut *Ecclesiis* Agapæ agitentur, siue intra ædem sacram, siue extra ipsam in pronao, aut alio loco, qui sit intra Ecclesiæ terminos: at vero cibum capere intra ædem ipsam tantum vetatur: καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ ἐσθίειν, καὶ ἀκούβιτα στρωννύειν, inquiunt Laodiceni Patres, καὶ ἔνδον ἐν τῷ οἴκῳ ἐσθίειν καὶ ἀκούβιτα

Digitized by Google

στρωννύειν, vt est sancitum à Constantinopolitanis in Trullo. Non vero prohibetur intra Ecclesiæ terminos, iis in cellulis, locisque, qui vsibus eorum, qui Ecclesiæ ministrabant, erant deputati: quid enim tum ministris ipsis Ecclesiæ, tum illis alioqui fieret, qui ad Ecclesias confugiebãt? Nam iis licebat, præterquam ἔνδον ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ τὰ Κυριακά, id est, in ipso Dei Templo, aliis in locis, inquam, licebat, intra Ecclesiæ terminos, cibum capere, vespere cubare, & pernoctare, vt constat è Constitutione Theodosij & Valentiniani, L. IV. Cod. Theod. *de his qui ad Ecclesias confugiunt;* & L. III. C. *eod.* Distinguuntur igitur τὰ Κυριακά, *Dominica*, eo maxime, vt puto, à *Martyrijs*, quod ad consecrationem siue dedicationem *Dominicorum* nihil opus erat illatione reliquiarum alicuius Sancti, siue Martyris: En tibi apud Cedrenum dedicatio *Dominici* sub Constantio in vrbe Regia, sine vlla aliquarum reliquiarum illatione, ἄνευ ἁγίων λειψάνων, quanquam postea in illud intulit Eusebius Nicomediensis. Cedreni verba sunt: τῷ Θ ἔτει, ἐλθὼν δὲ Κωνστάντιος εἰς τὸ Βυζάντιον, Παῦλον τὸν Ἐπίσκοπον τοῦ θρόνου ἀπήλασε, καὶ τὸν ἀσεβέστατον Εὐσέβιον τὸν Νικομηδείας εἰσήγαγε λῃστρικῶς καὶ ἀθέσμως τὸν τῶν κακῶν καταγώγιον, καὶ συντελεσθείσης τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας ὑπὸ Κωνσταντίνου, κατὰ τὴν ἐνδεκάθηκον ἐν πόλει τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, Εὐσέβιος ἐγκαινίζει· καὶ τὰ λείψανα ἀπὸ Ἀντιοχείας κομίζει, καὶ ἐν αὐτῷ κατατίθησι, τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Παμφίλου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, Θεοδούλου, Πορφυρίου, καὶ Παύλου. Sed est aliquot annorum meta-

chroniſmus apud Cedrenum : nam iſta contigerunt anno Conſtantij quarto, Chriſti Dionyſiano tercenteſimo quadrageſimo. Vide Socratem L. II. & Sozomenum L. III. Obſerua autem dedicationem huius *Eccleſiæ* factam eſſe αἰδῶ ἁγίων λειψάνων. Nam ea intulit, quæ paullo poſt tranſtulit Antiochia Euſebius, quo profectus erat cum Imperatore Conſtantio, vt Athanaſium damnaret, coacta Synodo Encæniorum *Dominici aurei* prætextu: Ergo dedicata eſt illa Eccleſia Conſtantinopoli ab Euſebio, αἰδῶ ἁγίων λειψάνων: nempe nullius Sancti, ſiue Martyris honori atque nomini erat conſecrata: Eam quippe dicit Cedrenus fuiſſe τὴν τοῦ θεοῦ μεγάλου Ἐκκλησίαν, quæ ædificari cepit à Conſtantino Magno, eiuſque, puto, meminit Codinus in Excerptis Chronici Conſtantinopolitani: αἰνήγειρε δὲ Conſtantinus Magnus καὶ τὴν Μαγναύραν, καὶ τὴν τοῦ Κυρίου Ἐκκλησίαν, quam proprie *Dominicum* ſiue τὸ Κυριακὸν dixeris: Nomẽ habes apud B. Hieronymũ in Chronico, num. Euſebiano CIƆ CIƆ CCCXLIV. *In Antiochia* Dominicum, *quod vocatur* aureum, *ædificari ceptum* & num. CIƆ CIƆ CCCLVIII *Antiochiæ* Dominicũ aureum *dedicatur:* atque in his Encæniis coacta Synodus, vt diximus, Athanaſium τὸν τῆς ὀρθοδοξίας πατέρα damnauit. Sed eſt prochroniſmus apud Hieronymum in adſignando anno, quo ædificari cepit hoc *Dominicum aureum*, & metachroniſmus in anno dedicationis: nam dedicatum conſtat Chriſti Dionyſiano tercenteſimo quadrageſimo primo. Athanaſius. ἦσαν δὲ οἱ συνελθόντες ἐν τοῖς

Ἐγκαινίοις Ἐπίσκοποι ἐνενήκοντα, Ὑπατείᾳ Μαρκελλίνου καὶ Προβίνου, ἰνδικτιῶνος ΙΔ. Ergo numero præcedenti. Dedicatum autem eſt hoc *Dominicum aureum* anno, ex quo ædificari cepit, decimo. Socrates L. II. cap. VIII. κατασκευάζει οὖν Σύνοδον ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας γενέσθαι, πρόφασιν μὲν τὴν ἐγκαινίων τῆς Ἐκκλησίας, ἣν ὁ πατὴρ μὲν τῷ Αὐγούστων κατασκευάζειν ἤρξατο, μετὰ τελευτὴν δὲ αὐτοῦ, ὁ υἱὸς Κωνστάντιος δεκάτῳ ἔτει ἀπὸ τῆς θεμελιώσεως συνετέλεσεν, niſi quis forte dicat, aliquot poſt peractum ædificium annis fuiſſe dedicatum, quod tamen non eſt verum, meo iudicio. Nam Cedrenus ædificari cepiſſe ſcribit anno viceſimo quinto Conſtantini Magni: τῷ ΚΓ, καὶ Δ, καὶ Ε, ἔτει Conſtantini Magni τὸ ἐν Ἀντιοχείᾳ ὀκτάγωνον Κυριακὸν ἤρξατο οἰκοδομεῖσθαι. Cùm hæc autem *Dominica*, tum & illæ *Martyrum Memoriæ* ſignificantur nomine *Eccleſiæ*: Vbi vero *Eccleſia* opponitur vnum ex his duobus, ſiue etiam tribus, ſi τὰ Εὐκτήρια *Oratoria* addas, reliqua duo *Eccleſiæ* nomine intelliguntur: ſic L. XIII. & XVI. C. *de ſacroſanctis Eccleſiis*, opponuntur *Eccleſiæ*, & *Martyria*: contra Canone Laodiceno, & Conſtantinopolitanorum Patrum in Trullo, *Eccleſiæ*, & *Dominica*. Sed Dominica, vt diximus, ἄνευ ἁγίων λειψάνων Μαρτυρικῶν dedicabantur: *Martyria* vero διὰ ἁγίων λειψάνων Μαρτυρικῶν, aut eo, quo præſcribit Canon Carthaginenſis, modo. Eodem ſenſu ſcriptum eſt apud Photium Nomocanonis Tit. II. cap. I. καὶ περὶ καθιερώσεως Ἐκκλησιῶν καὶ Μαρτυρίων μὴ ἐχόντων λείψανα ἁγίων, Συνόδου Καρθαγένης κανὼν ς. ΠΓ.

Σωόδου Νικαίας δ Β, χωρῶν Ζ, ΙΖ. Nam *Eccleſiæ* hic diſtinguuntur à *Martyrijs* : nam de *Martyrijs* agit Canon LXXXIII. Codicis Canonum Eccleſiæ Africanæ: at vero quod hic laudatur Canon VI. eiuſdem Codicis, falſum eſt: Verum ego exiſtimo à ſtudioſo aliquo appoſitam fuiſſe numeri ſenarij notam ϛ ad vocem Καρθαγένης. Eſt enim LXXXIII. hic Canon Codicis Canonum Eccleſiæ Africanæ conditus à Synodo Carthaginenſi ſexta earum, quarum Canones in hunc Codicem ſunt relati, vt facile eſt colligere ex ipſo Codice, qui id ἀποδείξαι. at poſtea ſedem mutauit hæc litera numeralis ϛ, & alienam occupauit, ſcilicet, poſt vocem χωρῶν, mendoſe, vt iam diximus. De iiſdem *Martyrijs* eſt intelligendus Canon VII. Nicænæ II. Synodi: At vero Canon XVII. eiuſdem Synodi agit de *Oratorijs*, quæ erant certe αἰὼ ἁγίων λειψάνων. Nam quomodo dedicarentur docet Balſamo ad Canonem VII. Synodi VII. & ad Canonem XXXI Synodi VI. in Trullo. Fiebat igitur dedicatio Eccleſiarum, quæ proprie *Dominica* dicebantur, ἐνθρονισμῷ, ἀνοιξίοις, καὶ ἐγκαινίοις, vt eſt apud Balſamonem loco proxime laudato: in eoque etiam poſt conſecrationem & dedicationem inferebantur reliquiæ Sanctorum, ſi libitum eſſet, vt videre eſt in iis, quæ iam ante obſeruauimus, de dedicato *Dominico* Conſtantinopoli à Nicomedienſi Euſebio, imperante Conſtantio: Atque hæc reliquiarum illatio erat quaſi eius conſummatio. In dedicandis autem *Martyrum Memorijs* omnino opus erat τῇ τῶν

Digitized by Google

ἁγιων λειψάνων καταθέσει *reliquiarum Sanctarum illatione*, aut aliis monumentis, quæ præscribit Carthaginensis Canon. *Oratoria* verò διὰ τῶν Αντιμελωσίων. dedicabantur.

CAP. IX.

Vestes, quibus inuoluebantur Iudæorum mortui, poterant esse polymitæ. Mortuus solutus omnibus Legibus, vt & superstites in procurando eius funere. B. Paulo lux prælata.

DE vestibus, quibus inuoluebantur apud Iudæos mortui, nonnulla obseruauit Eminentissimus Cardinalis Baronius, quæ excussit Incomparabilis Casaubonus, qua occasione factum est, vt quædam de iisdem adnotauerimus, quæ in hoc coniiciemus caput. Vestes eæ תכריכין Iudæis appellantur. Maimonides Commentariis ad Talmudis Codicem כלאים, cap. IX. §. IV. fol. XXXIII. תכריכי המת הבגדים שילבשו המת *Vestes sunt, quibus mortuos induunt.* Eas autem non erat vetitum, habere pannum assutum alterius generius: Id docent Talmudistæ Cod. נדה ת״ר תנו רבנן בגד שאבד בו כלאים cap. האשה שהוא עושה IX. fol. LXI. in Gemara: הרי זה לא ימכרנו לגוי אבל עושה ממנו תכריכין למת *Tradiderunt Magistri nostri, non licere vestem, cui assutus sit pannus alterius generis, vendere Gentili, sed licere mortuum ea inuoluere.* Male hic editur cum *Daleth* אבד, est enim cum *Resch*, אבר, id est, membrum, pars aliqua,

qua, Latinis hac in re *pannus*; vernacule diceremus, *vne piece*: quod vel ſenſus huius loci indicat, & è Gloſſa R. Salomonis Iarhij conſtat, quanquam male אבר etiam ſcribatur. : שאבר בו כלאים שאם היה מביר חוט הצמר בבגד הפשתן נותקו וכשר *Cui aſſutus ſit pannus alterius generis: Si quis vendit filium è lana in veſte linea, euellunt illud filium, tuncque veſtem induere licitum eſt.* Sed ad veſtes mortuorum redeamus: Eas totas eſſe polymitas nihil vetabat: ita nos docent Talmudiſtæ, Cod. כלאים ca. IX. §. IV. fol. XXXIII. תכריכי המת, אין בהם משום כלאים, *Veſtes, quibus inuoluuntur mortui, nihil vetat eſſe de polymitis.* Quæ eadem verbis totidem habes Cod. Hieroſolymitano *eod.* cap. vltimo, §. IV. fol. XXXI. Hic tamen in partes eunt Magiſtri: nam alij exiſtimant, mortuos indutos fuiſſe has veſtes polymitas, quando conclamabantur, & plangebantur, non autem, quando efferebantur & deponebant: alij vero depoſitos etiam fuiſſe in his veſtibus aſſerunt: habes Cod. נדה cap. IX. fol. LXI. רמא ר׳ ינאי לא שנו אלא. לספדו אבל לקוברו אסור האשה שהיא עושה א׳ר יוחנן אפילו לקוברו (è quo R. Salomo Iarhius in Gloſſa ad laudatum è Cod. כלאים locum.) *Dixit Rabbi Iannæus: Non tradiderunt, niſi quando conclamatur plangiturque mortuus: vetitum autem eſt, in polymita veſte eum deponere: Dixit Rabbi Iohannes; etiam licere in veſte polymita eum deponere.* Quare autem liceat, mortuum veſtem polymitam indutum conclamare atque plangere in eademque veſte deponere, rationem adferunt Iudæi, quod omnibus Legibus ſolutus ſit mortuus: Ha-

Digitized by Google

bes Hierosolymitano Cod. כלאים ad §. IV. iam à nobis laudatum: תבריכו המת כו׳ כתיב במתים חפשי כיון שאדם מת נעשה חפשי מן המצות *Vestes, quibus inuoluuntur mortui &c. Scriptum est*, Psalmo LXXXVIII. 6. Inter mortuos liber: *Quamprimum homo mortuus est, liber factus est ab obseruatione Legis.* Item in Gemara אר יוחנן מאי דכתיב במתים חפשי כיון שמת אדם נעשה חפשי מן המצות Cod נדה, loco laudato: *Dixit Rabbi Iohannes: Illud est, quod scriptum est*, Inter mortuos liber: *Simul ac mortuus est homo, liber factus est ab obseruatione Legis*: quæ αὐτολεξεὶ descripsit R. Salomo Iarhius in Glossa ad Cod. כלאים. Maimonides Commentariis ad eundem Cod. תכריכי המת הבגדים שילבשו המת שהאדם כשימות בטלו ממנו כל המצות ואינם חייבים החיים לנהוג בהם איסור ולא שום מצוה ממצות הכתוב *Vestes, quibus inuoluuntur mortui: quia ex quo homo mortuus est, solutus est omnibus Legis præceptis: neque qui supersunt tenentur obseruare in procurando eorum funere, rem vllam vetitam, aut aliquod præceptum Scripturæ.* Quare, etiam Lege prohibitum sit, Leuitici XIX. 19. vestem gestare polymitam, tamen in ea efferebatur, & deponebatur mortuus: Quanquam religiosiores volebant efferri in veste, quam sibi viuentibus gestare liceret. Habes super hac re votum supremum Magistri, Hierosolymitano Cod. iam laudato: ר׳ צוה שלשה דברים בשעת פטירתו מן העולם אל תווו אלמנתי מביתי ואל תספדוני בעיירות ומי שניטפל בי כחיי יטפל בי במותי *Tria præcepit Magister, cùm in communem abiret locum: Vidua mea ab ædibus meis ne discedito: Ne oppidatim me plangunto: Eadem in veste mortuum me deponunto, quam*

Digitized by Google

viuus valensque gestauero. Paullo pluribus ista excussimus, quia lucem, vt puto, aliquam præferunt verbis Apostoli Roman. VI. 7. ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. Nam nititur ista Apostoli propositio hac Iudaïci Iuris regula; כיון שאדם מת נעשה חפשי מן המצות, *Simulac homo mortuus est, Legis præceptis est solutus.* Quare is qui olim viuebat sub imperio peccati, mortuus iam cum Christo, Legibus peccati non tenetur amplius, adde quod ne peccatum quidem illi imputatur, certumque est eum δεδικαιῶσθαι ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, siquidem is נעשה חפשי מן המצות Legibus solutus est. Paulo comitem addamus B. Matthæum, apud quē cap. IX. 6. ita loquitur Dominus, ἵνα δὲ εἰδῆτε, ὅτι ἐξουσίαν ἔχει ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας, τότε λέγει τῷ παραλυτικῷ, ἐγερθεὶς ἆρόν σου τὴν κλίνην. Obscuram reddit hanc orationem istud comma, τότε λέγει τῷ παραλυτικῷ, itaque parenthesi includunt, quæ non magis expeditam facit hanc orationem: Vir Clarissimus, qui ex Hellenistica lingua interpretatur ἁπλῶς λέγει, μόνον λέγει nobis hanc suam interpretationem non probat: Legendum est meo periculo, τὸ, τε λέγει τῷ παραλυτικῷ, & vt sciatis, inquit, filium hominis potestatem habere in terra remittendi peccata, *hocce dicit paralytico:* Nihil planius, nihil certius, credo, adferri ad lucem huius loci potest.

Digitized by Google

CAP. X.

De anno Judæorum Solari. Talmudistæ & Epiphanius illustrati, atque hic etiàm emaculatus.

VBI sationis tempora describuntur à recutitis Magistris, ista leguntur in Gemara Babylonica, Cod. בבא מציעא, cap. המקבל IX. fol. CVI. b. ועד אימת אמר רב פפא עד דאתו אריסי מדברא וקיימא כימה אריש׳הו *Quousque serere differunt? Respondit Rab Papa: Vsque dum redeant domum villici ex agro, sitque illis cauda Arietis verticalis.* Auctor Postillæ ad hanc Gemaram merito castigat eorum errorem, qui existimant his Gemaræ verbis קיימא כימה אריש׳הו, *sitque illis cauda Arietis verticalis*, denotari mensis Adar ineuntis primos dies; & quidem eorum horam decimam vertentem, nam ij, qui ruri opus faciunt, non se domum recipiunt, nisi post stellarum exortum; hora autem diei decima nondum Sol est occasus; Quare longe melius censet indicari hac nota nouum mensem *Sebat Solarem*, non autem *Lunarem*; eius verba sunt: ומה שפי׳ בקו׳ דביום ראשון של אדר בסוף שעה עשירית קיימא כימה באמצע הרקיע קשה דפועלין לא אתו מדברא עד צאת הכוכבים כדפי׳ בריש הפועלין ותו דבסוף עשר שעות הן עוד היום גדול אין נראין הכוכבים ומשמע שבא ליתן סימן לאריסין להכיר שעה שיבאו מן השדה וזה דוחק לומר דחק כשיחשיך לילה אז רואין למפרע שבשעת הליכתו היתה כימה לחדי רישייהו ונראה לפר׳ דאתו אריסי מדברא בתחילת הלילה וקיימא כימה להדי רישייהו היינו בתחילת שבט

Digitized by Google

ואז לכה זמן הזרע והא דאמר בפרק כל הקרבנות שהיו זורעים קודם הפסח ע׳ יום וזהו חמשה יומי בתוך השבט התם שקרקע חשובה היא שזורעין בה לצורך העומר נמשך שם ימי הזרע יותר אינמי דבתחילת שבט של חמה הוא דקיימא כימה להדירישייהו יאין תחילת של שבט של חמה כתחיל ברוב שנים יותר מע׳ יום לפני הפסח *Est autem huius quinternionis expositio, nempe, caudam Arietis die primo mensis Adar, affecta eius hora decima, medio vertere incommoda* καὶ ἄτοπος. *Ij namque, qui ruri opus faciunt, ex agro non redeunt ante exortum stellarum, quemadmodum id exponitur in principio capitis* הפועלין *His adde insuper, quod adhuc hora diei decima multum superest diei, nec apparent stellæ: Constat autem his verbis signum dari villicis, quo agnoscant tempus, quo ex agris redeundum est; idque cogit dicere, quod sic dicat quando tenebras nox offundit, tunc aspiciunt retro, ea quippe hora, qua redeunt, Arietis cauda apparet circa eorum capita, videturque coma, quia redeunt villici ex agris circa noctis initium, & cum apparet Arietis cauda circa eorum capita; idque accidit initio mensis* Sebat, *tuncque desinit sementis tempus; atque id est, quod dicitur capite*, כל הקרבנות, *illos serere septuagesimo ante Pascha die, hoc est, intra quintum ineuntis mensis Sebat diem; namque in illo, in quo serere destinarunt agro ad vsus manipuli frugum Deo offerendi, sementem differunt paullo amplius; etiamsi initium mensis Sebat Solaris tempus sit, quo Arietis cauda apparet circa caput; neque initium mensis Sebat Solaris in plerisque annis vltra septuagesimum ante Pascha diem cadit.* Existimat Postilla auctor, verba ista Gemaræ, קיימא כימה אדישיהו intelligenda esse de Neomenia mensis *Sebat*; nam

è calculo Iudæorum, tunc cauda Arietis versaretur circa capita eorum, qui nocte ineunte, post exortum stellarum, ex agris domum redeunt: Primæ enim horæ duæ diurnæ Kalendarum mensis *Sebat* adscribendæ sunt ascensui Aquarij, sequentes duæ sunt Piscium, quinta & sexta adtribuuntur Arieti, quare hora duodecima Arietis cauda versabitur circa capita eorum, qui ex agris redibunt, cum iam Sol est occasus, & exortæ sunt stellæ nocte ineunte; nam hora duodecima diei numeratur octaua, ex quo cepit signum Arietis adscendere.

AQVARIVS.		PISCES.		ARIES.	
I.	II.	III.	IV.	V.	VI.
				1.	2.
TAVRVS.		GEMINI.		CANCER.	
VII.	VIII.	IX.	X.	XI.	XII.
3.	4.	5.	6.	7.	8.

Mensem autem *Solarem* intelligit *Sebat*, בתחילת שבט של חמה הוא דקייבא כימה להדי רישייהו Habuerunt Iudæi suos menses *Solares*, nempe *Iulianos*, quomodo hic fit mentio *Solaris* mensis *Sebat*, cuius neomenia statuitur die vicesimo quarto Ianuarij Iuliani, cum pridie Sol ingressus esset Aquariũ: Neomenia vero Tebeth incidit in diem vicesimum quintum Decembris, suntque omnes menses tricenûm dierum cum Epagomenis reponendis ante Neomeniam mensis Tisri; en tibi autem in Laterculo.

IVDÆORVM. ANNVS. SOLARIS.

TISRI.	VI. KAL. OCTOBR.
MARCHESVVAN.	VII. KAL. NOV.

Digitized by Google

CASLEV.	VII. KAL. DECEMBR.
TEBETH.	VIII. KAL. IANVAR.
SEBAT.	IX. KAL. FEBRVAR.
ADAR.	VII. KAL. MART.
NISAN.	VIII. KAL. APRIL.
IIAR.	VIII. KAL. MAI.
SIVVAN.	IX. KAL. IVNI.
TAMVZ.	IX. KAL. IVLI.
AB.	X. KAL. AVGVST.
ELVL.	XI. KAL. SEPTEMBR.
ΕΠΑΓΟΜΕΝΑΙ.	XI. KAL. OCTOBR.

Ex hoc Laterculo exponendus est Epiphanius, Hæresi LI. vbi agit de die Natali Domini, & Baptismatis eiusdem, quem frustra illustrare conati sumus in *Eclogis* nostris *Chronologicis*, sed ex hac Iudæorum Magistrorum obseruatione capiendus est: Scribit ille Dominum esse natum sexto Ianuarij die, ἐν ὑπατείᾳ Αὐγούστου τρισκαιδέκατον, καὶ Σιλανοῦ, περὶ τὸν Ἰαννουάριον μῆνα, τουτέστι πρὸ ὀκτὼ εἰδῶν Ἰαννουαρίου, ἥτις ἐστὶ κατ' Ἑβραίους Τιβὴθ ΙΓ. Dies *tertius decimus* mensis *Tebeth* comparatur cum die *sexto Ianuarij*, hoc est, VIII. Eid. Ianuar. optime ex hoc nostro Laterculo anni Iudæorum Solaris, siue Iuliani: Nam cepit mēsis Tebeth ex a.d. VIII. Kal. Ianuar. ergo dies tertiusdecimus mensis Tebeth cadit in diem VIII. Eid. Ianu. Nemo autē ex anni typo Iudæorum Lunaris poterit comparare diem tertiumdecimum mensis Tebeth cum die sexto Ianuarij, quo tandem cumque se vertat. Sequitur de Baptismo, καὶ ἐβαπτίσθη ἐν τῇ τριακοστῇ ὑπα-

τεία Σιλουανοῦ καὶ Νερούα περὶ τὸν δέκατον μῆνα τοῦ τετρακοσιοστοῦ ἔτους τῆς ἐνσάρκου γεννήσεως, πρὸ ἓξ εἰδῶν νοεμβρίων, κατ' Ἑβραίους Μαρεσουὰν ἑβδόμῃ. Numerus dierum mensis Marchesvvan proculdubio corruptus est, neque comparari potest dies eius septimus cum die octauo Nouembris; nam cepit Marchesvvan ex a. d. VIII. Kal. Nouemb. ergo dies sextus Eid. Nouemb. erit quartusdecimus mensis Marchesvvan; est itaque rescribendum; κατ' Ἑβραίους Μαρεσουὰν τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. Corrumpendo loco fuit numerus conceptus nota non voce, numerali, nam ita olim scriptum fuit ΔIIII, vnde excidit primo litera numeralis, deinde ex IIII. factum est ΠII.

LAVS. DEO. OPT. MAX.


BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

396.938

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google